











NICOLAI REVSNERI  
Leorini Iuris, Comitis Palatini  
Cesarei, Consiliarij  
Saxonici

DE IVRE TE-  
STAMENTORVM  
& vltimarum voluntatum

VOLVMEN SECUNDVM

Partes quatuor posteriores  
continens;

Studio

IEREMIAE REVSNERI  
Leorini in lucem editum,



J E N A E

Apud Tobiam Steinmannum.

Cum Priuilegio Cesareo & Saxonico  
M. D. I I C.

БИБЛІОТЕКА  
Університету



233498 II

t. 2

AD ILLVSTRISSIMOS  
ET GENEROSISSIMOS  
PRINCIPES

JOANNEM PHILIPPVM  
FRIDERICI GUILIELMI  
PROELECTORIS SAXONIAE F.

ET

JOANNEM ERNESTVM  
JOANNIS F.

Duces Saxoniæ, Landgrauios Turin-  
giæ, Marchiones Misniæ &c.

NICOLAI REVSNERI  
*Jurisconsulti Praefatio.*

VÆ ME CAVSÆ IMPV-  
lerunt, Principes Generosissimi; ut  
Commentarij mei volumen pri-  
mum sub inclyto nomine, & veluti  
numine quodam tutelari paren-  
tum & agnatorum vestrorum, ceu Patrum Pa-  
trix & Academix Patronorum optatissimo-

rum, non ita pridem publicarem & quasi dedi-  
carem : eadem me nunc quoque rationes addu-  
xerunt: vt alterum hoc volumen , ceu residuum  
& supplementum operis illius prioris , fidei &  
tutelæ vestræ commendarem & quasi consecra-  
rem. Causam autem duplicem fuisse recordor:  
partim vt muneris & officij à me hactenus gesti  
publicè rationem redderem, ijs præsertim, à qui-  
bus hoc mihi diuinitus impositum fuit: partim  
vt hanc veluti statuam operæ meæ publicæ , ceu  
insigne quoddam laudis atq; gloriæ, ad omnem  
posteritatis memoriam in excelsò locarem.  
Quæ apud parentes & agnatos vestros Princi-  
pes laudatissimos : eadem apud vos quoque,  
Principes generosissimi, non immerito valere  
debent rationes; quos optimorum parentum  
filios optimos: vt prouinciarum & ditionum:  
ita virtutum & laudum paternarum suos ac pla-  
nè proprios hæredes, & Patriæ Patres, & Aca-  
demicæ Conseruatores diuinitus iam destinatos,  
lubens meritoque agnosco & deueneror. Planè  
enim tām posteris, quām superstitibus, ac inpri-  
mis Principib⁹, non modò qui sunt, sed & qui  
aliquando futuri sunt, omnibus modis studium  
meum & officium probari: & mea hac qualicunq;  
compellatione me ipsis etiam in poste-  
rū commendare cupio: vt si quid mihi huma-  
nitus

nitus acciderit , exstet apud eosdem publicum  
hoc signum & quasi trophæum pro theatro po-  
situm operum & laborum meorum in Acade-  
mia exantlatorum : monimentum illud ( ut  
spero & opto ) perpetuæ erga vos fidei atq; ob-  
seruantia meæ futurum sempitè nūm. Præ-  
ter has verò rationes adhuc vñ o causam  
consilij huiusc mei non cor  
nam verò est illa? Academiam  
publicâ voce ; superstes adhuc & ~~vñ~~ <sup>an-</sup> tis , antea-  
quām receptui canam , fidei tutelæ q; vestræ ,  
quanto possum ; opere maximo commendo :  
quaæ veluti insignis gemma in pectore Aaronis ;  
sic illa in maiorum & parentum vestrorum vir-  
tutibus & laudibus splendescit adhuc quotidiè  
magis ac magis , & splendescet perpetuò : florens  
illa maximè jam per multos annos omnium &  
diuinarum & humanarum artium studijs atq;  
disciplinis : ac in primis religionis orthodoxæ &  
Iurisprudentię germanæ fama & gloriâ in toto  
orbe Christiano summè commendata. Sed &  
in hac ipsa Academia singulariter vobis com-  
mendatum esse volo singulare hoc vtrumq;  
prouinciæ vestræ decus & ornamentum : nem-  
pe Iudicium Curiale , & Dicasterium Academi-  
cum : maximâ hactenus frequentiâ non solùm

provincialium, sed & exterorum, & quidem  
summorum hominum splendore celebratum: è  
quo veluti è sinu vestro, atq; adeò è sacrario  
ipsius Themidis & Iustitiae, iura sibi certatim pe-  
tere subinde voluerunt. Quam laudem olim  
Philippus Francorum Rex, juris & iu-  
sticie  
stite  
r  
di-  
Regis iura peti dicerentur, auctore Æmilio.  
Equidem non ignoro existere interdū non-  
nullos maleferiatos, qui nescio quo odio aut in-  
sestandi studio, non modò in Iurisperitos, sed &  
in ipsam Iurisprudentiam temerè inuehuntur  
atq; debacchantur: fuisse etiam omnibus ætati-  
bus, & adhuc esse fortassis quosdam principes  
viros non inficior; qui persuasi à Sycophantis  
huiusmodi Iureconsultos cane peius quod airnt  
& angue oderunt: miserum adeò & fatalem il-  
lum diem (quod aliquando ipse ex ore præpo-  
tentis cuiusdam dynastæ audiui) orbi & generi  
humano illuxisse affirmare non erubescentes,  
quo iuris ars & iuris doctores extiterint. Cuius-  
modi sanè facta & dicta quid aliud arguunt;  
quam quod summa iniuriæ atq; iniustitiae se-  
metipso accusant: dum licentia & cupiditati  
sux palæstrâ quærunt: dum non pari aut æquali

francorum Rex, juris & iu-  
sticie  
stite  
r  
di-  
ai meritus est: ut veluti è sinu

Regis iura peti dicerentur, auctore Æmilio.  
Equidem non ignoro existere interdū non-  
nullos maleferiatos, qui nescio quo odio aut in-  
sestandi studio, non modò in Iurisperitos, sed &  
in ipsam Iurisprudentiam temerè inuehuntur  
atq; debacchantur: fuisse etiam omnibus ætati-  
bus, & adhuc esse fortassis quosdam principes  
viros non inficior; qui persuasi à Sycophantis  
huiusmodi Iureconsultos cane peius quod airnt  
& angue oderunt: miserum adeò & fatalem il-  
lum diem (quod aliquando ipse ex ore præpo-  
tentis cuiusdam dynastæ audiui) orbi & generi  
humano illuxisse affirmare non erubescentes,  
quo iuris ars & iuris doctores extiterint. Cuius-  
modi sanè facta & dicta quid aliud arguunt;  
quam quod summa iniuriæ atq; iniustitiae se-  
metipso accusant: dum licentia & cupiditati  
sux palæstrâ quærunt: dum non pari aut æquali  
cum

cum alijs iure viuere; non ab his, qui rerum vſu  
& prudentiā plurimū possint; regi aut gubernari;  
non ius, non iudicia, non legum imperia aut  
legitimos magistratus inter homines effevolunt:  
exemplo Caligulae illius, qui suo imperio se ius  
ciuile è medio ublaturū, & apud Iureconsultos  
effecturum arroganter iactare solitus est: ut ni-  
hil aliud, præter Eccum (seipsum supremū scilicet  
iuris Dictatorem intelligens) de iure respon-  
dere possent? Sed horum quidem calumniatorū  
& insectatorum, qui sub hominis figurā bellui-  
nam gerunt immanitatem; surdis auribus præ-  
tereunda vel planè potiū aspernanda sunt iudi-  
cia: & sequenda in eo potiū Principum bonorū  
auctoritas: qui nō solūm iuris & iustitiae religio-  
sissimi cultores; summa fide & religione ipsi ius  
dixerunt: verūm etiā plerunq; ac imò semper ad-  
hibitis magni nominis Iurecoss. summā Reip. &  
iuris ordinē & iudiciorū rationem, pro Reip. op-  
portunitatibus sapientissimè constituerunt. Ale-  
xandrum certè Seuerum Imperatorē ipsum non  
modò ius dixisse: sed & præstantissimos Iurecoss.  
& in his Vlpianū ac Paulū, Prætorij sui præfectos,  
omniumq; rerum suarū conscos familiares &  
Comites Confistorianos perpetuò secū habuisse  
constat: quos ipse & amicos & parentes & patres  
suos honorificētissimo nomine salutare dignatus  
est. Nam & Vlpianū protutore habuisse, & sxpè  
à militum

à militum Prætorianorum ira & violentiâ, ob-  
iectu purpuræ suæ defendisse: atq; idèò summum  
fuisse iudicatum Imperatorem, quod eius consi-  
lijs præcipue rexerit Rempublicam, testis est Ae-  
lius Lampridius. Sed quorsum externis opus est  
exemplis? Prælucet vobis, incliti Principes, ma-  
iorum & parentum vestrorum summa & incre-  
dibilis virtus: & quidem bona (imò optimâ) spe  
prælucet in posterum: nec debilitari animos aut  
cadere patitur: verùm etiam vos ipsos iam qui  
intuetur, tanquam exemplar. aliquod intuetur  
maiorum & parentum vestrorum laudatissi-  
morum: quorum reuiuiscit in animis ingenijsq;  
vestris laus & gloria rerum gestarum immortali-  
lis. Itaq; non est dubium, vos domesticæ laudis  
æmulos atq; imitatores egregios, aliquando no-  
bis reddituros eos ipsos, quorū sanguinem & par-  
tem prefertis: & quorū simulacrum cœlestis animi  
& diuini ingenij refertis; magno cum voto & au-  
gurio bonorum omnium, & cum æterno bono  
commodoq; vestro & Reipublicæ vniuersæ. Id  
quod Deum Opt. Max perpetuò vobis ita fortu-  
nare volo: à quo, quicquid est boni, tanquam à  
summo bono promanat: & vt memores admoni-  
tati huius mei, suo aliquando tempore, cùm per  
ætatem facere poteritis, me voti huius mei com-  
potem reddatis, maximopere oro & obtestor.  
Ienæ è Leorino. Idib. Aprilis. M. D. II C.

P R A E T E R M I S S A  
suis locis inserenda.

F O R M U L A T E S T A N D I  
V E T V S , Q V A C O N T I N E T V R

G R E G O R I I N A Z I A N Z E N I  
*Testamentum.*

REGORIVS Episcopus Ecclesiaz  
Catholicæ Constantinopolitanæ, vivens  
ac prudens judicio fano, & integris viri-  
bus rationis præditus, hoc testamentum  
condidi: quod jubeo & volo esse ratum  
ac firmum apud omnium judicium tri-  
bunalia, & omnes potestates. Quippe iam mentem  
sententiamque meam manifestò declaraui: & omnia  
bona mea consecraui Ecclesiaz Catholicæ, quæ Nazianzi  
est, ad ministerium usumque pauperum, qui sub ea Ec-  
clesia continentur. Quapropter etiam huius instituti  
mei causa tres pauperibus alendis præfeci: Gregorium  
Diaconum & Monachum, qui exstirrit è domo mea: &  
Marcellum Diaconum ac Monachum, qui è mea & ipse  
domo exiuit: & Eustathium Monachum, ex eadem do-  
mo mea & ipsum oriundum. Ac nunc quoque con-  
scientiam seruans eandem erga sacram sanctam Ecclesi-  
am Nazianzenam, in eodem instituto perseuero. Si ergo  
vitam me finire contigerit: hæres meus esto prædictus

A

Grego-

Gregorius Diaconus & Monachus , oriundus è domo  
mea: quem iam olim manumisi , bonorum ac patrimo-  
nij mei totius in solidum, tām mobilium, quām immo-  
bilium, vbivis existentium : & omnes reliqui exhæredes  
sunto: sic tamen , vt ipse totum patrimonium meum,  
tam rerum mobilium quām immobilium , sacrosan-  
&æ Catholice Ecclesie Nazianzenæ restituat: nihil pe-  
nitūs eximens, præter illa, quæ in hoc meo testamento  
specialiter aliquibus relinquo , legati vel fideicommissi  
nomine : sed vt omnia, quemadmodum prædicti accurat-  
è seruet Ecclesia , Dei timorem ante oculos habens: &  
sciens, quod in ministerium pauperum ciudem Eccle-  
siaz ordinauerim totum patrimonium meum cedere:  
quodque hoc nomine ipsum hæredem instituerim : vt  
per eum Ecclesiaz omnia sine defectu salua sint & inte-  
gra. Itaque seruos, quos manumisi, siue de voluntate  
ac instituto meo , seu mandatu beatissimorum paren-  
tum meorum, nunc etiam liberos esse volo: & omnia  
peculia firmiter eis manere, citra molestationem vl-  
lam ( ἀνεύχλητα ) Præterea volo hæredem meum  
Gregorium Diaconum , cum Eustathio Monacho,  
qui orti sunt è domo mea , possidere prædium illud in  
**Arianzis**, quod ex Regini bonis ad nos peruenit. E-  
quas autem & pecudes, quas adhuc præsens eis da-  
ri iussi , & quarum possessionem ac dominium  
eis tradidi , jure dominij manere ipsis absque mole-  
statione cuiusquam volo. Præterea volo Gregorium  
Diaconum & hæredem meum , qui mihi sincerè inser-  
uiuit , præcipue possidere suo jure proprietatis ac dominij  
aureos numero quinquaginta. Venerandæ virginis Rus-  
sianæ, cognatæ meæ, certa quædam dari quotannis iussi ,  
vt liberaliter inde vicitet: quæ illi omnia volo & jubeo,

secun-

secundum eam formam, qua præcepi, sine dilatione in  
annos singulos ad ministerium cius dari. Ac tunc qui-  
dem nihil disposui, quod nescirem, vbi nam ei potissi-  
mum degere liberet. Nunc autem hoc etiam volo, vt  
quemcunque locum elegerit ipsa, in eo loco domus ei li-  
bera construatur, honestæ virginis vitæ decens: quam do-  
mum scilicet habebit absque molestatione villa vtendam  
fruendam usque ad vitæ finem: posteà restituet eam Ec-  
clesiæ: volo etiam ei puellas duas adiungi, quas ipsa dele-  
gerit: ita quidem, vt eæ puellæ toto vitæ ipsius tempore  
apud eam maneant: ac siquidem gratiam hanc apud  
ipsam inierint, potestatem habeat illas libertate donan-  
di: si minus, etiam ipsæ ad eandem Ecclesiæ perrine-  
ant. Theophilum puerum, qui apud me manet, jam  
manumisi: volo igitur ei nunc quoque dari legati no-  
mine solidos aureos quinque. Eupraxium vero, fra-  
trem eius, liberum esse volo: eique legati nomine dari  
nummos aureos quinque. Præterea volo Theodosium  
notarium meum esse liberum, ac dari eidem legati no-  
mine nummos aureos quinque. Dulcissimam filiam  
meam Alypianam (Quippe ceterarum Eugeniz &  
Nonnæ rationem non magnam habeo, quod earum vita  
sit reprehensioni obnoxia) ignoscere mihi volo, quod  
in potestate mea non fuerit ei quidquam relinquere: cum  
omnia pauperibus iam antè promiserim: vel potius bea-  
tissimis parentibus, qui promiserant, obsecutus sim: quo-  
rum voluntatem irritam reddere, nec pius, nec iustum  
esse arbitror. Quæcunque tamen ex beati fratri mei Cæ-  
sarij rebus in veste serica, vel linea, vel lanca, vel buricha-  
liis reliqua sunt; ea pertinere ad liberos eius volo: vt in  
nulla re, nec haeres meus, nec Ecclesia, vel illi, vel sorori-  
bus eius molestiam exhibeat. Meletius affinis meus

sciat, se prædium illud in Apinzeso, quod est è bonis Euphemij, mala fide possidere: quo nomine priùs etiam scripsi saepius Euphemio: damnans eum minus virilis animi, si rem suam liberando non recuperasset. Ac nunc quoque testor omnes tam magistratus, quam subditos, iniuriam Euphemio fieri. Nam prædium illud Euphemio restitui oportet. Emptionem prædij Canetalorum reuerendissimo filio Amphilochio Episcopo restitui volo. Est enim hoc in seriniis nostris: & omnes norunt, contractum esse rescissum: & me precium recepisse: ac possessionem dominiumque prædij iamdudum tradidisse. Euagrio Diacono, qui magnorum mihi laborum curarumque socius fuit, studiumque suum pluribus in rebus probauit: tum coram Deo, tum coram hominibus, gratiam habere me proficer: ac maiora quidem ei Deus rependat: ne verò exigua desint à nobis amicitia Symbola; volo ei dari camatum vnum, tunicam vnam, pallia duo, nummos aureos XXX. Similiter & dulcissimo comministro (Gregorio Episcopo Nysseno) fratri nostro dari volo camatum vnum, tunicas duas ex iis, quæ sunt in patriâ, nummos aureos XX. ex rationibus eorum, quæ in patriâ sunt. Elaphio Norario, bonis prædicto moribus, & qui bene nos recreauit eo tempore, quo nobis operam nauauit, dari volo camatum vnum, tunicas duas, pallia tria, sigillum vnum ex iis, quæ in patriâ sunt, nummos aureos XX. Hoc testamentum meum ratum ac firmum esse volo apud quodvis tribunal, & apud quemuis magistratum. Quod si tanquam testamentum non valuerit: volo tamen id valete tanquam voluntatem meam sive codicillum. Qui verò conabitur hoc irritum facere ac rescindere: facti sui rationem in die judicij reddet; idque ipsi faciendum erit ad non en-

Patis:

Patris & Filii & Spiritus sancti. Sub Consulatu Flauij  
Eucherij & Flauij Euagrij, virorum clarissimorum,  
Prid. Kalend.

T E S T E S.

Gregorius Episcopus Ecclesie Catholice Constantinopolitanae hoc  
testamento lecto, et adprobatis omnibus in eo perscriptis, manu mea sub-  
scripti, ac valere testamentum hoc iubeo atque volo.

Amphilochius Episcopus Ecclesie Cathol. Iconiensis, presens huic testa-  
menti reuerendiss. Episcopi Gregorij, & ab eo iubato manu mea subscripti.

Optimus Episcopus Eccl. Cathol. quae est Antiochiae, presens con-  
denti testamentum, reuerendiss. Gregorio secundum scriptum superius, & ab  
eo rogatus, manu mea subscripti.

Theodosius Episcopus Ecclesie Cathol. Hydene, presens huic te-  
stamento reuerendiss. Episcopi Gregorij, & ab eo rogatus, manu mea sub-  
scripti.

Theodulus Episcopus sanctae Catholice Apamensis Ecclesie, pre-  
sens cum ceteris.

Themistius Episcopus Ecclesie Cathol. Hadrianopolitanae presens, &  
cetero.

Cledonius Presbyter Iconiensis Ecclesie, presens & cetera.

# FORMULA TESTANDI RECENTIOR EPITOMATA.

**N** nomine Domini, Amen. Domina Maria, filia domini quondam Demetrij Corefis, sanâ mente ac intellectu, & sensibus, atque corpore prædita: sumere volens, si Deo sic placeat, habitum monasticum, & monasterium S. Simeonis ingredi: disponit & ordinat per hoc præsens testamentum, ac dicit: si quidem contingat eam ex hoc seculo decedere: quod statim tradet animam suam humiliter ac devotè omnipotenti Deo: corpus autem suum ait esse sepeliendum in eodem templo S. Simeonis: cui relinquit & consecrat iugera viginti tria de fundo, quem accepit ab heredibus Domini quondam Sylvestri Mismilancis, consortis & mariti sui, super dote sua. Simul dat de fundo eodem vnde cim jugera D. Ioanni Argentæ, nomine alieni æris aureorum sexaginta: quos D. Antonius Coreses, frater Mariæ germanus, eidem domino Ioanni præsenti debet: idque eo ratum habente: quæ vndecim jugera idem D. Ioannes consecrauit eidem templo, cum eorum reditu ac fructu: quem accipient quotannis ex moniales, quæ illi inueiuntur. Eadē verò D. Maria prouentum corundē jugorum viginti ac trium percipiet, donec superstes erit: & post mortem eius omnia libera ipsi templo manebunt. Præterea relinquit, & cetera. Sic dixit & ordinavit, & cetera. De quibus omnibus, & cetera. Scriptum in Chio,  
in do-

in domo superiùs dicti D. Ioannis Argentæ, anno c<sup>lo</sup>. 15,  
LXXIIII. Indictione II. Feria V. die Martij XI. hora  
temporis vespertini.

T E S T E S.

*Spectabilis dominus Ioannes Coreces.*

*D. Antonius Psiaces.*

*D. Christopherus Asmandi.*

*D. Stamatius Scines.*

*D. Pantaleo Ralec.*

N O T A.

Testamentorum hæ formulæ duæ extant sermone Græco conscriptæ in Tomo secundo Iuris Græco-Romani, sive Iuris ciuilis Græcorum à Ioanne Leunclauio Amelburno ex variis Europæ Asiaeque Bibliothecis eruti, Latineque redditi, & non ita pridem editi curâ præstantissimi Iurisconsulti Marquardi Freheri: qui ex antiquis membranis Electoralis Bibliothecæ Palatinæ eas descriptas esse affirmat: in quas cùm Commentario isto iam ad calcem deducto atque absoluto, fortè fortuna incidisse: pagellis hisce eas excusas, Præfationi subiectiendas esse existimauit: quæ aliâs recte cum formulis testamentorum passim in hoc commentario exstantibus coniungi poterunt.



N I C O.

¶. A. C. O. D. S. A. N. I. L. T. R. A. M. A. S. A. N. I. L. T. R. A. M. A. S.

125. T. 3.

¶. A. C. O. D. S. A. N. I. L. T. R. A. M. A. S. A. N. I. L. T. R. A. M. A. S.

A. T. O. N.

¶. A. C. O. D. S. A. N. I. L. T. R. A. M. A. S. A. N. I. L. T. R. A. M. A. S.

N. I. C.

# NICOLAI REVSNERI

IVRIS CONSULTI

COMMENTARII SIVE

Tractatus

DE IURE TESTAMENTI  
torum & ultimarum voluntatum

PARS QUARTA:

In qua agitur

DE TESTAMENTIS  
imperfectis ac minus solennibus, pra-  
sertim paganicis.



CAPUT I.

## DE TESTAMENTO

PAGANICO MINUS

SOLENNI ET IMPER-  
festo.

SUMMARIA.

1. Testamentorum divisio, & subdivisio tam perfecti, quam imperfecti testamenti.
2. Testamentum iniustum cur dicatur.
3. Minus solennis testamenti paganici duplex ratio & differencia.

4. *Testamenta imperfecta quatenus valeant, & quatenus non.*
5. *Testamenti perfectio consistit in heredis institutione.*
6. *Testamenti inceptio non est testamentum.*
7. *Testatoris voluntas facit totum in testamento.*
8. *Testamentum perfectum aut imperfectum quo modis dicitur: aut ratione voluntatis n. 9. aut solennitatis n. 10. aut mortis testatoris n. 11. aut ad ita hereditatis n. 12.*
13. *Testamento destituto res ad causam intestati redit.*



MATERIA M TESTAMENTARIAM antehac cœptam, & aliquò usque productam, deinceps numine divino feliciter nobis continuaturis: primo loco hic repetenda esse videtur testamento- rum divisio suprà tradita. Sunt enim eorum duo genera: nam aut justum est, aut injustum: illud solenne & perfectum est: hoc minùs solenne & imperfectum: quibus nominibus etiam sàpenumero utrumq; appellatur. Rursus utrumque hoc testamenti genus duplex est: nam prius quidem illud aut est Scriptum, aut Nuncupativum: quò etiam pertinet Mixtum, hoc est, quod à testatore nuncupatum primò, postea à Notario redactum est in publicum instrumentum. Posterius verò aut est Paganicum aut Militare: & utrumque vel in scriptis, vel per nuncupationem factum. Ac de testamento quidem justo, coquè solenni & perfecto, quod propriè Paganicum dicitur, tām scripto, quām nuncupativo, itemq; mixto, superiore parte tertiat prolixè expositum est: nunc deinceps erit dicendum de testamento injusto, hoc.

hoc est, imperfecto & minus solenni, tam paganico, quam militari: quod injustum dicitur eo, quod non iure, hoc est,  
secundum regulas juris, quae solennitates quasdam certas  
in ordinandis testamentis desiderant, factum sit; aut, ut Pa-  
pinianus loquitur, quod solennia juris defuerunt: veluti si  
pauciores septem testibus in eo adhibiti fuerint: ut est in l.  
1. ff de iniust. rupt. & irrit. testam.

Commodissimum autem fuerit ob ordinis & me-  
thodi rationem: ut primo loco de testamento Paganico  
minus solenni aut imperfecto agatur: Cujus sane non u-  
niusmodi, sed duplex esse videtur ratio & differentia, nam  
ex his quædam nullam omnino solennitatem requirunt:  
cujusmodi est testamentum coram Principe aut apud acta  
judiciorum publicè conditum: quædam verò aliquam  
saltē quo ad testes desiderant solennitatem: veluti est te-  
stamentum inter liberos, & ad pias causas; itemque testa-  
mentum rusticānum, & pestis aut belli tempore condi-  
tum. Quæ sane omnia testatorum genera sunt e-  
jusmodi: ut quamvis sint imperfecta ratione solennitatis:  
nihilominus tamen ipso jure valeant. l. 21. hac consultissi-  
ma §. ex imperfecto, ibi. nisi inter liberos. cum Auth. seq. C. de  
testam. Modò tamen ratione voluntatis ipsius testato-  
ris ea sint perfecta: siquidem testamentum, ut Modestiu-  
nus ait, justa, hoc est, perfecta nostræ voluntatis sententia  
est: l. 1. ibi DD. comm. & Bart. n. 3. & ibid. Bald. ff. Qui test.  
fac. poss. & quemad. testam. fiant. Quæ quidem perfectio  
principiè consistit in hæreditis institutione: cùm ea sit caput  
& fundamentum ipsius testamenti: ut ibidem declarat  
Bart. n. 3. & sequitur Alciat. in l. 55. nemo. n. 24. ff. de legat.  
1. & in l. 130. Lege obvenire. n. 4. ff de verb. signif. Covarr.  
ad Rubr. part. 1. nu. 3. & 4. de testam. Vasq. de sucieff. creat. in

Prafat.n.27. & 28. Mantic de coniect. ult. volunt. lib. 1. tit. 4.  
n. 10. & tit. 6 n. 1. Vacon. lib. 4. Declar. iur. civ. c. 118. Grassis  
lib. recept. sentent. §. testamentum. q. 2.

Alioqui verò si coepta quidem & inchoata voluntatis dispositio, sed non omnino completa absolutaque; furerit; puta testatore subitam morte intercepto, aut alijs negotijs impedito: tunc intestatus, saltem ratione voluntatis, cuius respectu imperfectum testamentum dicitur, is decessisse censemur. l. 25. s. quis cum testamentum. ibi, magis eum cœpisse testamentum facere, quam fecisse. ff. Qui testam. fac. poss. Gloss in l. ult. verb. impletam. ff. Famil. ercisc.

Planè enim voluntas defuncti testatoris totum facit in testamento: ita ut quid senserit, omnino spectandum sit; de qua, nisi ea absoluta & perfecta sit, nihil profectò certi constare potest. l. 35. ex facto. §. 3. in princ. ff. de hared. instit. l. 19. in conditionibus. in princ. ff. de condit. & demonstrat.

Quo in loco obiter quoque est notandum illud: non uno eodemque modo simpliciter dici perfectum aut imperfectum testamentum, sed quadrifariam, secundum 8 Bald. in l. 1. ff. Qui testam. fac. poss.

Primò quidem ratione voluntatis ipsius testatoris: 9 quæ nisi perfecta sit, non valet testamentum, d. l. s. quis cum testamentum. cum ibid. not.

Deinde ratione solennitatis, quæ in superioribus testamentis seu justis & solennibus necessariò requiritur: 10 in his verò de quibus hic agimus, non usquequaque. d. §. ex imperfecto. l. 1. in pr. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.

Tertiò ratione mortis testatoris, quæ confirmatur 11 testamentum, ut amplius deinde revocari, aut saltem ei aliquid addi vel detrahi nequeat, l. 32. cum hic status. 22. §. si ponsus,

*si sponsus. in si. ff. de donat. inter vir. & uxor. cæteroqui vo-  
luntas testatoris usque ad mortem est ambulatoria, saltem  
exclusivè, ut DD. loquuntur. l. 4 ff de adim. lega.*

**¶ 2** Postremò ratione aditionis ipsius scripti hæreditis : quâ insecurâ, statim præcluditur via non modò cæteris agnatis omnibus ab intestato venientibus : verùm etiam liberis, si quidem his legitima ex testamento portio relictâ fuerit: dum modò testamentum, ex quo adita est hæreditas, sit justum & solenne. *l. 8. parentibus. C. de inoff. testam.* *l. 35. si quando. §. & generaliter. C. eod. tit. l. 39. quādiu. ff. de adquir. vel omit. hæred. l. 89. quamdiu. ff. de reg. iur.* Quòd si tamen testamentum destitutum fuerit, hærede fortassis repudiante, aut saltem non adeunte, hæreditatem sibi ex eo testamento relictam: sanè tunc totum corruit testamentum: & proximi agnati hæredes ab intestato succedunt. Planè. n. tunc si nemo subijt hæreditatem, omnis vis testamenti solvitur: & res ad intestati causam redit. *l. 181. si nemo. ff. de reg. iur. l. 1. §. 1 ff. Quis ordo in bonor. poss. serue. l. 38. qui plures. §. ult. ff. de vulg. & pupil. substit.* Sed de his omnibus imperfectorum testamentorum generibus deinceps in specie fusiùs erit explicandum.

## CAPVT II.

DE TESTAMENTO PA-  
rentum inter liberos condito, ejusque  
origine & progressu.

## S V M M A R I A.

1. *Sedes ordinaria materia de dispositionibus parentum in-  
ter liberos.*

2. *Testamenti inter liberos origo & progressus.*
3. *Primum ius Digestorum antiquum.*
4. *Secundum ius Codicis vetus ex l. 16. & l. ult. C. Famil. ercise.*
5. *Tertium ius Cod. medium ex constit. Theod. & Valent. in l. 28. §. ex imperfecto. C. de testam.*
6. *Quartum ius Iustinianum ex §. & quod sepè. Auth. de trien. & semis. & Auth. si modò. C. Famil. hercise.*
7. *Quintum ius novum ex Auth. quod sine. C. de testam. & §. 1. Auth. de testam. imperf.*

**P**RIMVM igitur de imperfecto testamento parentum inter liberos condito dicendum est: cuius materia explicatur in l. 21. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamentis. iuncta ibid. Auth. quod sine. cum Auth. seq. quæ extant in §. 1. & 2. Authen. de testam. imperfect. Novel. 107. cum quibus textib. concordant. l. 16. filij. & l. ult. C. Fam. ercise. cum annexa ibidem Auth. si modò. ex Novel. 18. & 7. de trien. & semiss. descripta.

Antequam autem ad materiam hanc explicandam accedamus: operæ precium fuerit. testamenti sive dispositionis illius originem & progressionem cognoscere: quam à Iustiniano Imp. in d. Nov. 107. satis commodè expositam, admodum male interpretes passim declararunt, teste Paulo de Castr. in d. Auth. quod sine. n. 2. in fi. Sciendum ergo est, varium & multiplex jus de parentum dispositionibus inter liberos alio atque alio tempore fuisse constitutum.

Nam jure quidem antiquo Digestorum parentes inter liberos non nisi solenni testamento disponere potuisse constat. l. 6. Divi. in pr. ff. de iur. codicil. l. 2. ff. de confirm. iur. vel iur.

Postea

Postea autem iure Codicis constitutum est, ut parentis testamentū minus solenne inter liberos omnimodò valeat. Natūrā etsi tām circa testamentum, quām codicillos, aut etiam epistolam, solenne ejus judicium deficiat; dum modò quibuscunque verbis aut indicijs voluntas ipsius declarata sit: omnino ea servanda est, ex constitutione Imp. Dioclet. & Maxim. in l. 16. filij patris. & l. 21. si cogitatione. C. Famil. ercisc.

Tunc enim ejusmodi dispositio, si minùs ut solennis aliqua voluntas: at ut divisio & voluntas defuncti ab intestato sustinetur, salvo Senatusconsulto Trebelliano: d. l. 21 si cogitatum, in f. ibi, facta divisione patris in adiudicando sequetur voluntatem. C. Famil. ercisc. l. 8. Parentibus. C. de inoff. testam. adeò ut in ea dispositione, saltem ob vim amoris paterni, in sit clausula codicillaris, ac per eam tacitum quodammodo fideicommissum inducatur. d. l. filij. ibi gloss. in verb. ex Senatusconsulto. Gräff. in §. testamentum. q. II n. 10. vers. hoc tamen.

Eandem quoque constitutionem approbavit Constantinus Imp. in l. ult. C. Famil. ercisc. ubi disertè scribit, dispositionem defuncti patris saltem inter liberos custodiendam esse: sive cœptum neque impletum testamentum, vel codicillus, vel epistola ejus esse memoretur: sive quocunque alio modo scripturæ quibuscunque verbis vel indicijs inveniantur relicta; licet ab intestato ad successionem liberi vocentur, servato Senatusconsulti auxilio: etiam si solennitate legum hujusmodi dispositio fuerit definita.

Porro lex hæc Constantini à Theodosio & Valentiniano Imp. in d. l. 28. §. ex imperfecto. non solùm in ampliata est, ut tām in matre, quām patre, & sic in utriusque:

que sexus parente, ac immo etiam in ascendentibus utriusque naturae, (ut Iustinianus in princ. Auth. de testam. imperfect. loquitur) locum habeat: verum etiam ut dispositio ejusmodi, non tam ut divisio intestati, quam ut testamentum inter liberos, si minus scriptum, at saltem nuncupativum, valere debeat: dummodo parentem testari voluisse verisimiliter constet: ut declarant hoc ita Ias. in d. §. ex imperfecto. n. 14. Cyn. post Iac. de Raven. in d. Auth. Quod sine. n. 2. ibid. Alberic. n. 1. & Angel. n. 3. & post Bart. Alex. n. 3. & idem Angel. in d. t. ult. n. 1. & latè Franc. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 6. tit. 2. n. 18. & Menoch. in Remed. adipisc. possess. 4. n. 314. vers. secunda. & Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. 1. n. 9. cum seq. & qu. 2. n. 19.

Subsecutum est deinde jus quartum Novellarum Iustinianeum; quo statutum est, ut aut parentes testamen ta condant: aut si propter necessitates aliquas id facere nequeant, saltem faciant divisionem rerum aut bonorum inter liberos: cui vel ipsi parentes manu propria, vel omnes liberi, inter quos sit divisio, subscriptant: de quo jure disponitur in §. & quod saepe Authen. de trien. & semiss. que relata est in Auth. si modo. C. Famil. ercisc. & ab eodem Imp. repetita in §. ult. Auth. de testamentis perfectis à parentib. in filios factis, & de divisione rerum à filijs coram parente, & de eius facultatibus facta & subscripta.

Postremum denique jus ejusdem Iustiniani est in d. Auth. §. nos igitur, quod habetur in d. Auth. quod sine: quo illud præterea dispositum legitur, de testamento patris inter liberos minus solenni, præsertim eo quod sit in scriptis: ut non modò is formam ibidem præscriptam observet: manu scilicet propria declarando & tempus, & librorum nomina, & unciarum numerum seu signa rerum

TRACT. DE TESTAMENTIS.

rum specialium : verum etiam ut in eo alijs quoque extraneis legari, & fideicommitti, & libertas relinquiri licite queat: quod anteà jure Codicis non fuit permisum. DD. in d. Auth. quod sine. & ibi post Bart. Angel. n. 3. & Paul. de Castr. n. 2. Cuiac. in Novel. 107. & late Vasq. de success. progr. lib. 2. §. 14. n. 120. & lib. 3. §. 23. n. 107.

Sed hoc quidem ita procedit in testamento pater-  
no minus solenniter in scriptis factos: ceteroquin in testa-  
mento sine scriptis condito manet dispositio d. Ex im-  
perfecto. quæ per d. Auth. quod sine plane non immutatur,  
adecò ut in huiusmodi dispositione nihil extraneis relinquiri  
possit, secundum Gloss. & DD. in d. Auth. quod sine. ibi post  
Bart. notat Alberic. n. 1. Angel. n. 3. & Ias. n. 1. quam sen-  
tentiam communem esse affirmat Iul. Clar. in §. testamentum.  
q. II. Gui. Bene. in verb. testamentum. cl. 1. n. 87. ver. secundus  
casus.

CAPUT III.

TESTAMENTUM INTER  
liberos imperfectum. quod & quomo-  
do dicatur.

S V M M A R I A.

1. Testamentum inter liberos quid aut quale, & quid im-  
perfecti nomine continetur. n. 2.
3. In testamento inter liberos saltem duo testes, etiam non  
rogati sufficiunt. & n. 10. & 11.
4. An omnis solennitas iuris civilis sublata sit in testamento  
inter liberos: & verus intellectus. vers. Non subscri-  
ptum, d. l. bac consultissima. eiusq. emendatio.

5. Qualibet voluntas defuncti inter liberos pro testamento valet etiam minus solennis.
6. Testamentum inter liberos quo ad defectum voluntatis non valet.
7. Testamentum cœptum nec dum perfectum, an sustineatur favore liberorum, vel pia causa. n. 8.
8. Testamentum inter liberos quo ad defectum solennium valet. & cur. n. 20.
9. In testamento inter liberos fœmina testes esse possunt, et iam absq; alio masculo interveniente.
10. Testatoris scriptura, & testimoni signa aut subscriptio non necessaria sunt in testamento inter liberos.
11. An testamentum inter liberos valeat absq; testibus, & cur non valeat. n. 15. subiecta ratione dubitandi. n. 16  
& an solo nutu valeat, instar testamenti ad pias causas. n. 17.
12. An schedula patris absq; testibus valeat inter liberos in vim testamenti, & quatenus.
13. Testamentum imperfectum inter liberos an etiam valeat quo ad extraneos.
14. Præteritione sily an vitietur testamentum inter liberos.

PRæcognitâ igitur hoc modo origine & progressu juris de testamento parentum inter liberos imperfecto: nūc de ipsis naturâ & qualitate plenius explicandum esse videtur. Quæ sane commodius ut tractetui; primo videntur est, quid sit testamentum inter liberos, & quomodo imperfectum hoc intelligitur. Deinde quotuplex sit: tertio, in & quatenus valeat hoc testamentum; quartò in quibus parentibus aut liberis locum habeat: quintò quid juris sit de duobus testamentis parentum inter liberos non uno.

uno tempore aut eodem modo conditis: postremò quo-  
modo aut qua forma testamentum inter liberos revocari  
oporetur, nam harum quæstionum complexu omnis hæc  
materia contineri videtur.

Ad primum ergo caput quod attinet, testamen-  
tam inter liberos nihil aliud est, nisi ultima parentum u-  
triusq; sexus voluntas & dispositio, imperfecta ea quidē, sed  
tamen legitima, licet minus solennis, de his qua post  
mortem tuam inter liberos fieri velint. *l. 28. haec  
consultiss. ma. §. ex imperfecto, C. de testam. & l. ult. C. famil.  
eresc.* In qua definitione nihil sanè est, quod explicati-  
onem magnoperè desideret: præterquam ut rectè definia-  
tur, quomodo imperfectum testamentum hīc intelliga-  
tur: & quid verbo imperfecti contineatur.

2 Sed hæc quidem imperfectio testamenti inter libe-  
ros, non ratione voluntatis ipsius testatoris, sed solenni-  
tatis dum taxat, in intelligenda est: veluti si in eo solennis se-  
ptem testium classicorum numerus non sit adhibitus. *d. §.  
ex imperfecto. & §. 1. Authen. de testam. imperf.* nam in  
3 hoc testamenti genere saltem duo testes, & quidem non  
rogati, imò & foeminæ sufficiunt; per quos dispositio pat-  
ris inter liberos facta probetur: quamvis ea ab his non  
subscripta aut subsignata sit: ad hoc scilicet ut ferant por-  
tiones eis adscriptas in eo testamento. *Gloss. in d. Auh. quod  
sine. C. de testam. & in l. ult. verb. excepto testamento, C. de  
Codicilli.*

4 Planè enim in testamento inter liberos omnis juris  
civilis solennitas sublata est: dummodò voluntas patris  
quoquo modo eluceat, saltem duobus testibus compro-  
bata: quamvis non subscriptum ab his, aut subsignatum  
ejusmodi testamentum fuerit: quod idcirco pro imperfe-

Quo merito habetur. Sic n. accipiendum esse puto versi-  
culum illum in d. l. hac consultissima. in fi. ubi Imp. Iusti-  
nianus describit testamentum imperfectum his verbis :  
Non subscriptum à testibus (*Septemtestes intellige*) ac non  
signatum testamentum pro infecto (*Melius legitur, pro  
imperfecto*) haberi convenit. Sic enim in libris veteribus  
& in constit. Novel. Theod. de testam. legitur : idemq; ar-  
guunt proximè sequentia verba in d. §. ex imperfecto.  
nam hoc ipsum in eo versiculo demonstratur , imperfecto  
etum scilicet testamentum,cujusmodi est patris inter li-  
beros, esse illud, quod septem testium signis non sit ob-  
signatum:perfectum vero, quod justo numero testium si-  
gnatum sit: perinde ut in Basil. lib. 35. tit. 2. cap. 16. non sic  
absolutum testamentum à testis h. e. imperfectum dici-  
tur: ita scilicet ut solennitas illa non tam ratione solius  
subsignationis & subscriptionis quæ alias scriptio[n]is te-  
stamenti complementum censemur, ut vult Hotoman. cons.  
57. n. 17. & Cuiac. in tract. 3. ad African. ad l. 6. si quis le-  
gatum, ff. ad L. Cornel. de fals. & in recit solen. ad Cod. in  
d. §. ex imperfecto. quam ratione omissionis omnium so-  
lennium. ac præcipue solennis numeri testium deficientis,  
adeoque respectu solennitatis probatoriae, in qua duos te-  
stes adesse sufficit, accipienda sit , secundum Salicet. in d. l.  
filij. n. 3. qua usu receptione est omnium DD. expositi: in d.  
§. ex imperfecto. de quo prolixè Domin. de Magdal. in tract.  
de num. testi. in testam. requis. part. 1. cap. 16. n. 55. & 56.

Quælibet, n. defuncti voluntas, quibusvis verbis vel  
scriptis expressa , modò de ea liqueat , etiam si juris civilis  
desit solennitas, inter liberos valet, saltem favore libero-  
rum. l. 10. quoties. l. 16. filij. in fi. l. 21. si cogitatione ibi, quali-  
cunq; indicio suam voluntatem declarant. C. Famil. excise.  
DD.

DD. in d. l. ex imperfecto, ibi Bart. n. 3. Angel. n. 2. Ias. nu. 2. Jul. Clar. lib. 3. sentent. §. testamentum. q. 8. n. 1. Grass. in §. testamentum. q. 1. l. n. 1. Roman. cons. 179. n. 7. & seqq. Alcia. cons. 33. n. 6. lib. 6. M. Anton. Natta cons. 423. lib. 2. Hottom. cons. 54. n. 2. & cons. 55. num. 1. & 2. cum seq. Vasq. de success. resolut. lib. 1. §. 1. n. 35. Andr. Geyl. lib. 2. observ. 112. n. 1. cum seq. & n. 6. vers. Quarid amplia.

¶ Ceterum ex hac conclusione infertur primò illud: Testamentum inter liberos quo ad defectum voluntatis non valere, neque favore liberorum sustineri: quippe cum voluntas sit ipsius testamenti efficacia; quæ tolli non potest, secundum Accursium in l. 25. si is qui. ff. Qui testam. fac. poss. que communiter ab omnibus approbata est, teste Paul. de Castr. n. 3. & Corne. n. 3. in d. §. ex imperfecto. & Riminal. ibid. col. 1. Ruin. cons. 15. n. 2. lib. 2. Alexan. cons. 76. nu. 13. lib. 3. Socin. Iun. cons. 147. n. 30. & seq. lib. 2. Ias. cons. 155. col. 2. lib. 2. quos ad hoc refert & sequitur Jul. Clar. d. §. testamentum. q. 9. n. 1.

¶ Cujus consequens est, si à defuncto coeptum tantum, nec dum planè perfectum sit testamentum inter liberos: veluti si cum is aliquid legare coeperit, morte præventus sit: minimè valeat hujusmodi testamentum: eo quod imperfectum sit ratione voluntatis ipsius defuncti deficientis, ut decidit Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto. nu. 1. & Natta ibid. n. 139. cum seq. Socin. Iun. d. cons. 147. n. 22. Jul. Clar. d. §. testamentum. q. 9. n. 2. in fi. Nam ne quidem favore piæ causæ sustinetur ejusmodi testamentum ratione voluntatis imperfectum: ut idem Clarus concludit in d. §. testamentum. q. 7. vers. Aliquando & quartò, allegans ad hoc Aret. in d. l. si is qui col. fi. ver. Secundo casu. & Boer. decis. 93 post num. 10. & dec. 240. n. 1. cum aliis quibusdam, de quo & Myns. cent. 3. obf. 28.

Deinde ex eadem conclusione alterum quoque illud propriètate pertinens infertur: Testamentum inter liberos quo ad defectum solennium valere: eò quod solennia illa juris civilis sint veluti accidentia quædam ipsius testamenti: quæ absque interitu illius tolli possunt, saltem ex justa & legibus approbatâ causâ: ut idem sentit Accurs, ad d. l. si quis qui, quem omnes sequuntur interpretes in d. §. ex imperfecto.

Atque ex hoc themate porrò complura alia quædam veluti *πορεία πατρική* consequuntur: Primum est, in testamento inter liberos solennem septem testium numerum non necessariò requiri: sed in eo duos testes sufficere, secundum Gloss, in Auih, quod sine, C. de test, lib, Clar. in d. q. 8, 10 in pr. Spec. in tit. de test. §. undecim. n. 3, Paponus 20, Areft, 1.

Secundum est, posse eos testes esse non rogatos, sed fortuitò oblatos, ut vult Gloss, in l. ult. §. ult. verb. Excepto testamento, ibique Bald, & Salie, & commun. DD, C. de codicill, Clar. in d. §. testamentum, q. 8, vers. Tertiò infertur, quam communem esse opinionem attestatur Corne, in d. Auih, quod sine, n. 6, & Natta in d. §. ex imperfecto, n. 159, & idem tenet las, cons. 6 8, circ. princ. lib. 2, & Decius cons. 6 10, nu. 2, Boer, decis. 3 4, nu. 6, Guid, Papa quast. 5 18, Hart, Pistor, d. q. 1, n. 2.

Tertium est, fœminas quoque vel solas in eo testamento testes esse posse: quamvis nullus testis cum his masculinis interveniat, ut vult Did, Covarr, in c. relatum, 1, nu. 5, de testam. per gloss, in d. Auih, quod sine, & d. l. ult. C. Famil. exercisc, quod idem quoque consulendo tenet Bald, cons. 196, lib. 5 Paul, de Castr. cons. 3 27, & conj. 4 5 6, lib. 1, Marian, Socin, cons. 1 4 4, n. 3 2, lib. 2, Gratus cons. 9 0, n. 3, Corne, cons. 2 15, lib. 2, & cons. 2 0 1, lib. 3, quam sententiam omnes ita tenere

ait Decius in l. 2. n. 31 ff. de reg. iur. quamvis aliter sentire videatur Curt. in d. §. ex imperfecto, cuius opinionem refutat Vasq. in tract. de success. creat. p. 1. lib. 3. §. 2 l. n. 58. ut refert Hart. Pistor. 1. q. 1. n. 3 a.

Quartum est, scripturam testatoris in testamento inter liberos imperfecto non esse necessariam: ut nec signa aut subscriptionem testium: nam & imperfectum testamentum propriè ita accipitur, ut quibusdam placet, non quod alio quocunque vitio laborat, ob defectum solennium: veluti si coram septem testibus non sit factum: sed quod non subscriptum aut obsignatum est à testibus: cuiusmodi vitium peculiari nomine *imperfecti* appellatione denotatur. in l. 1. hac consultissima. in fi. princ. vers. Non subscriptum ac non signatum. arg. l. 6 si quis legatū ff. ad l. Cor. de fals. b. q. Cui ac. & consult. 1. Hotom. conf. 5 4.

Sed quid si testamentum inter liberos testibus planè sit destitutum, an nihilominus saltem favore libero-<sup>14</sup>rum sustinebitur? Et verius est non sustineri: siquidem testamentum imperfectum non dicitur, quod testibus planè destitutum sit: sed quod septem testium numero careat: à quibus nec subscriptum nec signatum est: ut su-<sup>15</sup> prà est declaratum ex d. 1. hac consultissima. vers. Non subscriptum autem cum §. seq. Quomodo etiam imperfectum testamentum accipitur. in l. 6. ff. ad L. Cornel. de fals.

Alioquin n. testamentum non est absque testatione, hoc est. testator & testibus adhibitis facta enunciatione: à qua nominis testamenti substantia ducitur: arg. l. 1. §. re-  
ctè autem ff. & susfruct. quemad. cave, & l. 20. pro herede. §.  
1. ff. de aug. heret.

16 Nec vim facit, quod in l. ult. C. Famil. erisc. dicitur, in testamento inter liberos qualiacunque verba vel indi-

cia sufficere: quoniam hoc sermone testes non excluduntur: sed hoc solum indicatur, etiam notis aut indicijs, quæ Græci σημεῖα vocant, scriptum testamentum valere inter liberos, quod olim quidem lege Constantini valuit: l. ult. C. Fam. ercisc. sed posteā lege Iustiniani in Novel. 107. sublatum est: quæ ab eodem refertur in d. Auth. quod sine ab aliis, non signis, sed literarum consequentia.

Qua ratione etiam queritur, an solo nutu testamentum patris inter liberos valeat, nec ne: & quæ ut testamentum ad pias causas conditum! Quod à quibusdam 7 assentitur: sed ab alijs rectius negatur, ut sentit Angel. in l. 10. discretis: C. Qui testam. fac. poss. quem cum aliis refert ad hoc & sequitur Iul. Clar. d. q. 8. vers. ulterius quaro.

An verò schedula patris voluntatem ultimam continens, ejusque manu scripta, absque ulla alia solennitate, & sic nullis testibus exhibitis, valeat, & quidem valeat protestamento, similiter hoc loco quæsumum est. Et sane plerique DD. ad d. S. ex imperfecto & seq. Auth. quod sine putant valere in vim testamenti: sive ab eo tota scripta, sive subscripta tantum ab eo, vel uno ex liberis: Bar. & DD. comm. in d. S. quoties. Boer. decis. 97. & 240. dummodo tempus aut dies, & omnia literis, non notis subscripta sint. Cæteroquin si dies desit, aut notis scriptum sit, minime valet. d. Auth. quod sine. & Novel. 107. cap. ult. Int. Clar. in d. S. testamentum. q. 7. & 14. per tot.

Perinde ut nec valet tunc, si schedula illa neque à patre scripta, neque manu ejus subscripta fuerit: propter testamentorum sinceritatem, & ne fraus aliqua adhibetur, ut ait Imp. in S. 4. Inst. de testa. ordin. Alioquin enim nimis aperiretur via fraudibus, aliam pro alia facile scriputram supponendo, las. in d. Auth. quod sine. post numer.

1. & s. & ibid. Bald. n. 1. & Natta n. 3. Guil. Bened. in part. I.  
repetit. cap. Raynatius n. 87. quos ad hoc citat Clarus d. q. I 4.  
vers. item quero. Myns. cent. 5. obs. 28.

19 Postremò addendum quoque illud hoc loco esse  
videtur: Imperfectum testamentum saltem quo ad libe-  
ros pro perfecto censeri: quoad extraneos autem tanquam  
pro nullo haberi. Quòd si igitur liberis extranea perso-  
na cohæres adjuncta fuerit; qualis est ea , quæ non est in  
numero liberorum: pars ei adscripta omnino aderescit  
liberis. d. §. ex imperfecto. ibid. D.D. Novel. 117. c. 3. Iul. Cla.  
d. §. testamentum. q. I o. Nam ne quidem tunc, si testator  
uni ex liberis suis pupillis aliquem extraneum substituat,  
aut tutorem constituat, imperfectum ejusmodi testamen-  
tum inter liberos sustinetur, Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto.  
n. 6. & 26. in f. ibid. Salic. col. 1. vers. Oppono cum glossa. Bart.  
in l. 2. n. 18 ff. de vulg. & pupil. subst. & latè Clarus in d. q.  
10. vers. Hinc infertur. cum seqq.

20 Planè enim favore liberorum , quibus ratione na-  
turali, quasi lege quadam tacitâ, parentum debetur hære-  
ditas, voluntas hujusmodi ex imperfecto testamento su-  
stinetur. l. 7. cum ratio. ff. de bon. damnator.

Quæ eadem est ratio, cur testamentum perfectum  
rum patitur posteriore licet imperfecto testamento: sed eo,  
in quo liberi hæredes scripti sint, aut hi qui ab intestato ve-  
nire possunt. d. l. hac consultissima. §. si quis autem. Domin.  
de Magdal. in tract. de numero testium in testam. requis. p. 1  
n. 22. cum multis seqq.

21 Quoniam ergo testamentum paternum favore li-  
berorum valet: ex eo porrò arguitur illud , non minùs in  
testamento imperfecto, quam perfecto, institutionem o-  
mnium liberorum necessariam esse: & per consequens,

præteritione saltem unius filij ejusmodi testamentum mil-  
nius solenne vitiari; etiam si reliqui liberi in eo instituti sint:  
Gloss. in l. 7. si filius. & in l. 30 inter cætera. n. 8. ibid. DD. com-  
mun. ff. de lib. & posthu. Natta in d. §. ex imperfecto. nu. 17.  
Berous in c. Raynutius. n. 43. & seq. Alex. cons. 126. post nu.  
3. vers. Nec obstat id quod habetur. lib. 2. usque adeò ut et-  
iam si pater præterito filio legaverit partem, & quidem  
partem suam; non valeat testamentum: nisi institutionis  
titulo honorabili, tanquam favorabili, simul ei relique-  
rit; ac proinde tunc testamento penitus evacuato omnes  
liberi ab intestato æqualiter succedant. §. five igitur o-  
mnes. & in § si autem hac observata non fuerint. Auth. ut  
cùm de appellat. cognosc. Curt. lun. in d. §. ex imperfecto. num.  
13. ibid. Nattan. 112. & seq. Alberic. & las. n. 16. Salic. in  
Auth. novissima. n. 1. ibid. Cuiac. n. 16. C. de inoff. testam. Guil.  
Bened. in prima parte repet. c. Raynutius. num. 135. Alexan.  
cons. 75. n. 17. lib. 3. & Apostill. eiusdem cons. 168. n. 6. lib. 5  
Bertrand. cons. 19. col. 1. & cons. 130. n. 2. lib. 3. Matthes fil. sin.  
gul. 106. cum aliis a hoc alleg. apud Iul. Clav. §. testamentum.  
q. 8. vers. sed quero. & vers. sed pone.

## C A P V T I V .

T E S T A M E N T U M I N-  
ter liberos quotuplex sit.

## S V M M A R I A .

1. Testamenti inter liberos duo genera: Scriptum scilicet &  
Nuncupativum: & à quibusdam adiectum tertium  
mixtum. n. 2. 3. 4. eiusq. discrimin. n. 5.
6. Testamentum nuncupativum inter liberos coram duob.  
testib.

testib. conditum valet: & quatenus coram his nuncupatione voluntatis defuncti opus sit. n. 7. aut saltem relatione ad scripturam testamenti coram testibus facta. n. 8.

9. An dispositio d. S. ex imperfecto locum habeat in testamento nuncupativo,
10. Testamentum patris inter liberos scriptum etiam absq; testibus valet, & quatenus n. 11. & quatenus non, nu.  
12.
13. Cessante ratione legis, cessat eius dispositio,
14. An & quatenus subscriptio patris sit necessaria in testamento inter liberos: & qualis ea esse debeat. n. 17.
15. Paria sunt totum testamentum scribere, aut subscribere,
16. Cautela abundans aut superflua non nocet.
18. Sigilli appositi in testamento inter liberos an valeant  
absq; subscriptione,
19. Tantum valet liberorum subscriptio, quantum patris :  
etiam si inaequaliter in eo testamento instituti sint.
20. In alternativis sufficit unum à lege requisitū adhiberi.
21. Aliud est dividere, aliud testari.
22. Subscriptio extranei vel notarii in testamento inter liberos non attenditur.
23. Tria solennia requisita testamenti inter liberos scripti,  
& verus intellectus d. Auth.. Quod sine.
24. Temporis solennitas non extraneorum, sed potissimum  
liberorum respectu requiritur.
25. Fides Irnerij in iure Authenticorum referendo in Codicem desiderata, & Auth. quod sine. quatenus de subscriptione mentionem facit, quomodo intelligenda.
26. In testamento manu patris absq; tamen testibus conferito, extraneis relinqui non potest: ne quidem ad pias causas. n. 27.

**E**QVITVR deinde altera hujus capitatis quæstio ;  
**S**nimirum quomodo ordinetur inter liberos testa-  
 mentum paternum, & quotuplex sit. Testamenti  
 autem inter liberos, perinde ut cuiusque alterius  
 testamenti, duo sunt genera: Aut n. sit in scriptis , aut per  
 nuncupationem.

**A**c in scriptis quidem sit inter liberos testamentum :  
 cùm scilicet à parente quolibet, sive patre, sive matre, aut  
 propria ipsius manu, aut, si literas ignoret, manu alterius,  
 sed tamen illius jussu, scribitur testamentum, etiam nullis  
 testibus adhibitis: ita ut sola ejus scriptura vel subscriptio  
 sufficiat.

Per nuncupationem verò fit cùm duobus ad mini-  
 mum testibus præsentibus, cujuscunque sexus, etiam fœ-  
 minis , & ijsdem specialiter non rogatis, absque scriptura  
 oretenu s ultima parentis alicujus voluntas enunciatur.  
*DD. in d. §. ex imperfecto, ibi Alexan. n. 3. & in Auth. quod  
 sine. & in l. ult. iunct. Auth. si modò, C. Famil. ercisc. Guil. Be-  
 ned. in c. Raynulius. verb. testi Latinè. n. 83. Hilar. in repet. ci-  
 relatum. n. 4. & s. de testam. Dec. conf. 388. n. 9. C. Marian. Se-  
 cin. Iun. conf. 64. n. 1. & 2. lib. 4. Cephal. conf. 377. n. 1. VVeseb.  
 conf. 90. n. 1. cum seqq. Vasq. de success. creat. § 21. num. 58.  
 Grass. in §. testamentum. q. 11. n. 3. & q. 16. n. 1. & seqq. Hart.  
 Pistor. lib. 1. Quæst. iur. civ. q. 1. n. 1. usq. 10. Andr. Geyl. lib. 2.  
 ob. 112. n. 3. & seqq.*

Præter hæc verò duo genera nonnulli adjiciunt  
 tertium, Mixtum nimirūm : in quo cum scriptura testa-  
 menti implicita concurrit nuncupatio: veluti si parens co-  
 ram duobus testibus scripturâ ista seu schedulâ suum te-  
 stamentū contineri testetur: ut vult Zunth. in responso pro u-  
 xore. n. 71. & 91. & Grass. in d. §. testamentum. q. 16. nu. 10.  
 quod

quod ipsum tamen ut nuncupativum ferè habetur : ut  
mox dicetur.

5 Coeterū quomodo scriptum testamentum inter  
liberos differat à nuncupativo : ex eo maximè cognosci-  
tur: quòd illud etiam absque testibus conditum subsistat &  
hoc verò non item.

6 Nam in testamento , quod per nuncupationem  
fit, semper opus est testibus saltem duobus, etiam non ro-  
gatis: coram quibus suam parens exponat voluntatem de-  
his, quæ post mortem suam inter liberos fieri velit. d. 5.  
ex imperfecto. ibid. DD. & d. l. ult. ibi Gloss. & DD. Petr. Petk.  
lib. 3. de testam. coniug. c. 13. n. 1. Andr. Gayl. lib. 2. obs. 112. nu.  
1. & 4. cum seqq. Quod & dispositum ita legitur in ordin.  
Maximil. 1. Imp. promulgata Colonia anno 1512. 5. vnd sole  
len. vers. Aber in Testamenten.

7 Neque tamen semper opus est , ut coram testibus  
voluntas testatoris planè enuncietur: sed ad hoc ut testa-  
mentum inter liberos tanquam nuncupativum valeat ,  
sufficit plerunque, si testator sese ad scripturam vel sche-  
dulam, in qua voluntas ipsius continetur, referat : quod  
tamen genus testamenti Mixtum appellatur, ut paulò an-  
tè dictum est. Nam & hoc ut nuncupativum testamen-  
tum inter liberos valet: modò appareat scripturam hanc  
esse, de qua sensit testator. 1. 77. ass. toto. ff. de hered. instit. l.  
ult. C. de fideicom. Ias. in d. Auth. quod sine . & ibi Natt. qu.  
11. Covarr. in c. cum tibi. n. 5. de testam. Bart. & Bald. in l.  
3. 8. si ita scripsero. ff. de cond. & demonstr. Paul. de Castr. in  
l. 21. heredes palam. in pr. ff. Qui testam. fac. poss. Alex. in  
conf. 176. n. 5. lib. 5. Socin. cons. 142. Boer. decis. 240. n. 5. & 6.  
cum aliis relatis ad hoc per Hartm. Pist. d. q. 1. n. 9. & 10. Andr.  
Ceyl. lib. 2. obs. pract. 112. n. 15.

Quanquam autem à quibusdam in dubium vocatur, utrum dispositio d. §. ex imperfecto. locum habeat, in testamento nuncupativo; è quod correctus sit ille §. per Auth. quod sine. quæ non nisi in testamento scripto procedit: communistamen opinio est, & quæ in nuncupativo ac scripto testamento dispositionem. d. §. ex imperfecto. procedere: secundum gloss. & D.D. ibid. ubi Cor. nu. 1. & Riminald. n. 1. in fi. & Natt. n. 291. communiter hanc in Præctica teneri affirmat: ut & Alex. in d. Auth. quod sine. n. 3. & passim alibi in cons. 146. num. 5. lib. 2. & cons. 170. post num. 9. lib. 5. & cons. 105. num. 4. lib. 7. Corne. cons. 118. in fi. lib. 3. quos refert & sequitur Iul. Clar. in d. §. testamentum. q. 11 in fi. qui ab ea sententia consulendo aut iudicando non recedendum esse ait.

At verò testamentū, quod fit in scriptis, quoquo modo imperfectum & minus solenne esse dicatur, omnimodo valet: sive in eo testes adhibiti sint, saltem duo, etiam non rogati; ut de testamento nuncupativo modò est dictum: sive nulli omnino testes adhibiti sint: saltem scriptura aliqua aut subscriptione testamenti exstante: ex qua literarum comparatio doceri & voluntas possit. d. §. ex imperfecto. cum Auth. seq. & Novel. 107. de testam. imperf. & d. l. ult. C. Famil. ercisc. & utrobiq. D.D. Paul. de Castr. in d. l. bac consultissima. col. 2. Sichard. in Auth. novissima. C. de inoff. testam. Alex. cons. 4. n. 10. & cons. 105. n. 9. & cons. 114. lib. 7. Corne. cons. 118. & cons. 307. lib. 3. las. cons. 195. lib. 3. Ru. in. cons. 71. lib. 3. Cephal. cons. 99. Boër. cons. 48. & decis. 240 num. 4.

Adeò, ut ne probationis quidem causâ testes adhiberi semper necesse sit. Bart. in l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstrat. Alexan. d. cons. 114. & cons. 239. lib. 6. Paulus de Castr. cons. 93. n. 2. lib. 1. Barbat. cons. 58. in fi. lib. 4. So-  
618. Sen.

ein. Sen. cons. 173. Socin. Iun. cons. 24. lib. 3. Rubeus conf. 14.  
& cons. 107. Gozad. cons. 4. n. 12. quos plerosq; allegat & se-  
quitur Hartm. Pistor. d. q. 1. n. 4. & s.

<sup>12</sup> Sed est tamen in scripto quoque testamento inter  
liberos insignis quædam differentia. Multum enim inter-  
est, utrum in eo solis liberis relictum sit, an verò etiam ex-  
traneis, hoc est, ijs qui in numero liberorum non sunt.  
Nam si quidem solis liberis relictum sit, valet omnino te-  
stamentum etiam absque testibus conditum : Sin verò  
extraneis pariter in eo aliquid relictum sit : valet quidem  
quò ad liberos: quorum in favorem hoc jus inductum est:  
ne scilicet utile per inutile vitetur, c. utile, de reg. iur. lib. 6.  
sed quo ad extraneos non aliter ea valet dispositio, quam  
si duo testes præsentes adfuerint: adeò ut ex eo nihil pro-  
sus debeatur extraneis: sed id omne, quod extraneis reli-  
ctum est, liberis accrescat : si nimirum nullos hoc testa-  
mento testes parens adhibuerit. d. §. ex imperfecto, ibid.  
DD. & Auth. de testam. imperf. §. si tamen aut. uxori, ver.  
si vero. Cessante enim ratione legis, cessat eius disposi-  
tio, secundum vulg. regulam, in l. 6. adigere. §. quamvis. ff.  
de iur. patro. & Auth. si modò. C. Famil. ercisc.

<sup>13</sup> Prætereò in hoc loco animadvertisendum est illud, an  
& quatenus in testamento inter liberos scripto necessaria  
sit parentis testatoris subscriptio.

Quòd si ergo testamentum propriâ manu parentis  
testatoris scriptum sit: id quod ἀυτόγεα φον καὶ ὀλόγεα φον  
vocant: nulla planè subscriptione opus est: sin verò aliena  
manu sit scriptum: veluti si patens literas nesciat: aut si  
non adeò sit exercitatus, ut integrum testamentum scri-  
bere possit: omnino tunc necessaria est subscriptio: ac  
perinde habetur, ac si ab eo totum scriptum sit. §. 1. vers.  
instru.

instrumenta conscripta manu propria. Inst. de empt. & vend.

Paria. n. sunt totum scribere, aut saltem subscriptio-  
re. l. 126. si ita stipulatus. §. qui soli ibi q̄. las. num. 2. in fi. cum  
seqq. ff. de verb. oblig.

Quanquam si reperiatur, quod idem parens quoq;  
in eo testamento, quod totum ab eo scriptum est, subscriptio-  
psit; sane tunc ista subscriptio, tanquam abundans cautele,  
nihil nocet. l. 17. testamentum. C. de testam. Paul. de Castr. in  
l. ult. in fi. C. Famil. exercis. cùm quælibet res suâ consistat  
substantiâ & qualitate: neque mutet substantiam re-  
rum non necessaria verborum multiplicatio. l. 32. pedicu-  
lio. §. Labeo ff. de aur. & argen. lega.

Neque enim solent ea, quæ abundant, scripturas  
vitiare, secundum Vlpianum in l. 94. non solent ff. de reg. iur.  
neque utile per inutile vitiatur. c. utile. cod. tit. lib. 6. Paul.  
lib. 3. sentent. c. 4. de testam. §. 18.

Sed hæc quidem subscriptio non nimis generalis  
esse debet: cuiusmodi aliâs sufficit in contractibus: siquidem ad hoc, ut actus valeat, omnino necesse est, ut pater  
in subscriptione faciat mentionem ipsius testamenti, cui  
subscripterit: quemadmodum & aliâs, ubi lex subscripti-  
onem, non tam pro formâ, quam substantia requirit, neu-  
tiquam sufficit generalis, sed omnino specialis desidera-  
tur subscriptio, per textum in l. 15. Divus: §. Item Senatus  
in fi. ibi. si modo post eam scripturam manu suâ testator testa-  
mento codicillus vè subscripterit. ibi Bart ff. at L. Cornel. de  
fals. Iul. Clar. in §. testamentum. q. 24. n. 14.

Multò ergo minus sola valet sigilli apposito absq;  
subscriptione: in quo facilis fraus committitur: parumq;  
ad eo operatur scilicet sigillum scripturæ appositum sine  
alijs administris, tanquam testis mutus & incertus, se-  
cundum Bald. in l. 19, falsus, in fi. C. de furt. Idq;

Idque tunc procedit maximè, si alterius manu<sup>1</sup> testamentum scriptum sit: quo casu in fine adjici debet, ius suu testatoris ita scriptum, & in fidem rei illius sigillum suum vel alterius fuisse appositum: quod utique ita fieri recte potest. l. 22. ad testium, §. si ab ipso testatore. ff. Qui testam. fac. poss. §. s. in si. Insti. de testam. ordin. Auth. si modò. C. Famil. erciss. §. & quod sepe. 7. Auth. de trien. & semiss. Novel. 18.

Sed & si parens ipse non subscriptibat: forte si literarum imperitus sit: sufficit eo casu saltē liberorum omnium & singulorum subscriptio: quæ & ipsa omni fraudis carere videtur suspicione tantumque operatur, quantum ipsius parentis subscriptio: etiam si liberi ex partibus in qualibus instituti sint: iul. Clarus in d. q. 14. vers. sed pone. & vers. sed quero. Natta in d. Auth. quod sine. n. 51. & Socin. Jun. conf. 189. num. 87. lib. 2. & conf. 24. post num. 9. lib. 3. Siquidem tunc de bonis liberorum, quò ad futuram successionem agitur: in quo quia ipsorum versatur præjudicium; potest ejusmodi patris dispositio ab his subscribendo approbari. d. Auth. si modò. & d. §. & quod sepe.

Plane n. lex aut ipsius patris, aut liberorum subscriptionem alternativè requirit. d. Auth. si modò. & d. §. & quod sepe. vers. si autem hoc non agat, ibi, aut ipsum, aut filios universos subscribere.

In alternativis autem sufficit alterutrum aut unum duntaxat factum esse, c. in alternativis, de reg. iur. in 6. l. 110 in eo. §. 3. ubi verba. ff. eod. tit. l. 13. si is qui ducenta. §. si quis autem. ff. de reb. dub. l. 78. cum pupillus. §. s. ibi, alteram defecisse non obseruit. ff. de condit. & demonstrat. l. sepe. in pr. ff. de verb. signif.

Idque non solū in scriptura divisionis, sed etiam  
E alio

alio quolibet testamento inter liberos facto obtinet : contrà quam nonnulli arguunt ex §. penult. Auth. de testam. imperfect. quasi subscriptio liberorum dunitaxat in scripturâ divisionis fiat : non autem in testamento: quæ duo quamvis diversa sunt (Aliud.n.est dividere, aliud testari) tamen utrobique sufficit saltē liberorum subscriptio ; etiam in eo testamento, quod totum à patre conscriptum est, d. Auth. si modò. & d. §. & quod sape ibi. D D.

Quòd si verò neque à parente testatore , neque à liberis scriptum subscriptumq;è sit testamentum : verū<sup>22</sup> ab alio quodam extraneo , hoc est, eo qui liberorum numero non est, ac inīò etiam à Notario sive tabellione publico: minimè valet hujusmodi dispositio: ut notat lul. Clarus d. q. 14. vers. Præterea quero, allegans ibi ad hoc Bald. in d. Auth. quod sine. n. I. ibid. Natt. n. 3. quamvis contrarium sentire videatur Bart. in l. 2. fideicommissa. §. quoties. n. 1. ff. de lega. 3.

Coeterū præter scripturam aut subscriptionem parentis vel liberorum, de qua modò est dictum, in testamento inter liberos manu patris conscripto vel subscripto adhuc alia tria solennia necessariò requiruntur.<sup>23</sup>

Primū enim requiritur, ut nomina liberorum in eo testamento scribantur : Deinde ut portionum singulārum numerus, & quantitas , & signa rerum specialium , quas parens testator liberis relinquit, consignentur : Postremò ut annus, mensis, & dies disertè adjiciatur : de quo est expressus textus in d. Auth. quod sine. quæ sumpta est ex §. nos igitur omnia. Auth. de testam. imperf. coll. 8. Nov. 107.

Maxime autem in hoc testamenti genere soleani-  
tas temporis desideratur, non tam aliorum extrancorum,<sup>24</sup>  
quam ipsorum liberorum respectu ; ita ut non solum an-  
nus, sed

nus, sed dies etiam disertè exprimi debeat: quippe quo  
prætermisso, non valet ejusmodi testamentum; Bald. &  
Salic. in d. Auth. Quod sine. Iul. Clar. d. S. testamentum. q. 11.  
n. 2. Roman. cons. 179. n. 14. Alex. cons. 123. n. 4. lib. 1. &  
cons. 76. n. 11. lib. 3. & cons. 4. n. 15. & cons. 114. n. 3. lib. 7.  
Ruin. cons. 7. n. 10. & cons. 1. n. 15. & cons. 71. lib. 3. Corne.  
cons. 118. & cons. 307. lib. 3. Marian. Socin. cons. 24. n. 1. lib.  
3. quos allegando sequitur Hartm. Pistor. d. q. 2. n. 1.

Quanquam verò Accursius & Bartolus aliique  
25 interpretes hos secuti in d. Auth. Quod sine. & d. Auth. si  
modò existimant: saltem in testamēto manu testatoris pro-  
pria conscripto, opus esse tribus hisce solennibus in d. Aut.  
Quod sine. requisitis: non autem in eo quod ab alio scriptū  
sit: hoc ipsum tamen præter omnem non modò rationem  
juris, sed etiam æquitatem, ab his statuitur; siquidem non  
omnes parentes sciunt literas: quos tamen & ipsos aliquā-  
do inter liberos testari velle consentaneum est: quæ me-  
ritò eis facultas concedenda, & non adimenda esse vide-  
tur: cùm suum euique liberum de rebus suis disponendi  
esse debeat arbitrium: l. i. C. de Sacros. Eccles. cum simil.

Multò autem minus procedit opinio illa Barbatiae  
in cons. 58. n. 4. lib. 4. qui existimat textum in d. Auth. Quod  
sine. ita demum procedere, si testamentum ab alio conscrip-  
tum sit: secùs autem si à parente ipso scriptum sit: quasi  
non aliter solennia illa tria desiderentur, nisi cùm patris  
subscriptione non adsit: quæ eo casu, quo propria manu pa-  
ter testamentum scripsit, non est necessaria; ut paulò ante  
dictum est: nam & hæc ipsa interpretatio non minus à  
recta ratione, quam à verbis textus in d. S. nos igitur omnia  
omnino aliena esse videtur teste Hart. Pistor. in d. q. 2. n. 6.

Nec quicquam movent verba illa d. Auth. Quod

E 2

sine



sine subscriptione ita procedit. quæ supposititia, & sive ab Irnerio, sive ab alio quopiam præter rationem adjecta satis liquidò appareat quod vel solus textus d. §. nos igitur omnia disertè declarat: ex qua Authentica illa descripta est: cui meritò fides major habenda est: per vulg. Theor. Bart. l. 47. Sempronius. num. 3 ff. de lega 2. ubi ait, primæ scripturæ, seu Authenticæ & originali, magis credendum esse. Quemadmodum & Græco Architypo Novellarum sive Authenticarum semper major fides habetur: ut monet Accursius in Auth. cessante. & Auth. defuncto. in fin. C. ad SC. Tertullianum. quod & ipsum certa lex in Auth. hoc ita post Imol. & Aretin. monet. de duob. reis: Ronchegall. in l. 11. reos cum tabulis. num. 77. ff. eod. tit. ubi ait non semper Irnerio fidem adhibendam esse, nisi quatenus in corpore Authenticorū reperiatur, idēq. circa textum Auth. post fratres. C. de legit. her. animadvertisit Zasius in cons. 4. n. 7. lib. 1. ut refert Hartm. Pistoris lib. 1. Quast. 2. n. 5.

Atque hoc ipsum quoque confirmat Latina versio Haloandri; qui Græci textus fidem secutus in Authenticis ita transtulit: Decernimus (inquit) ut si quis literarū peritus inter filios novissimam voluntatem facere velit: primum quidem, quo tempore ea conficiatur; deinde & manu propria liberorum nomina adscribat. Sic enim Græca ibi verba sonant, περῶτον μὲν τὸν χρόνον, νὴ τὰ τῶν παιδῶν ἐνόπλα οἰκέα χειρὶ γράψειν δέν. Quibus ex verbis manifestò constat, non de subscriptione patris, quæ à cōtextu dispositionis testamenti separata est, verūm de patre ipso, qui propria manu testamentum scribit, verba illa accepienda esse.

Cujus consequens est, non satis peritè aut comodè ab Accursio, Bartolo, Iasone, & alijs sequacibus

cum Auth. si modo C. Famil. ercisc. continuari hanc ipsam  
Auth. quod sine quod pr. eter alios annotat quoq. Hart. Pistor.  
d. q. 2. n. 6. Denique obiter hic notandum est quoque  
illud, textum d. §. ex imperfecto in eo etiam mutilum vi-  
deri: quod eo casu, quo parens inter liberos admisceret per-  
sonas extraneas, nulla testium sit mentio: quos saltem du-  
os præsentes esse oportet, ut quo ad extraneos valeat illa  
dispositio: in quo & ipso Itnerij fides & diligentia rursus  
desideratur: ut disertè hoc convincit textus in §. si tamen aut  
uxore. Auth. de testam. imperf. Nov. 107.

26 Nam etiamsi alias solennia illa d. Auth. Quod sine,  
omnia interveniant in testamento inter liberos manu te-  
statoris conscripro: nihil tamen prorsus in eo relinqui po-  
test extraneis, absq; testibus, ne quidem ad pias causas:  
ut post gloss. in verb. inter filios. docet Bald. in d. Auth. Quod  
sine. & Covarru. in c. relatum. I. n. 12. de testam. Iul. Clar. d.  
§. testamentum. q. 7. n. 2. Marian. Socin. cons. 189. n. 94. lib. 2  
quamvis in dispositione que ad pias causas nonnulli con-  
trarium sentiant, ut Alex. in d. §. ex imperfecto. & Corn.  
in d. Auth. Quod sine. quibus suffragari videntur las. cons.  
155. lib. 4. Decius cons. 160. Zasius cons. 6. n. 25. lib. 1. quos ad  
hoc refert Hart. Pistor. d. q. 2. n. 4.

## C A P V T V.

## A N E T Q V A T E N V S V A,

leat ultima voluntas parentis defuncti

inter liberos ex testamento

imperfecto.

## S V M M A R I A.

i. Testamentum inter liberos minus solenne an & quatenus

E 3 valcat.

- valeat, præsertim liberis in eo inæqualiter institutus  
quatenus non, n. 6.
2. Ratio dubitandi duplex: utriusq; solutio, n. 4.
  3. Ratio aecidendi duplex, favor & liberorum & paren-  
tum: tametsi inæqualiter liberi instituti sint, n. 5.
  7. Ampliatio prima, quo ad exhortationem, ex iusta &  
legitimâ causa.
  8. Secunda, quo ad testamentum prius perfectum & solen-  
ne.
  9. Tertia, quo ad coniecturas & præsumptiones ad indu-  
cendam hæredis institutionem.
  10. Parenz an solo nutu inter liberos testari posse, nec  
ne.

PROXIMVM nunc est videre, An & quatenus imper.<sup>1</sup>  
fectum parentis testamentum inter liberos valere de-  
beat. Ac primò quidem dubitari non immeritò poter-  
rat, an ejusmodi testamentum inter liberos omnimodò  
valeat, nec ne: si præsertim à liberis omnibus non ap-  
probetur: utpote si inæqualiter fortassis hæredes instituti  
sint in testamento paterno. Neque sane illud immeritò.

Primùm, n. omnibus liberis hoc privilegium pari-<sup>2</sup>  
ter tributum est, absq; ullo discrimine, ut ex testamento  
imperfecto succedant: quippe cùm hoc beneficium non  
magis ad unum, quàm ad alterum, pertineat: ita ut nemini  
corum contra alterum eo privilegio uti licet: sed res  
tota potius ad dispositionem & æqualitatem juris civilis  
reducatur. Molin, in l. 1. §. si quis ita. n. 93. ff. de verb. oblig. &  
in add. ad Alex. conf. 108. n. 3. lib. 5. Dec. conf. 105. n. 6. per  
vulg. Theoricam in l. 8. sed & milites. in pr. vers. coequalitas. l.  
21. propter litem. §. ult. & l. 41. administrantes. §. ult. cùl. seq.  
ff. de excus. tut. de quo latè Fr. Manica de coniect. ult. vol. lib. 6  
tit. 2. n. 9. cum seqq.

Deinde

Deinde admodum iniquum esse videtur, aliorum liberorum conditionem per testamentum ejusdemodi fieri deteriorem: quibus aliâs lege, ceu proximis natura hæreditibus, ab intestato obventura fuisset hæreditas portionibus æqualibus: arg. l. 11. inter filios. cum ibi not. C. Famil. er. cisc. & l. 17. ut liberis, ibid. Dec. n. 3. C. de collatio.

Postremò æqualitas in jure maximè servanda est: & inter liberos præsertim cavenda inæqualitas, tanquam mater discordiarum & litium, d. l. 17. ut liberis. l. 6. cùm o. portet. §. sin autem. in fin. C. de bon. qualib. l. ult. C. Commun. utr. indic. Nam & pro æqualitate maximè in jure militat præsumptio: cui & leges ipsæ favent plurimum: & pro ea, quantum omnino fieri potest, laborant: jure scilicet collationum introducto: ut servetur inter liberos æqualitas: quam idcirco ipse quoq; testator servare voluisse censetur. d. l. ult. l. 20. illud. C. de collatio. §. illud quoq;. Auth. de nuptiis. Crotus in §. & quid sit tantum. n. 54. l. 29. Gallus. ff. de liber. & posthum. hæred. instit.

Sed his & similibus rationum argumentis non obstantibus, contrarium verius est: nimirum testamentum inter liberos imperfectum ac minus solenne omnimodò valere: Quod quidem non solùm favore liberorum, sed etiam jure quodam parentum, meritò ita constitutum est. Favore quidem liberorum, quia aliâs hi, nullo testamento facto, succederent ab intestato: quippe quos ratio naturalis, quasi lex quædam tacita, adeoq; naturæ simul ac parentum commune votum, veluti ad debitam successionē bonorum vocat: à qua submoveri aut excludi liberos, eti suos hæredes, saltem ob solennitatem juris civilis neglecta valde iniquum foret. l. 7. cum ratio. ff. de bon. dancv. l. 7. scrip. hærede. §. 1. ff. unde liberi. l. 30. scimus. §. 2. C. de ius. ff. test. Paren-

Parentum autem favore, quia voluntatem eorum supremam à liberis omnino ratam & sanctam haberi, pietatis suadet ratio: cui adversari liberos impium & nefarium est: per tex. in Auth. de testam. imperf. coll. 8. tit. 3. & ibi Gloss. in verb. quando sunt parentes. Paulus de Castr. consil.

362.

Nec sane refert, etiam si liberi in eo testamento ex partibus inæqualibus fuerint instituti: siquidem hoc à regula generali non exceptum legitur: d. Auth. de testam. imperf. §. 1. & d. Auth. quod sive. Gloss. in l. 1. ibid. Dec. num. 6. & 7. ff. de reg. iur. Mantic. d. tit. 2. n. 11. vers. Secundò probatur. Domin. de Magdal. d. c. 16. n. 150.

Quin in modo potius jure permissa est inæqualitas ista parentibus: ut si unum fortè magis dilectum præferre alii liberis velint, recte hoc facere possint salva scilicet ipsorum legimitima. d. §. illud quoz. d. l. filij. & l. ult. C. Famil. erij. Ac propterea in d. §. 1. Auth. de testam. imperf. ab Imp. diserte statutum legitur, numerum unciarum, ex quibus liberos instituere velint, à parentibus in testamentis imperfectis necessariò exprimendum esse: ex quo facile colligitur, parentibus liberos inæqualibus partibus instituere licere: veluti ex semisse, ex triente, ex quadrante: cetero qui verò nullis partibus nominatis, & equaliter fit successio, secundum gloss. in d. §. 1. in verb. uncias. per tex. int. 9. quoties. §. heredes. ff. de hered. instit. Mantic. d. tit. 2. n. 15. lib. 16. ver. Secundò probatur. Fr. Vivius lib. 3. Decis. 407. n. 2.

Perinde ut & ex Senatusconsulto Trebelliano quarta retineri potest: cui ut locus sit, filios inæqualiter institutos esse oportet. d. l. filij. & d. l. ult. Socin. Iun. 95. 24. n. 7. lib. 3. Natta cōs. 622. Mantic. ibid. n. 11. vers. sed contraria sententia. Fr. Viv. d. decis. 407. n. 2. Quam communiorē & ve-

riorem

riorem esse opinionem attestatur ibid. Mantic. n. 12. Domin. de Magdal. d. c. 16. n. 45. & 150. Vasquins de success. resol. lib. 2. n. 18. Iul. Clar. in §. testamentum. q. 14. n. 8. Grassus in §. eod. q. 11. n. 8. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 1. n. 11. Andr. Geyl. lib. 2. obs. 112. n. 19.

Neque vero obstant huic sententiae rationes paulo  
antè adductæ in contrarium.

Nam primo quidem privilegium testamenti im-  
perfecti inter liberos non consistit in simplice ac præcisâ  
portionum æqualitate: sed imo potius permisâ est paren-  
tibus non solum modica aliqua, ut nonnullis placet, ve-  
rûm etiam magna portionum inæqualitas: dummodo à  
parentibus tituli observetur æqualitas: & liberis sua relin-  
quatur legitima. l. 8. parentib. C. de inoffic. testam. Molin.  
in l. 1. §. si quis ita. n. 93. ff. de verb. oblig: & idem Molin. in  
addit. ad Alex. cons. 168. n. 3. lib. 5. & ad Dec. cons. 105. num.  
6. cum alijs relatis per Mantic. in loc. præcit. n. 12. vers. Et hæc  
sententia. & Sim. de Præt. de interp. ult. volunt. lib. 4. interpr.  
3. dub. 2. n. 9. & seqq.

Deinde non valet argumentum à successione in-  
testata ad successionem ex testamento: nam hæc duo se-  
parata sunt, & diversa: ac propterea simul cōsistere non  
possunt: maximè ubi in testamento partes inæquales as-  
signatae sunt. l. 89. quamdiu ff. de reg. iur. l. 39. quamdiu ff. de  
acquir. vel omitt. hæred. l. 39. cum ex filio. §. 1. ibi Bart. ff. de  
vulg. & pupill. substit. Tunc enim regula illa obtinet: Ex-  
pressum facit cessare tacitum d. l. cum ex filio. §. filio impube-  
ri. l. 6. testamento. C. de impub. substit. l. 21. maritus. C. de pro-  
curat. §. sed et si rem. Instit. de lega.

Postremo de æqualitate servanda quod dicitur cui  
jura præcipue favere soleant, d. §. illud quoq. & d. l. ult.

Sanè in dubio verum hoc est , & si non expressè à parente aliter dispositum esse reperiatur : quo calu pro æ qualibus portionibus omnibus simul liberis à parente relicitis militat præsumptio , & secundum hanc testamenti fit interpretatio . d.l. 20 . illad . 10 . Crotus in d.l. Gallus . § . & quid si tantum . num . 37 . Corne cons . 128 . lib . 4 . Dec . cons . 250 Alciat . in tract . præsumpt . c . 23 . n . 8 . Menoch . in eod . tract . lib . 4 . præsumpt . 26 . n . 22 .

Aliud vero est , si parentis existet certa dispositio : 6 in qua liberis inæquales portiones assignatae sunt : ita tamen ut salva eorum semper sit legitima iure naturæ debita . § . penult . vers . sin autem . Auth . de nuptiis . l . 6 . hac edit . et ali . in princ . C . de secund . nupt . & in l . 8 . parentib . resp . 1 . ibid . Paul . de Castr . C . de inoff . test .

Quod autem supra dictum est , testamentum parentis imperfictum inter liberos omnino modo valere: utq; adeò verum est ; ut non tantum eo casu subsistat , quo inæquales partes , ut modo dictum est , liberis assignatae sunt ; verùm etiam si in eo unus aut alter ex liberis sit ex hac redatus ob justam aliquam causam ingratitudinis , quæ sit in earum numero , de quibus est in § . Aliud quoq; Auth . ut cum de appellat . cognoscitur .

Certienim juris est , non solum institutionem hæredum , sed etiam ex hac redationem plerunque fieri solere in testamentis ; iisdēq; modis liberos ex hac redari quib; hæredes institui possunt : ut ist tot . tit . nō sit ex hac red . liber .

Quanquam enim , ut paulò ante est dictum , favore liberorum privilegium hoc inductum est : in quorum odiū retorqueri nullo modo debet l . 6 . quod favor . C . de legib . l . 5 . insi . C . de secū . nupt . c . quod ob gratiam . lib . 6 . eod . sicut ipsa quoq; ex hac redatio plerunq; heri videtur in odiū

um liberorum. l. 19. cùm quidam. ff. de lib. & posthu. hæred. infit. Quòd si tamen justa subsit causa ingratitudinis: optima ratione, & quidem lege ita jubente ac permittente, etiam in testamento minus solenni & imperfecto inter liberos sit exhæredatio: neque hoc casu in odium illius, qui exhæres scriptus est, juris retorquetur interpretatio: Quippe qui pro mortuo in jure habetur, saltem quòd ad successionem sui parentis, à quo exhæredatus est: cuius ipse testamento probatà causâ ingratitudinis, contradicere aut refragari nullo modo potest. l. 1. §. si pater. ff. de coniung. cum emancip. liber. Bart. in d. Auth. novissima. C. de inoff. testam.

¶ Præterea & testamentum inter liberos imperfectum, sive in scriptis, sive per nuncupationem, adeò validum in jure censetur: ut per hoc infirmetur quoque prius testamentum parentis solenne & perfectum inter extraneos factum. Quamvis enim alijs posterius testamentum solenne esse oporteat, ut prius tollatur. d. §. si quis autem. & l. 21. bac consultissim. i. C. de testam. nihilominus tamen suo quodam modo solenne habetur testamentum inter liberos imperfectum. d. §. ex imperfecto. & d. §. si quis autem. ibid. Gloss. cum ibid. alleg.

Quin imò prius testamentum inter liberos, sive in scriptis, sive nuncupatè conditum, cæteris testamentis posterioribus quantumvis solennibus, siquidem ea inter extraneos ordinata fuerint, non immeritò præfertur; saltem favore liberorum, qui omnibus alijs rebus præponderat. d. l. cùm ratio, & d. l. scripto herede. cum simil.

Quòd sit, ut prius testamentum minus solenne ac imperfectum non revocetur per posterius testamentum solenne & perfectum; nisi in eo expressè à testatore

sit facta prioris illius testamenti revocatio. *Auth. hoc inter liberos. C. de testam. l. 22. si quis. ff. de. lega. 3.*

Denique tanta vis & potestas est testamenti inter liberos: ut in eo non minus ac in testamento militis sufficientia conjecturæ ad institutionem hæredis inducendam, ut not. *Eman. Cost. in d. l. Gallus. §. Et quia si tantum. p. 7. n. 31. Et Hiero. Zanch. in l. 57. heredes mei. §. 1. p. 3. n. 77. ff. ad Trebell. per l. ult. C. Famil. ercisc.*

Nam & solo nutu patrem inter liberos testari posse, & ejusmodi testamentum valere, saltem ex æquitate Canonica: cùm aliâs jus civile in d. §. 1. parentis manum aut linguam requirat, ut testamentum subsistat: à quibusdam traditum est. ut *vult Crotus in l. 1. § si quis ita lect. 1. num. 14 ff. de verb. oblig. Corneus in l. 19. iubemus. n. 9. C. de testam. Et in consil. 324. n. 25. lib. 1. Cephal. cons. 546. n. 52. sed contrarium tamen statuit Alex. in d. §. 1. n. 8. Bald. in l. 22. Et in epistola. num. 2. ibidemq. Paul. de Castr. C. de fideicom. Ias. in l. 40. tale pactum. §. ult. n. 13. ff. de pact. Socin. in l. 102. cùm avus. num. 45. ff. de condit. Et demonstr. Felin. in c. presentia. de probationib. Ruin. cons. 7 I. n. 17. lib. 3. Clar. in §. testamentum. q. 8. n. 7. Domin. de Magdal. d. c. 16. num. 205. Et seqq. Alciat. cons. 167. n. 1. Et 2. cum seq. lib. 9. Vesebec. cons. 90. n. 6.. Quam sententiam communem magis testatur Tiraquel. in l. 8. si unquam. verb. donatione. n. 266. C. de revoc. donat. Menoch. de presumptionib. lib. 4.*

p. 2. presumpt. 19. n.

12.

CAPVT

## CAPVT VI.

TESTAMENTVM IM-  
perfectum ac minus solenne in quibus  
parentibus & liberis locum  
habeat.

## S V M M A R I A.

1. Parentis cuiusq; sexus vel gradus imperfectum testamentum inter liberos cuiusque sexus vel gradus vallet.
2. Parentum & liberorum appellatione qui veniant.
3. Prima regula ampliatio de liberis gradu imparibus.
4. Altera ampliatio de testamento avi vel proxiimi imperfecto, in quo nepos vel pronepos filio prefertur.
5. Prima exceptio de liberis naturalibus tantum : & quid de his iure constitutum sit, quo ad eorum institutionem paternam. n. 6.
7. Secunda exceptio de liberis vulgo quasitis.
8. Prima replicatio utriusq; exceptionis, de matre liberos naturales vel spuriis instituente.
9. Altera replicatio de liberis naturalibus tantum aut spuriis legitimatis.
10. Legitimati an & quomodo differant a legitimè natib;.
11. Legitimitorum idem ius cum legitimis : quo ad legitimam. n. 12. quo ad querelam inofficiose, n. 13. quo ad successionem ab intestato, n. 14. quo ad iusagnationis & familia, n. 15.

**N**EQUE verò solùm patris, sed etiam matris inter liberos testamentum minùs solenne & imperfectum vallet: d. §. ex imperfecto, ibi, utriusq. sexus, & in princ. Auh. de testam imperfect. Boer, cons. 48, Natta cons. 622, lib. 3. Imò verò etiam avi & aviae, proavi & proaviae, & sic deinceps: modò aliàs cum his sit testamenti factio. Nam hi omnes appellatione parentum veniunt, l. 10, Iurisconsultus. §. parentes. 7, ff. de gradib. & ad fin. & nominib. eor.

Quemadmodum & liberorum appellatione veniunt nepotes & pronepotes, neptes & proneptes, & qui quævè ex his descendunt usque ad trinepotes & trineptes, d. l. Iurisconsultus, vers. Item liber. l. 220, liberorum. ff. de ver. signific. Quamvis aliud sentire vi aetetur Cur, lun. in rep. d. §. ex imperfecto, à quo tamen communiter dissentient ceteri iuri interpretes.

Nec refert, utrum pares gradu an impares existant liberi: quod aliàs in d. l. ult. C. Famil. excise. requiritur, ibi, qui ex quolibet venientes gradu, pares tamen videntur esse: ad quem textum restè accommodari videtur d. §. 1. in Auh. de testam. imperfect. ut docet Alciat. cons. 32, n. 3, lib. 9, Roland. de Valle, cons. 89, lib. 3, Cephal. cons. 27, n. 8, & 9. Nam textus ille d. l. ult omnino potius corredus esse videtur per d. §. 1. ut non sit distinguendum inter liberos pares aut impares existentes: quæ sententia communior & receptior est, ut vult Boer, dec. 241, n. 3, Clarus d. q. 12, n. 5, Hartm. Pistoris, d. quæst. 1, n. 16, cum ibid. alleg. complurib.

Sic nimirum avus vel avia nepotes vel neptes, aut etiam pronepotes vel proneptes simul cum filio vel filia restè instituere possunt: & imò etiam nepotem vel neptem filio aut filiæ præferre: ita ut filium vel filiam, saltem in certa quadam summa pecuniæ, aut certis in reb. quibusdam, quarum æstimatio legitimæ æqualis sit: & in cæteris bonis

bonis omnibus nepotem vel pronepotem instituat: cuiusmodi testamentum omnimodò valet & jure subsistit. d. §. ex imperfecto. & ibid. DD. communiter. Cephal. cons. 27. n. 8. & 9. Domin. de Migdal. d. c. 16. n. 17. 8.

5 Caterump regula suprà posita de testam. inter liberos imperfecto fallit primo in liberis naturalibus tantum, velut ex concubina natis, quæ uxor esse poterat, & affectione maritali tractatur. §. si quis igitur. Auth. de trien. & Semis. c. liberi. §. naturales. 3. q. 4. Quamvis. n. pater in testamento solenni relinquere potest liberis naturalib. tantum quantum libuerit: eo præsertim casu, si liberos legitimos non habeat: cæteroquis si habeat, unciam duntaxat, hoc est, non nisi partem bonorum suorum duodecimā: quod jure novissimo ita constitutū est in Auth. licet. C. de nat. lib. nihil tamen horum ipse facere potest in testam. minùs solenni aut imperfecto. d. §. 1. & d. l. f. ibi Bal. & Ang. n. 1. Salic. n. 2. & reliqui DD. comm. cuius privilegium, quia stricti juris est, neutquam extenditur ad eos, quibus leges & jura patrum favent. adia. de reg. iur. lib. 6. cuiusmodi sunt liberi naturales tantum: qui etiam ab intestato succedere volentes patri suo naturali, non nisi duas uicias capere possunt: t. Auth. l. c. Quamvis contrarium tenere videatur Speculum. in tit. de instrum. edit. §. compendiosè vers. Quid si pater naturalis. & post eum Bart. & Salic. in d. l. ult. Rom. cons. 17. 9. n. 16. unius sententie rationes refert Guil. Benedict. in c. Raynuttus. verb. testamentum. 1. n. 8. 3. cum seqq.

7 Multo magis autem fallit eadem regula in spuriis & vulgo quælitis maxime vero in liberis incestuosis aut ex adulterio natis. d. §. ex imperfecto. ibid. DD. quoniam in sacris paternis non esse dgnosuntur: utpote qui ex justis nuptijs procreati non iuntur & idcirco à patre, qui incestus est, & quem ipsi ciere nō possunt, hanc desinstitui non

non possunt, in princ. Inst. de patr. potest. l. ult. C. Famil. c. c. 15.

Quæ omnia in patre quidem & parentibus linea  
paternæ ita obtinent: ut communis est DD. opinio in d. §. ex  
imperfecto, ibi Alex. n. 6 & Ias. n. 4. secundum quam ita & con-  
sultum & iudicatum fuisse scribit ibidem Angel. & in l. 17. fi-  
lio præterito. col. 1 ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. idemq. te-  
statur Dec. conf. 610. n. 3. Kubus conf. 7. n. 7. Abc. conf. 33.  
n. 7. lib. 6. Boer. decis. 240. num. 13. Iul. Clar. d. q. 12. n. 1. cum  
plurib. alleg. per Harr. Pistor. d. q. 2. n. 19. & Geyl. obs. 112. nu.  
14. & 17.

Aliud verò in matre constitutum est: quæ quia sem. 8  
per certa est, etiam si vulgo conceperit, l. 5. quia semper. ff.  
de in ius vocan. minimè prohibetur liberos etiam naturales  
& spurious, sed tamen non item incestuosos aut ex adul-  
terio conceptos, hoc modo instituere in testamento im-  
perfecto: quippe qui quo ad matrem & successionem ma-  
ternam pro legitimis quodammodo habentur: & matri  
suæ nisi illustris sit, ab intestato succedunt in universum.  
§. novissimè. Inst. ad SC. Officia. l. 5. si qua illustris. C. eod. tit.  
Quæ communis est DD. sententia, in qua omnes inter-  
pretes concordare ait Guil. Benedict. in d. loc. n. 83. & Ias.  
qui in d. loc. n. 53. & Boer. decis. 240. idemq. testatur Alex.  
in l. 17. ex facto. §. si quis rogatus. n. 45 ff. ad SC. Trebell.

Quòd sitamen liberi naturales aut spuri legiti-  
mati fuerint, & natalibus suis restituti, sive per rescriptū 9  
Principis, sive per subsequens matrimonium: valet tunc  
quoque inter eos imperfectum testamentum à patre con-  
ditum: ut docet Ias. in d. §. ex imperfecto. ibidemq. Curt. lu.  
& Bald. in d. l. si qua illustris. & in c. de causis. de offic. deleg. &  
Guil. Benedict. in loc. præ alleg. 01

Quanquam, n. fictione quadam juris duntaxat pro  
legitimo

legitimo habeatur is qui legitimatus est: eò quòd ex legiti-  
mo connubio non est procreatus: neq; veritas facti ulla ju-  
ris auctoritate mutari posse, credatur. l. 30. in rebus. C. de  
jur. dot. l. 23. Imperialis. §. si verò nati. C. de nupt. l. 2. ff. de u-  
sufr. cor. qua usu consum. Aliter tamen se res habet in ma-  
teria successionis, tām ex testamento, quām ab intestato,  
12 delatæ: in qua legitimati nihil omnino differunt à legitimi-  
mis & legitimè natis. §. licet igitur: Aut. Quib. mod. na-  
tur. eff. c. legit.

Quò fit, ut legitima portio in bonis paternis, non  
12 minùs debeatū liberis legitimatis, quām ex justo matri-  
monio procreatis, secundum Bald. in c. de causis. col. penult.  
de offic. deleg.

Et ideò querelam de inofficio testamento æquè  
13 habent legitimati liberi, ac legitim. ar. l. 8. verum est, in pr.  
ff. de iniust. rupi. & irrit. testam.

14 Perinde ut & ab intestato succedunt unā, & quidē  
æqualiter cum his, qui legitimè nati sunt. l. 5. s. i. t. parens.  
cum ibi not. C. de suis & legit. l. b.

Denique jus omne agnationis & familiæ per legi-  
timationem consequuntur. §. qua propter hoc à nobis. Aut.  
15 Quib. mod. natur. eff. c. legit. Sic nimirum dispositum in  
vero casu, rectè per interpretationem ad fictū casum, quic-  
undem effectum habet, producitur, per vulgatam Theori-  
cam in l. 66. actione. §. publicatione. ff. Pro suo. & in l. 42. Deo  
nobis. C. de Episc. & Cler. Bart. in l. I 21. ex ea parte. § in insu-  
lam. 2. ff. de verb. oblig.

Placet autem nobis hoc loco subjicere formulam  
judicati in hac quæstione, receptam haec tenus atque usur-  
patam sèpius in nostro Dicasterio:

**H**at ewr Vater seinen letzten Willen in ein  
Schrift verfasset/die er mit eigner Hand ge-  
schrieben vnd vnterschriften/nach besage vnd  
Inhalt bey gefugter abchristif/ Ob er nun wol die  
gebürliche solemiteten / so zu einem volkommenen  
Testament gehörig / nicht gebraucht / so ist doch  
dasselbe als testamentum inter liberos , vnd so  
viel es dieselbe allein betrifft/zu Recht kressig vnd  
besiedig/in massen dann auch der testator wohl  
macht gehabt/einem Kinde vor dem andern in sei-  
nen Gütern zu Erbe gehörig einen vortheil zu-  
thun/jedoch das die andere dadurch an ihrer ge-  
bürlichen veterlichen legitima nicht verfuzet  
werden. V. R. W.

Cæterum testamentum patris cæci inter liberos  
absque solennitate , aut saltem coram duobus testibus  
conditum an- & quatenus jure subsistat , præsertim libe-  
ris ab eo inæqualiter institutis, antiqua & controversa juris  
est quæstio, olim à Martino de Fano agitata. Sunt qui  
valere affirmant , propterea quod omnis falsi suspicio  
cesset in parente: propter quam solennitas ista introducta  
est in d. l. hac consultissima : quam opinionem ceu magis  
communem tenent ibidem Bald. num. 2. Paul. de Caſtr.  
num. 9. vers. At cum humina. Alex. num 13. Ias.  
num. 4. ibi Alphan. in Collect. num. 153. & commun.  
D.D. in §. cœcus. ibid. Vigl num. 3. Instit. Quib. non est  
permisſ. face. testam. iul. Clar. in §. testamentum. q. 17.

num. 2. Grass. eod. §. q. 11. num. 7. Rolan. à Valle. conf. 82. per tot. lib. 1. Cephāl. consil. 72. per tot. Contraria tamen sententiam defendit idem Paul. de Castro sibi contrarius in conf. 362. num. 1. & 2. lib. 2. Ru-beus conf. 6. Socin. Sen. conf. 5. lib. 3. Dec. conf. 105. n. 6. & conf. 631. post princ. Alciat. cons. 32. nume. 2. cum seqq. lib. 9. Socin. Iun. conf. 189. num. 39. & 58. lib. 2. & latè in utramq; partem hoc disputans Simon de Pratis. lib. 2. de interpr. ult. volunt. Interpr. 1. dub. 1. fol. 4. num. 93. ac novissimè Fr. Vivius lib. 3. decis. 407 per tot. ubi num. 4. testamentum patris cæci inter li-beros coram duobus testibus conditum , præsertim si liberi inæqualiter instituti sint , nullum & invalidum judicatum fuisse scribit in Regio Consilio Capitinate Apulie & Comitatus Molisij , per multas rationes & au<sup>t</sup>oritates prolixè ibidem adductas. ubi & n. 9. secun-dum hanc sententiam sapissimè Rotam Romanam reli-giosè judicasse adfirmat: nullum scilicet pronunciando quodlibet testamentum paternum inter liberos minus solenne & imperfectum ; si præsertim inæqualitas in eo non modica, sed magna reperiatur: quam etiam sententi-am commendat Ripa in l. 15. centurio. n. 76. ff. de vulg. & pu-pil. substit. Dec. in l. 8. hac consutissima. n. 37. C. Qui testam. fac. poss. & Tiraquel. in tract. de iure primogen. q. 4 n. 4. ac in-primus Socin. Iun. conf. 127. n. 10. & 19. vol. 1. & cons. 189. ubi n. 39. & 43. hanc opinionem & iuriaicam, & valde as-quam, naturali ratione fundatam, magis com-munem esse testatur.

## C A P V T V I I .

P R I V I L E G I V M T E S T A-  
menti imperfecti inter liberos an compe-  
tat parenti unicum duntaxat filium  
vel filiam unicam habenti,  
nec ne.

## S V M M A R I A .

1. Ratio dubitandi ex verbo. Inter liberos : eiusq; solutio.  
num. 5.
2. Pluralis locutio, veluti Inter liberos , numero duorum  
contenta est.
3. Unitas non est numerus, sed numeri principium.
4. Ratio decidendi, favor ipsius testamenti , & institutionis  
filij vel filie.
5. Conditio, si sine liberis discesserit, saltem in uno filio su-  
perfite verificatur.
6. Sine liberis non est, qui unum habet filium.
7. Pluralis numerus quando resolvatur in singularem, & e  
diverso.
8. Liber pro liberis, ut & codicillus pro codicillis, in numero  
singulari, extat in Pand. & Cod.

**Q**VAERITVR etiam non incommodè in hoc loco,  
An testamentum inter liberos minus solenne ac im-  
perfectum de eo casu quoque intelligatur, si testator pa-  
rens unicum duntaxat filium aut unicam filiam habeat ?

Nam.

1 Nam si minus plures, at duos saltem liberos, inter quos hereditas dividatur, & ut testamentum inter liberos dicatur, require videtur; d. Auth. quod sine. Idque per vulgatam regulam, quod pluralis locutio numero duorum contenta sit. c. pluralis. 40. de reg. iur. in 6.

Plures enim sunt, etiam duo: & pluralis elocutio est: quæ duorum testimonium habet. l. 12. ubi numerus ff. de testib. Quemadmodum & dictio illa, Inter liberos, contenta est numero binario, & duos ad minimum exigit, arg. l. 44. inter colheredes. q. ult. ff. Famil. ercise. & l. 42. inter debitorum ff. de pactis, cum simil.

Ac proinde ut singularis numerus non importat pluralitatem; Ita nec pluralis numerus singularitatem inducit: sed pluralis locutio omnino plura requirit, c. inter cetera, ibi Bart. & Bald. de rescriptis.

3 Primus ergo numerus est binarius: siquidem in una re aliqua non cadit numerus: & sic nec unitas numerus est, sed potius numeri principium, aut certe. (ut ita loquamur) numerus numerans, d. c. pluralis. & ibi Peckius n. 1. las. in l. 3. possideri. S. ex contrario. s. n. 2. ff. de acquir. posses. Bart. in l. 3. ff. de annuis legatis. Panorm. in c. iuste. & c. ult. de appellat. Paulus de Castr. in cons. 356.

4 Enimvero hoc quoque casu, si scilicet unicus existet filius, aut unica filia, nihilominus privilegium testamenti inter liberos imperfecti locum habere certum est: ut quamvis eo casu, ubi unus heres est duxat, cesseret portionum illa divisio, de qua loquitur textus in d. Auth. quod sine in ceteris tamen dispositio illius, præsertim quod ad institutionem, omnimodo observanda sit: saltem favore ipsius testamenti & liberorum, ceu heredum suorum & legitimorum;

Nec vim facit ratio dubitandi modò adducta. ¶  
Quamvis. n. numerus pluralis duos ad minimum deside-  
rat, d.c. pluralis, i.l. ubi numerus. Tamen si forsan favore  
opus sit, aut studendum sententiae humaniori: veluti in  
testamentis aut fideicommissis: quorum non directa pla-  
nè, sed plerunque æquior est interpretatio: ut scilicet va-  
leat potius ultima voluntas, quam ut pereat: etiam is qui  
unum filium filiamvè suscepit, liberos habere dicitur.  
arg. l. 1. C. de pactis.

Et ideo conditionem illam. Si sine liberis decesse-  
rit, vel uno tantum filio superstite, aut nepote ex filio fili-  
avè nato, aut pronepote, vel etiam posthumo relicto  
descere, receptum est. l. 1. ibid. Bald. C. de conditio. inscr. l. 1.  
6. §. 2. C. ad SC. Trebell. l. 101. cùm avus. ff. de condit. & de-  
monstr. Idq; non tam ex præsumpta mente & voluntate  
ipsius testatoris, qui totam hereditatem ad neptem, si u-  
terq; filius sine liberis decedat, pervenire voluit: ut in hoc  
casu ita respondit Papinianus in l. 101. haredes mei. §. cùm  
ita. ff. ad SC. Trebell. quam ex verbis ipsis, quibus fideicom-  
missi formula concipitur: siquidem & pro uno filio apud  
Latinos classicos autores passim liberorum appellatio u-  
surpat, teste A. Gellio lib. 2. Noct. Attic. c. 13. Antiqui  
(inquit) oratores, historiq; & carminum scriptores etiam  
unum filium filiamvè liberos multitudinis numero ap-  
pellarunt: idque tam virilis, quam muliebris sexus. Quo-  
modo & M. Tull. Cicero in Philip. 1. de M. Antonii filio  
unico, & Terentius in Heautontimoromeno act. 1. scen. 1.  
de Menedemi filio, mentionem faciens, liberos multitu-  
dinis numero dixit.

Et enim, ut Caius noster scribit, non est sine li-  
beris,

beris, cui vel unus filius unavè filia est. Hæc enīm enunciatio, *habet liberos, non habet liberos*, semper plurativo numero profertur: sicut & pugillares, & codicilli. l. 148. non est sine liberis *ff. de verb. signif.*

7 Nam, ut idem Caius ibidem subjungit, quem sine liberis esse dicere non possumus, hunc necesse est dicamus liberos habere. l. 149. nam quem. *ff. d. tit.* Quod argumentum à contrarijs sive repugnantibus sumptum in jure semper & necessariò concludere docet Alciatus in d. l. non est sine liberis, arg. c. Raynautius in princ. ibi Guil. Benedict. post gloss. in verb. filium ex quo, De testam. & Capolla in d. l. nam quem. *bidemq. Brocheus.*

8 Tunc ergo pluralis oratio, inspecto usu loquendi, in singularem resolvitur, aut vim habet numeri singulare, & in uno quoque verificatur. d. l. non est sine liberis. d. l. heredes mei. in si. & l. 3. §. 2. *ff. de neg. gest.* Quemadmodum & è diverso interdum singulati numero aut appellatione, plura ejusdem generis apud Latinos significantur. l. 1. *ff. de assign. l. ber. l. 15. 8. in usu iuris ff. ae verb. signif.* ubi Celsus Iuris. in hunc modum scribit: In usu juris frequenter uti nos Cascellius ait singulari appellatione: cum plura ejusdem generis significare vellemus. Nam & multum hominem venisse Romam, & pisces vilem esse dicimus.

9 Neque tamen obscurum est, etiam in singulari numero interdum liberum, ut & codicillum, in jure civili reperiit. l. 133 si quis. c. de inoffic. testam. l. antepen. ibi, liberum vel liberos. c. de secun. nupt. l. 13. generali. c. de Sacro. Eccles. l. 17, non codicillum. c. de testament.

Quomodo

Quomodo & Alciatus in d.l. non est sine liberis, Modestinum & Vlpian, ita locutum esse docet in l. 34. ius agnat. ff. de pactis. & l. 126. nemo prædo. ff. de R. l. additque eandem vocem observasse Vallam apud Quintilianum in Declam. quem tamen eo nomine reprehendit Fornerius in d.l. nam quem. qui in utroq: illo loco non liberum, sed libertum legendum putat, secutus exemplum editionis Florentinæ, penes quam fides hujus rei esto.

## C A P V T . I I X .

A N V T P A R E N T V M I N-  
ter liberos, ita vicissim liberorum inter pa-  
rentes testamenta minus solennia iure  
subsistant, nec ne?

## S V M M A R I A .

1. An liberi inter parentes iure privilegiato, aquè ut pa-  
rentes inter liberos, testari possint, nec ne?
2. Ratio dubitandi, eiusq; refutatio.
3. Ratio decidendi à separatis & repugnantibus: & expli-  
catus text. Auth. de testam. imperfect. in verb. quando  
sunt parentes. n.s.
4. Parentum voluntas, ut & persona, liberis semper honesta  
& sancta esse debet.

C AETERVM non ut parentum inter liberos, ita libe-<sup>1</sup>  
rorū inter parentes testamenta minus solennia & im-  
perfecta

perfecta, eodem jure ac privilegio censentur: ita ut pariter ipso jure sint firma & valida: contra quām nonnulli juris interpres autumant; & præ cæteris contendit vehementer Curtius Iunior in d. §. ex imperfecto. n. 4. cuius tamen rationes multo leviores esse, quām ut redargui debeant, censet Vasquius in tratt. de success. creat. lib. 3. §. 21. limit. 7. n. 61. Planè enim liberi de bonis suis inter parentes dif-  
 3 ponere volentes, communi jure testari debent, id est, omni juris solennitate observata: qua prætermissa nullius momenti est eorum dispositio. d. §. ex imperfecto. ibi, Inter liberos. Neque enim in favorem liberorum magis, quām parentum, quo ad ipsorum dispositi-  
 onem, singulare hoc jus & privilegium introductum est: idque potissimum ob pietatem & reverentiam: cuius ra-  
 tio liberis etiam militibus in parentes semper constare, &  
 secundum naturam salva esse debet. l. 1. in pr. & §. 1. ff. de  
 4 obseq. parentib. & patro. prestan. l. 1. §. 5. ff. de agnosc. liber.  
 l. 3. C. de patr. potest. ita ut semper honesta & sancta liberis esse debeat parentum non modo persona, sed etiam voluntas. l. 9. liberto. ff. d. t. quam nullo modo eis in-  
 fringere licet: sed omnino eam, qualiscunque illa fuerit,  
 amplecti, in pr. d. Auth. de testam. imperf. Atque hoc ipsum est, quod Imperator Iustinianus in d. §. ex imperfecto. vocem illam adjicit. Inter solos liberos: & in Nov. 107.  
 Proœmio expressè dicit Imp. legem jubere morientium voluntates, quando sunt parentes, omnibus modis inter filios tenere. Legem intelligit Constantini Imperatoris, quæ disertè præcipit, parentum voluntates, quibuscunq; indicijs & conjecturis, vel qualicunque scriptura manife-  
 stas, inter liberos omnimodo valere: quippe quæ, ut ipse loquitur, erubescant parentes existentes d. Nov. 107.

Quæratio non similiter in liberis militat: tūm quia in his cessat quodammodo pietatis & reverentiaz illa consideratio: tūm quia non ut liberi parentibus, ita parentes liberis, sed ordine mortalitatis perturbatio succedunt: & sic cessante ratione dispositionis in liberis, ipsa quoque non immritò cessat dispositio per jura vulg. Quæ communis est & recepta iuris interpretum sententia, secundum Jason. in d. §. ex imperfecto, num. 4. ibi Albe. & Alex. num. 7. & Bald. in l. ult. num. 1. ibid. Salic. num. 3. C. Famil. erist. Roder. Suarez. in l. 32. quoniam, in ult. ampliar. C. ac inoff. testam. Guil. Bened. in d. c. Raynatus, in verb. testamentum, el. 1. num. 85. Idem tenent Specul. in tit. de instrum. edit. §. compendiosè. vers. Quid si filius. Paul. de Castr. cons. 362. num. 1. lib. 2. M. Ant. Natta cons. 423. num. 1. lib. 2. & cons. 622. num. 4. lib. 4. Jul. Clar. in d. §. testamentum. quest. 12. num. 6. Grass. ibid. quest. 15. num. 6. Boer. decis. 140. num. 22. Fr. Vivius lib. 3. Decis. 107. num. 3. Mantic. d. tract. cir. 2. post num. 12. lib. 6. Domin. de Magdal. d. c. 16. num. 180. cum multis seqq.

Hart. Pistor. lib. 1. quest. 1. n. 48. Andr. Geyl.  
lib. 2. observ. 112. num.

## CAPUT IX.

A N T E S T A M E N T V M  
 inter liberos sola protestatione aut declaratio-  
 nione contrarie voluntatis revocetur  
 aut infirmetur, nec ne?

## S V M M A R I A,

1. Textus Auth. hoc inter liberos, C. de testam. & Novel. 187, explicatus. & n. 6.
2. Protestatione sola, an clausula derogatoria in solenni testamento revocari debeat minus solenne testamentum inter liberos.
3. Ratio dubitandi duplex, de sola protestatione sufficiente, ex l. 27. sancimus. C. de testam. & l. 1. §. si heres, ff. si tab. testam. null. ext. Intellectus verus utriusq. legis pro solutione. n. 13. & 16.
4. Contraria voluntate testatoris prius testamentum sit ir- ritum.
5. Ratio decidendi, favor scilicet testamenti inter liberos, saltem respectu testamenti paterni inter extraneos facti: quippe in quo inest tacite clausula derogato- ria, num. 8.
7. Requisita duo testamenti revocatorij: in quo non sufficit clausula generalis, num. 8. neque etiam clausula illa, Non obstante testamento inter li- beros, num. 9.

11. *Testamentum nuda voluntate, aut posteriore testamento non perfecto, non fit irritum.*
12. *Legatum per secundum testamentum licet imperfectum, infirmatur: secus autem hereditis institutio.*
14. *Testamentum nuda voluntate infirmatur, concurrente decennio.*
15. *Lex presumit oblivionem, elapsa decennio.*
17. *Ampliatio prima, sive sit scriptum, sive nuncupatum testamentum; modò coram septem testibus revocetur: alias vero secus. m. 18.*
19. *Ampliatio secunda, non obstante iuramento de non revocando priori testamento,*
20. *Iusinrandum sequitur naturam testamenti revocabilis.*
21. *Prima exceptio regulae de clausula derogatoria , Nisi nova & iusta causa superveniat mutati paterni iudicij.*
22. *Pater recto adversus liberos uti iudicio presumitur.*
23. *Altera exceptio , Nisi favorabilius sit testamentum posterior.*
24. *Testamentum inutile & nullum prorsus facere equivalentur.*

**N**VNC antequam de duobus testamentis paternis quæstio proponatur, de revocatione testamenti inter liberos, & qua forma illud à parente revocari aut infirmari debeat, breviter dicendum est: *de quo est in Authen. hoc inter liberos. C. de testamentis. cuius verba defumpta sunt ex Novell. 107. §. & siquidem de testa. imperf. coll. 9. tit. 3.* Hoc inter liberos (inquit) testamentum ita infirmatur; si parens septem testibus adhibitis declareret, se nolle tale testamentum

tum valere: & aliam disponat voluntatem vel in testamento perfecto, vel in non scripta perfecta voluntate.

Quibus ex verbis intelligitur, solam aut simplicem testamenti prioris inter liberos revocationem oretenus factam: coram testibus nihil operari: sed omnino alio testamento solenni unâ cum clausula derogatoria, quam vocant, opus fore ad hoc, ut prius testamentum revocetur: ne aliquoquin utroq; testamento ita evacuato, intestatus parentis decebat: §. posterior. vers. nam & prius testamentum. Inst. quib. mod. testam. infirm. d. Auth. hoc inter liberos. & d. 2 Novel. 107. de testam. imperf. Quæstio igitur hujus loci hæc est, An sola protestatione aut declaratione coram septem testibus factâ prius testamentum inter liberos revocetur, ut valeat posterius: an verò opus sit solenni & perfecto testamento, unâ cum clausula derogatoria seu revocatoria?

Et quidem ad hanc quæstionem respondendum esse videtur: solâ protestatione aut declaratione verbali 3 revocari posse prius testamentum: veluti si testator parentis coram idoneis testibus profiteatur, se testamentum inter liberos jam olim factum, omnino nunc revocatum velle, deque eo coram ipsis solenniter protestari.

4 Plane, n. ex contraria voluntate testatoris prius testamentū irritū esse intelligitur: si scilicet testator tantummodo dixerit, se non velle prius stare testamentum: vel si alijs verbis utendo contrariam aperuerit voluntatem: & hoc vel per testes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manifestaverit: ut disertè his verbis statuit Imp. Justinian. in l. 27. sancimus. vers. sin autem testator. C. de testamentis. Quod & Vlpianus docet in l. 1. §. si haeres. ff. Si tab. nullato. stam. extab. Si (inquit) haeres institutus non habeat vo-

luntatem (defuncti) vel quia sunt incisæ tabulæ; vel quia cancellatæ; vel quia alia ratione testator voluntatem mutavit: dicendum est ab intestato rem habituros eos, qui bonorum possessionem acceperunt. Quibus verbis significat lareconsultus, hæreditatem pertinere ad hæredes legitimos ab intestato venientes: propterea quod testator mutatā voluntate declaraverit, si velle prius testamentum revocare, ac intestatum decedere.

Sed contrarium ab Imp. Iustiniano deciditur *in d. 5*  
*Auth. hoc inter liberos:* nimirum non nisi solenni testamento posteriore, coram septem testibus condito, prius testamentum revocari aut infirmari. *l. 18. si iure, ibi Bart.*  
*& DD. commun. ff. delega. 3. §. ex eo autem. insit.* *Quib. modis testam. infirm.* Intelligendum hoc de testamento posteriore saltem inter extraneos facto; in quo scilicet extranei heredes instituti sunt. Nam aliud in testamento inter liberos constitutum est iure *Authentico:* quod jus commune sicutem in hoc casu correctum est. Quamvis enim non desunt, qui textum *d. Auth. hoc inter liberos,* simpliciter & generaliter loquentem, de omnibus testamentis accipiunt, *ut post Jacob. kaven. Cynus & Alberic. in d. Auth. hoc inter liberos:* verior est ramen prior illa declaratio, quam sequitur hic *Salic. & Iason. n. 1. & Guil. Benedict.* *in d. verb. testamentum. cl. 2. n. 9 & 10. eamq. communem esse testatur Iul. Clar. in d. §. testamentum. q. 9 8, num. 2. & Crasso. in §. cod. q. 8 6, n. 5. & 6. & Zunth. in responso pro uxore. nu. 729. & 748.*

Ac proinde ut prius testamentum revocetur; necesse est, ut parens alio solenni condito testamento, coram septem testibus, expressè profiteatur, si & prius testamentum revocare, & posteriorius valere velle, addita sci-

ta scilicet clausula derogatoria, dicitur hoc inter liberos; dicitur & siquidem.

Quarquam enim prius testamentum semper in se continet tacitam conditionem; quatenus scilicet testator in ea voluntate perleveraverit, & aliud testamentum non fecerit: quod quidem facere ei omnino licet, secundum Angel. in cons. 157. n. 3. Tamen ob favorem testamenti inter liberos singulariter jure receptum est: ut si prius illud testamentum inter liberos valere non debeat, posterius hoc revocatorium, saltem inter extraneos factum, non modò solenniter coram septem testibus ordinetur: sed in eo etiam priori testamento in specie expressè derogetur. dicitur Autem hoc inter liberos, ita q. Paul. de Cast. num. 4. & Ias. in limit. 1. Corne. cons. 7. n. 6. & seqq. lib. 4. Cephal. cons. 548. n. 10. lib. 4. Rinald. tun. cons. 235: n. 2. & 19. cum seq. lib. 3. Cavalcan. decus. 27. n. 66. de contractib. Franc. Vivius lib. 2. decus. 292. n. 1.

<sup>8</sup> Itaque clausula generalis tunc non sufficit, ut vult Curt. tun. cons. 169. num. 8. Rubeus cons. 24. Cravet. cons. 152. num. 12. sul. Clar. in §. testamentum. q. 98. & seq. Covarru. de testam. in p. 2. num. 19. Guido Papæ decis. 127. post n. 2. quos ad hoc referit & s. quitar Fr. Vivius d. decis. 292. num. 2.

<sup>9</sup> Quin imò ad revocandum prius testamentum inter liberos, in quo clausula derogatoria expressa continetur, non sufficit in posteriore testamento solenni exprimere clausulam illam, Non obstante testamento facto inter liberos: nisi altera quoque illa clausula, Non obstante clausula aerogatoria, simil in ea expressa continetur: ut tradunt communiter D.D. in i. Aut. hoc inter liberos, ibid singulariter Paul. de Cast. numer. 5. Cephal.

Cephal. cons. 375. n. 16. & seq. lib. 3. & cons. 548. numer. 13.  
 Riminald. Iun. d. cons. 235. n. 6 o cum aliis seqq. Rubeus d. cons.  
 24. n. 13. Hieron. Gabriel. cons. 114. n. 1. & seq. lib. 2. & ita de-  
 cisum fuisse in Audientia Barense refert Fr. Vivius d. decis.  
 292. n. 3.

Neque sanè obscura est hujus juris ratio: siquidem  
 testamento inter liberos ex legis provisione tacite inest  
 clausula derogatoria posterioris voluntatis, saltem ob fa-  
 vorem liberorum: cuius causa omnia solennia legum re-  
 missa sunt: qui in eorum odium minimè retorquendus  
 est: ut scilicet magis favetur posteriori testamento, in  
 quo extraneus hæres institutus est: nisi in eo expressè te-  
 stamento paterno derogetur. Praesumitur ergo parens  
 in testamento inter liberos tacitè derogare iis omnibus,  
 quæ sequuntur: perinde ac si disertè voluntatem suam ita  
 declareret; etiam si aliud postea fecerit testamentum, se ta-  
 men prius istud valere cupere: adeò ut tacita ista derogatio  
 omnino aliam expressam desideret in secundo aut po-  
 stremo testamento: cùm nihil sit tām naturale, quām eo  
 genere unum quodq; dissolvere, quo colligatum est, se-  
 cundum Vlpianum in l. 35, nihil est ff. de reg. iur. Ita tenent  
 DD. omnes in locis suprà relatis, & in primis in d. Auth. hoc  
 inter liberos. ibi Ias. n. 4. vers. secundò principaliter. Mantic.  
 de coniect. ult. volunt. lib. 6. tit. 2. n. 19. Simon. de Prat. de in-  
 terpret. ult. volunt. lib. 4. interpr. 3. dub. 2. n. 3. & num. 13. cum  
 seqq. Domin. de Magdal. d. part. I. c. 17. n. 21. Diaz. reg. 732.  
*Testamentum factum.*

Denique regulariter ex eo solo non posse infirma-  
 rit testamentum, quod postea testator id noluerit valere: ii  
 ac ne tunc quidem, si quis post factum prius testamentum  
 posterior facere cooperit: & aut mortalitate præventus,  
aut

<sup>aut</sup> quia ejus rei eum pœnituit, id non perfecerit, ex D.  
Pertinacis Imp.oratione, qua cautum fuit, ne aliâ tabu.  
læ priores jure factæ irritæ fiant, nisi sequentes jure ordi.  
natæ & perfectæ fuerint, pulchrè docet Iustinianus in §.  
*ex eo autem solo, Inst. Quib. mod. testam. infirm.*

Quò etiam pertinet responsum Pauli in l. 36. mi.  
litis. §. veteranus. 3. ff. de testam. milit. Veteranus miles  
12 (ait) testamentum jure communi, tempore militiae, fa.  
ctum, irritum esse voluit, & intestatus esse maluit. Hære.  
dum institutiones ac substitutiones in eodem statu man.  
fisse placuit: legata verò patientes exceptione doli mali se.  
cundum jus commune submoveri.

Neque verò huic sententia refragantur suprà alle.  
gatæ juris auctoritates ex Cod. & Pand.

Nam primum quidem d.l. 27. sancimus. C. de testam.  
13 in alio casu loquitur: quæ vult ita demum valere testa.  
menti revocationem ex contraria voluntate testatoris  
quoquo modo declarata, si tempus decennij accesserit:  
quo antiquatum & præscriptum fuit testamentum, d. l.  
sancimus. in princ. ibi, & decennium fuerit emensum. Tunc  
igitur irritum sit testamentum, tam ex contraria voluntate,  
quam ex cursu temporali, us ibidem loquitur Imp. cùm  
olim solo decennio, etiam absque alia declaratione vo.  
luntatis, testamentum infirmaretur. l. 6. C. Theod. de testa.  
mentis.

14 Et quod regulariter prius testamentum revocetur  
per posterius saltē post lapsum decennij, si præser.  
tim constet de voluntate testatoris, aut revocatione  
quoquomodo expressa, licet minus solenni aut per.  
I festa,

fecta, nulla etiam apposita clausula derogatoriā, communis est interpretum juris doctrina in d. l. *sancimus*. ibi *Bald*, num. 6. *Alexan*, in l. 1. 2. si mihi & tibi. §. ult. num. 4. ff. de lega, 1. & in cons. 105. col. 2. lib. 4. *Fulgo*, cons. 57. *Barba*, cons. 72. vol. 3. *Bertrand*, cons. 133. n. 6. vol. 7. *Tiber*. *Decian*, cons. 126. num. 2. vers. Item quando. vol. 3. *Clarus* in d. §. testamentum, q. 99. vers. *Scias* etiam. *Fr. Vivius* d. decis. 292. n. 5. Nam & aliās lex post lapsū decennij oblivionem præsumit. l. 44. peregrē, ibi g. DD. ff. de acquir. possess. *Bart.* in <sup>15</sup> l. 7. qui fundum. §. servus. ff. pro empto. *Bald*, in l. 1. col. 3. C. de confess.

Non obstat deinde textus in d. l. 1. §. si hāres. in qua non simpliciter asseritur, testamentum fieri irritum ex <sup>16</sup> eo, si testator dixerit, se velle illud revocare, & intestatum decedere: quippe quā sola ratio non sufficit ad infirmandum testamentum: sed potius ex eo si hāres scriptus (ut *Vlpianus* ait) non habeat defuncti voluntatem, hoc est, si liquidō appareat de mutata voluntate testatoris, qui non tam hāredem scriptum, quām alios ab intestato venientes, qui bonorum possessionum acceperunt, sibi succedere velit: quod tunc liquidō appareat ex eo, si vel tabulae testamenti incisa, vel cancellatae sint à testatore: aut si testium subscriptiones vel sigilla turbata sint: aut si aliquid simile ab eo factum sit, ex quo mutata ipsius voluntas certō arguatur: Tunc enim irritum fit testamentum. d. §. si hāres. l. 22. ad testium. §. 3. ff. Qui testam. fac. poss. l. 1. §. 10. si litium. ff. de bon. possess. secund. tab. l. penult. C. de testam. quomodo ad legem hanc quog. respondet *Andr. Fach.* lib. 4. Controvers. iur. c. 8. vers. non obstat textus in d. §. si hāres.

Quod autem de revocatione testamenti paterni <sup>17</sup>  
modò

modò est dictum: non solum hoc verum est de testamento patris inter liberos scripto vel subscripto: ut vult Ang. in d. Auth. hoc inter liberos, ibi q. Alber. n. i. Guil. Benedict. in d. verb. testamentum. cl. 2. n. 1. per tex. Auth. quod sine verùm etiam in testamento nuncupativo: in quo & ipso solennitas juris civilis, hoc est, septem testium præsentia, & præterea clausula derogatoria expressa requiritur: d. Auth. hoc inter liberos. in si. ibi. non scripta perfecta voluntate, h.e. nuncupata, vel coram septem testibus declarata: ut communiter ibidem tenent D.D. & sibi contrarius Angel. in d. Auth. hoc inter liberos. & Paul de Castr. num. 1. las. n. 2. & Manic. d. tit. 2. n. 19. Sim. de Prat. d. dub. 2. num. 21. Gräff. d. q. 86. n. 10.

18 Nam & è diverso si parens secundum testamentum manu propria scribat: & in eo apponat clausulam derogatoriam; si tamen privatus hoc scribat non adhibitis septem testibus: similiter eo prius testamentum non revocatur: è quod correctio ista prioris testamenti coram septem testibus expressim & clarè, aut, ut in Græco legitur, πντως, non fuit adhibita. 1. §. & siquidem. vers. hoc enim concedimus: Quæ opinio communiter approbata est teste Paulo de Castro in d. Auth. hoc inter liberos.

19 Præterea hæc quoque regula de revocatione testamenti paterni obtinet, etiam si testator se illud non revocare velle juraverit: nam & tunc testamentum secundum primo prævalet. Sul. Clar. d. §. testamentum. q. 94. Covarru. in Rubr. de testam. in 2. part. n. 9. Laur. de Pinu. cons. 18. nu. 1. Fr. Vivius lib. 2. dec. 292. infi.

Quanquam enim magna est vis & potestas  
I 2 jurisju-

jurisjurāndi in omnibus conventionibus & contractibus;  
ita ut servari illud omnino par sit, nisi forte vergat in dis-  
pendium salutis æternæ, c. cùm contingat de iure iur. cum  
simil. Minimè tamen eadem vis & efficacia ejus est in  
hujusmodi actibus, qui ex solâ facientis voluntate pen-  
dunt, saltem ad hoc, ut revocari illud nequeat; ac proinde  
cùm iurandum sequatur naturam actus, super quo in-  
terponitur, l. ult. C. de non numer. pecun. mer. rō quoque se. 20  
quitur naturam testamenti: quæ talis est, ut revocari possit:  
licet aliâ temerè jurans à perjurio excusari non possit,  
per nos, in c. ult. de procurat. lib. 6. de quo Larius disputat Andr.  
Fachin, lib. 4. Controv. iur. cap. 8. in si.

Cæterum regula suprà tradita de clausula deroga- 21  
toria aliquot exceptiones patitur. Prima exceptio  
est. Nisi priori testamento condito nova & justa causa su-  
pervenerit, ex qua voluntas parentis mutata fuisse rectè  
arguatur: veluti si aliquis liberorum graviter fortassis pa-  
rentem offendit; ut in posteriore testamento minorem ei  
portionem assignare, & cum eo extraneum hæredem  
conjungere voluerit. Tunc enim prius testamentum  
etiam absq; clausula derogatoria in posteriore testamen-  
to revocatum esse intelligitur. adeo ut probatio in contra-  
rium ei incumbat, qui sibi immerito extraneum praferri  
contendit, DD. commun. in d. Auct. hoc inter liberos, Grass.  
d. q. 86. n. 11, Zunib. in resp. pro uxore, num. 884. cum multis  
seqq;. Nam ut in omni dispositione pater optimum pro  
filio consilium capere præsumitur aut ea solum disponere,  
quæ pictatis & utilitatibus suadet ratio, l. 36. amicissimos. 22  
S. ult ff. de excus. tut. Ita vicissim non præsumitur pater  
quicquam in liberorum suorum præjudicium aut da-  
minum suscipere: sed recto potius & paterno semper uti  
judicio.

judicio.l.3.C.de patr.potest.l.22.nec in ea.inf. ff.ad L.Iul.de adulter.Alicet,l.b.1.præsumpt. 2.

<sup>23</sup> Altera exceptio est , Nisi utrumque testamentum inter liberos factum sit: & major eorum favor continetur in posteriore testamēto : utpote si in priore testamento magna sit inæqualitas institutionis liberorum : quæ in posteriore quoquo modo correcta est ; quo casu sufficit verbalis declaratio , etiam absque solenni testamento & clausula derogatoria : ut declarat hoc Paulus de Castro in d. Auct.h.hoc inter liberos.notab.4. Nam si testamentum inter liberos posterius absque clausula derogatoria nihil valet in præjudicium liberorum, saltem ob magnam inæqualitatem: sequitur prius quoque testamentum , in quo similis inæqualitas reperitur, facile revocari quoquo modo coram septem testibus possit : quoniam testamentum inutile facere, & nullum prouersus facere paria sunt , per vulg.Theor.in l.4.si se non obtulit. §.condemnatū. ff.dere

<sup>24</sup> iudic. & l.8.quamvis. §.1. ff.ad SC.Velleia,

## C A P V T X.

T E S T A M E N T I S P A R E N,  
tis duobus inter liberos existentibus,  
utrum alteri præjudicet.

## S V M M A R I A.

1. Iure civili nemo paganus cum duobus testamentis decedere potest. & cur.n.2. N si si miles.n.3.
2. Ratio dubitandi per dilemma , eiusdemq; solutio per distinctionem.n.5.

6. Ratio decidendi, quod scilicet posteriore testamento prius rumpatur.
7. Posteriora in iure derogant prioribus.
8. Ius singulare in testamentis duobus inter liberos, si vel alterum, vel utrumque, vel neutrum clausulam habeat derogatoriam.
9. Favor liberorum in testamentis inter liberos quomodo consideretur.
10. Facilius tollitur, quod valet iure speciali, quam quod valet iure communi.
11. Parifavore in utroque testamento extante, praevaleat posterius.
12. Testatoris voluntas totum facit in testamento: eaque praevalet favori, & clausulae derogatoria.

**S**VPERIORI capite dictum est, testamentum paternum inter liberos minus solenne ac imperfectum, non nisi alio solenni ac perfecto testamento posteriore, saltem inter extraneos coram seipsum testibus factum, & in quo expressè primo testamento derogatum sit, revocari aut infirmari posse. Nam de eo casu solum dicitur. Autem hoc inter liberos: loqui prolixè probatum est: à quo tamen exceptus intelligitur alter ille casus de duobus testamentis inter liberos, sive habeant clausulam derogatoriam expressam, sive non habeant: de quo in hac questione breviter quædam annotabimus.

Summa igitur questionis hæc est: Testamentis duobus paternis existentibus, saltem inter liberos, utrum ex his praevaleat, priusne an posterius, an vero neutrum,

Nam

Nam utrumque valere jure non potest: siquidem unius hominis atque adeò unius hæreditatis seu universitatis plurā eaque diversa testamenta esse non possunt: neque fieri ullo modo potest saltem de jure, ut quis cum duobus testamentis decedat. secundum gloss. & DD. in §. posteriorē. Inst. Quib. mod. testam infirm.

Planè enim unius hominis unum duntaxat est testamentum: eò quod testamentum universam contineat hæreditatem: extra universitatem verò nihil est: uno excepto militis testamento: cui soli plura testamenta facere, & ex parte hæredem instituere licet: quod facere ita paganō non licet. l. 19. querebatur. l. 36. militis. §. 1. ff. de testam. mili.

4 Et sanè quod ad hanc questionem attinet, dicendum videbatur, neutrum valere posse vel debere: idque ex hac potissimum ratione. Nam aut eandem utrumque testamentum dispositionem habet: & utrumq; pro uno habetur: & sic alterum prorsus supervacuum est: Aut alterum ab altero planè est diversum, & repugnans quodammodo aut contrarium: & tunc totum actum testatoris vitiat ejusmodi repugnans dispositio. argum. l. 16. si Titius ff. de condit. inst. & l. 188 ubi pugnantia. ff. de reg. jur.

5 Quam ad objectionem tamen facilis & expedita est hæc responsio: ita demum vitiari actum ob repugnatiā: si in una eademq; dispositione ea inesse demonstratur: secūs autem, si in diversis testamentis fortè ea reperiatur: siquidem voluntas hominis usque ad mortem est ambulatoria: potesiique adeò pro arbitrio mutari testamentum, quo ad homo vivit. l. 1. C. de Sacros. Eccles. cum concord. textib.

6 Tunc igitur regulariter post mortem illud valere,

valere debet testamentum, quod posterius est, tanquam ultimum elogium, & supremum iudicium testatoris: quo prius & superius testamentum rumpi aut irritum fieri dicuntur. d. §. posteriorē, l. 2. & l. 11. si bina, cum l. seq. §. 1. l. 16. cūm in secundo. ff. de iniust. rupt. & irri. testam. l. 32. cūm hic status. §. 2. ff. de donatio, inter vir. & uxor. l. 29. si quis priore. ff. ad SC. Trebell. Alberic. in l. 22. si quis in principio testamenti. num. 10. ff. de lega. 3. adeo ut etiamsi mille testamenta præcederent, novissimum attenendi maximè debeat. arg. c. cum Mariha. de celebrat. missar. Riminald. cons. 169. n. 5. vol. 3. Cephal. cons. 375. n. 1. & seqq. lib. 3. & cons. 519. n. 1. & seqq. lib. 4. neque tunc clausula opus sit derogatoria aut revocatoria. Angel. con. 258. Dec. cons. 512. Roland. de Valle. cont. 33. n. 24. vol. 3. Bertrand. cons. 36. nu. 1. vol. 7. Corne. cons. 7. n. 5. vol. 4. Fr. Vivius decisi. 292. lib. 2. num. 7.

Nam & aliâs in jure posteriora derogant priorib: & in legatis, ut & pactis conventis, novissimæ scripture valent, l. 12. si m. hi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. l. l. 72. pacta conventa. ff. de contrahent. empl. l. 12. pacta novissima. C. de pact. cum similib.

Sed hæc quidem in genere ita de omnibus testamentis rectè dicuntur: major autem ratio tunc consideratur, si duo existent inter liberos testamenta: an eo quoq; casu sit opus clausula derogatoria: & si testamentum posterius & què ac prius inter liberos factum sit, utrum prius an posterius prævaleat? Ad hoc respondendum est, cūm utrumque testamentum inter liberos, ut valeat, favorem liberorum continere debeat: si quidem in uno sit major favor, & in altero minor: fieri tunc confusionem dispositionum, ut neutrum valeat absq; clausula derogatoria.

Favor

Favor autem liberorum in eo potissimum spectatur, ut æquales sint eorum portiones, aut saltem non valde inæquales: ut docet Sim. de Prat. d. dub. 2. n. 5. cum seq. & Zanth. d. resp. n. 748. & seqq. Ruin. cons. 9. n. 3. & 4. lib. 2. Par. cons. 34. lib. 2. Decian. cons. 34. num. 2. lib. 1. Confusione itaque hoc modo facta dispositionis, ita ut neutro valere debeat absque clausula derogatoria: tunc meritò prævalet illa dispositio, in qua major reperitur æqualitas: & plerunque tunc fit locus dispositioni juris communis: quo regulariter succedunt liberi ad portiones æquales. l. ult. § fin autem. C. de bon. quæ liber.

Nam & aliás longè fortiora sunt illa, quæ jure communi nituntur, aut saltem ad hoc quām proximè accedunt: quām ea quæ specialia aut singulari jure valent. arg. l. 34. eius militis. §. militia missi. ff. de testam. milit. l. 8. sed & milites in pr. vers. coæqualitas. ff. de excus. tutor. Ludov. Roma. cons. 385. n. 3. Alex. I mol. cons. 134. n. 11. lib. 2.

Quod si tamen par aut æqualis sit favor utriusque testamenti: neque primum habeat clausulam derogatoriā expressam: sanè tunc prævalet posterius, etiam nulla derogatione facta, secundum glossam in d. §. & siquidem verb. perfecto. Mantic. d. tit. 2. n. 19. Bald. Ang. Sglic. & Paul. de Castro in d. Auth. hoc inter liberos. Clar. d. §. testamentum. q. 98. n. 2. Gräff. §. eod. q. 86. n. 7.

Quemadmodum & si de mutatâ testatoris voluntate liquido constet: veluti ex causa aliqua inimicitia aut offensionis superveniente: siquidem voluntas testatoris totum facit in testamento. l. 35. ex facto. §. rerum. ff. de hæc. insit. Bald. in d. l. sancimus. n. 6. ibi Paul. de Castro. & las. num. 8. & seqq. C. de testam. Covarr. ad Rubr. 2. part. nu. 19. extr. eos. lit. Nam tunc quoniam in posteriore testamen-

to facilè inesse intelligitur clausula derogatoria, meritò illud prævalet; tametsi prius testamentū inter liberos multò sit favorabilius, aut etiam expressam habeat clausulam derogatoriam: prout tenent Paul., deCastr., Angel., Bald., Salic., & alij in d. Auth., hoc inter liberos, quam communem & receptam esse opinionem testatur Grass. d. q. 86. n. 11, & Sim. de Præt. d. dub. 2. n. 109, & Zunth. in responso pro uxore. n. 884. cum seqq. quos refert & sequitur Io. Dauth. in d. Auth., hoc inter liberos. n. 3. propè fin., ubi ex doctrina interpretum juris ac præsertim Bald., Ang. & Salic. totam hanc rem de duobus testamentis inter liberos compendiosè ita distinctione explicat: Aut(inquit)primum testamentum habet clausulam derogatoriam expressam, & tunc prævalet: nisi ei in secundo expressè derogetur. Aut non habet clausulam expressam: & tunc si æqualis aut major favor est testamenti secundi, illud prævalet: sin autem major est favor primi testamenti, id prævalebit. Nisi vel secundum expressam clausulam habeat ad prius: vel liquidò de testatoris voluntate constet, quod secundum prævalere velit: quippe cùm testatoris voluntas in hisce disputationibus primas obtineat.

Et tantum de testamento inter liberos minus  
solenni ac imperfecto dixisse  
sufficiat.

CAPVT

## CAPUT XI.

DE TESTAMENTO  
ad pias causas condito.

## SUMMARIA.

1. Testamentum pia cause, aquè ac inter liberos , privilegiarum & favorable est.
2. Testamenti ad pias causas definitio , eiusq; tria genera.  
num. 3.
3. Primum genus, & piorum locorum appellatione qua veniant, veluti aedes sacrae: item sepulchra & coemeteria.n.s schola & gymnasia.num. 5.Xenodochia, nosocomia, orphanotrophia &c.n.7.
4. Secundum genus eorum, quæ piis usibus destinata sunt , ut causa studiorum: item libertatis n.9.dotis. num. 10.alimentorum.n.11.quæ in iure equiparantur.n. 12.item refectionis pontium & stratarum publicarum.num.13.& constructionis sepulchri aut monumenti publici.n.15.
14. Publicæ utilitatis causa quod sit, pium dicitur.
15. Tertium genus eorum, quæ personis miserabilibus sunt relicta, veluti pauperibus: item viduis & orphanis. n.17.item captivis. n.18.
19. Pro animarelictum, pia causa annumeratur.

**C**ONSEQVENS nunc est, ut de testamento ad pias causas condito exponatur: quod ijsdem fermè, quibus testamentum inter liberos, gaudet privilegijs. Quemadmodum & ea quæ liberis & parentibus relictæ sunt, pijs causis, & è diverso, interdum in jure comparantur. arg. l. 15. nam eti parentibus, in princ. ibi, p. reliqui debet. ubi DD. hoc not. ff. de inoffic. testam. quamvis in eo Angelus & non nulli alij contradicunt: de quo Tiraquel. in Praefat. tract. p. causa, & Cremens. singul. 9, & Graffas in §. testamentum. q. 17. n. 17. & 18.

Magnus enim est favor piæ causæ, ob quem non raro à dispositione juris communis receditur, secundum Bald. in l. 1. C. de Sacros. Eccles. arg. c. relatum, cum ibid. not. extr. de testamento.

Primum autem testamentum ad pias causas quid sit, definiendum est: ut tota ejus vis & natura melius intelligatur. Testamentum ad pias causas voco illud, quod pietatis solùm contemplatione factum est: sive pijs locis; (*veluti Ecclesia aut scholis aut Xenodochijs*) sive usibus piis: (*veluti studijs & alimentis*) sive denique personis miserabilibus, (*veluti orphanis, viduis, aliis & pauperibus, imo & captiuis*) saltem pietatis intuitu aliquid relictum sit, secundum gloss. in c. ult. verb. pietas. de feriis. Bald. in Auth. similiter, in pr. C. ad L. Falcid. Specul. in tit. de instrum. edit. §. Nunc vero aliqua. vers. & scias quod inter relictæ, Tiraquell. in d. Prafa. in princ.

Pluribus ergo modis ad pias causas testamento relinquiri potest: & quidem ea, quæ piæ causæ appellatione veniunt, sunt trium generum: ut ex definitione intelligitur; de quibus omnibus singulatim dicendum est.

Primum enim piæ causæ appellatione veniunt ea,  
quæ

quæ pijs locis relicta sunt. Pia autem loca sunt, quæ vel  
sacra sunt, aut religiosa, vel sacris & pijs exercitijs destina-  
ta. Cujus generis sunt primò templo & ecclesiæ sive ba-  
silicæ: quæ propriæ res sacræ, hoc est, publicè Deo conse-  
cratæ dicuntur: unde & ædes sacræ appellantur. §. *sacra.*  
*Instit.*, de rer. divis. l. 6. §. 2. & 3. ff. cod. tit. l. 21. *sancimus.* & tot  
tit. *C. de Sacros.* *Eccles.* *Macrob.* lib. 3. *Saturn.* c. 3. *Festus*  
*lib. 17.*

Deinde sepulchra & cœmeteria, ceu loca quædā  
§ religiosa, hoc est, propter sanctitatem à profanis usibus re-  
licta, aut ex jure viventium in jus mortuorum quasi rele-  
gata: quæ ab Imp. Constantino domus defunctorum ap-  
pellantur: §. *religiosum.* *Instit.* d. tit. & d. l. 6. §. 5. l. 2. & 4. ff. *de*  
*religios.* & *sumpt. fun.* l. 4. *C. de sepul.* *viol.* *M. Cic.* *Philip.* 3.  
*A. Gell.* lib. 4. c. 9. *Macrob.* d. lib. 3. c. 3.

Præterea scholæ & gymnasia ceu pietatis & religi-  
onis domicilia, & veluti quædam sacraria: in quibus liter-  
arum excentur studia, & vita hominum ad obedien-  
tiam Deo, & ad parendum magistratu[m] informatur, ut  
ait Imp. in Authen. *habita.* *C. Ne fil.* *pro patre.*

Postremò alia loca publica, pietatis charitatisque  
7 Christianæ operibus exercendis destinata: cujusmodi  
sunt Xenodochia, nosocomia, orphaniotrophia & id ge-  
nus alia loca, in quibus vel senes, vel infantes, vel paupe-  
res, aliæque personæ miserabiles aluntur; quæ gerontoco-  
mia, brephitrophia, ptochotrophia appellantur; de quib[us]  
est in l. 19. illud quod ibi DD. *C. de Sacros.* *Eccles.* l. 32. *orpha-*  
*phanotrophos.* *C. de Episc.* & *Cler.* *Archidiac.* in can. si ex laicis  
10. q. 1. *Ioan.* *Andr.* in c. *Ioannes.* col. 2. vers. *Pijs locis.* & *Pa-*  
*norm.* in c. ult. m. 2. *de testam.* *Alexan.* in cons. 209. col. 1. *lib.*  
2. *Roman.* cons. 477. col. pen. in fi. *Tiraq.* *de privil.* *piae cause.*  
K. 3. in prin.

in princ. vers. Item relictum hospitali, cum plurib. ibid.  
alleg.

Deinde piæ causæ appellatione h[ab]eniunt ea, quæ s  
piis usibus relicta sunt: cuiusmodi est causa studiorum:  
maximè verò religionis & doctrinæ cœlestis. l. 1.  
in si. ibi Bart. ff. solut. matrim. Alexan. in addit. ad Bart. in  
l. 12. Stichus liber esto. ff. de lega. 3. Et in l. 14. si cui annuum.  
ff. de annu. lega.

Quippe quæ utilitatem publicam respicit: & ob  
id meritò pia & favorabilis causa dicitur. l. 2. §. exerciti-  
um. ibiij. Bart. ff. de his qui not an. infam. l. 3. si quis. §. utrum  
autem. Et ibidem Bart. ff. ad SC. Syllan. Authen. quare res. C.  
Commu. de lega. Paul. de Castr. in cons. 23. col. penult. per tex.  
in l. 1. §. ult. C. de caduc. tollen.

Talis quoque pia causa libertatis est, quæ omnibus  
rebus favorabilior censetur. l. 1. §. pen. ibi, ad hanc rationem  
pietatis. C. de commu. serv. manum. l. 15. ancillam. in si. C. de  
fideicom. libert. l. 38. in testamento. ibi, pios filios. ff. eod. tit. l.  
122. libertas. ff. de reg. iur. quippe cùm libertas ferè ob-  
favorem in jure comparetur Ecclesiæ. §. ult. in Auth. de non  
alien. reb. Eccles. Bald. in l. 1. §. in primo. col. ult. C. de caduc.  
tollen. Et in l. 2. Et l. penult. C. de fideicom. libert. Et in l. 12. si  
unus. C. de testam.

Talis est quoq; causa dotis, si præsertim à matre vel <sup>10</sup>  
sorore promittatur. l. 32. cùm is qui. §. mulier. ibi, pietatis  
causa, cùm ibid. not. per Bald. Et Ang. ff. de condict. indeb. Baro.  
in l. 9. si ego. in pr. Et §. 1. ibi, favore dotium. ff. de iur. dot. Et in  
l. 24. si constante. q. 11. n. 1. ante si. ff. solu. matr. Et in l. 2. §. ult.  
post pr. ff. de donat. maximè verò si ea detur pro maritandis  
pauperib. virginib. Bald. in d. l. 19. illud quod. Et in Auth. nisi  
rogati. col. 3. v. Quero nunquid monasterium. C. ad SC. Treb.

Talis deniq; est causa alimentorum. l. 14. Mela. §. 1. II.  
ibi,

ibi, pietatis intuitu, ff. de alim. vel ciba. leg. & l. 22. sancimus.  
cl. 2. C. de Sacros. Eccl. §. interdicimus. ibi, e gentium parvula &  
alias pias causas. Auth. de Ecclesiast. titul. & privileg. №. 131.

12 Atque hinc causa studiorum, dotis & alimento.  
rum ferè in jure comparantur, secundum gloss. in l. 12. ob as.  
alienum. C. de præd. & aliis reb. minor. non alien. Bart. l. 1. ibid.  
Socin. ff. sol. matrim. & in l. ult. ff. de his quib. ut indig. aufer. &  
in Auth. res que. C. Commun. de lega.

13 Sed & piæ cause vim habent, si quæ in refectionem  
Pontium & viarum publicarum legata sint, præsertim  
necessitate aliqua imminente: l. 7. ad instructiones itiner.  
C. de Sacros. Eccles. Ita post gloss. Angel. & Alex. tradunt in l.  
1. §. ad municipium. ff. ad L. Falcid. & idem Angel. & Alex. in  
l. 28. si certis annis. ibidemq. Bart. Bald. Falgos. & Ias. C. de  
pactis. 10. Andr. in c. tua nobis. vers. Alios. de decim. Specul. in  
§. nunc verò aliqua. vers. Et scias quod inter. tit. de instrum.  
edit.

14 Nam & aliâs quicquid publici commodi causa  
fit, id rectè pium & sanctum censetur: ut vult Paul.  
de Castro d. cons. 194. col. 2. vers. Pro hoc etiam. lib. 2. per  
d. l. ad instructiones. & d. l. ult. C. de caduc. tollen.

15 Sic & legatum ad sepulchri vel monumenti con-  
structionem relictum: quatenus modum non excedat,  
pro pio legato habetur, ut docet Angel. in l. 50 hereditas. ibid.  
Bald. §. si defuncto. ff. de petit. hered. & idem Angel. in l. 1. §.  
ult. ibidemq. Paul. de Castr. ff. ad L. Falcid.

Postremò causæ piæ appellatione etiam continen-  
tur ea, si quæ personis miserabilibus relinquuntur: ve-  
luti pauperibus, quorum patrimonia, bona Ecclesiæ,  
& the-

& thesaurus Christi sunt, ut sensit olim D. Laurentius. can. àdum. 12. q. 2. can. ult. in princ. ibi gloss. 16. q. 8. Bald. in d. l. illud quod. col. 14. ibid. Paul. de Castr. C. de Sacros. Eccles. Specul. in d. S. nunc verò aliqua. vers. & scias. Item & vidu- is, & pupillis sive orphanis, Bald. in d. Auth. similiter. & in 17 l. 1: C. Quand. Imper. inter pupill. & vid. vel m. scrab. person. cognosc. Specul. in d. vers. Et scias. Idque eò magis, si pu- pilli & viduæ pauperes sint, per gloss. in can. omnis atas. 12 q. 1. Imol. & Cardin. in c. significantib. & c. super quibusdam de offic. deleg. Panorm. & Ias. in l. 36. Titia textores. in princ. ff. de lega. 1. Specul. in d. vers. & scias. Nam & sacræ literæ æquiparant pupillos, viduas & pauperes: ut est apud Ie- remiam Prophetam c. 5. Causam viduæ non judicave- runt. causam pupilli non dixerunt: & judicium paupe- rum non fecerunt.

Præterea & captivis ab hostibus in hostico aut car- 13 cere detentis. l. 36. si quis pro redemptione. ibi, piissimam aaminationem. G. de donat. S. si unum de prædictis. ibi, ex hac causa piissima cum notatis utrobiqui, per D. D. Auth. ut cum de appell. cognosc. can. sacrorum. ibi gloss. 12. q. 2. Bald. in d. l. illud quod. ibid. Paul. de Castr. & in d. Auth. similiter.

Denique & pro anima ejusvè salute relictum non 19 immerito piæ caulæ annumeratur. d. 5. si unum de prædi- etus. vers. occasionem. ibi, & ipsorum quaq. anime ex hac cau- sa piissima subleventur. l. 1. & ibi not. per Bart. & Bald. col. 2. C. de Sacros. Eccles. Gloss. in l. 17. si quis Tit. o. ibid. Bart. ff de lega. 2. & Bart. in l. 12. Lucius Titius. ff. de alim. vel cibar. le- ga. Bald. in d. Auth. similiter & in l. 49. si quis ad declinandū. col. 1. C. de episc. & cler. & in l. 4. & in legatus. in pr. C. ad L. Faleid. de quib. omnib. & singulis plura videre licet apud Tiraquell. in d. Præf. tract. piæ caulæ, per tot.

## C A P V T XII.

## T E S T A M E N T U M A D P I-

as causas minus solenne & imperfectum  
an & quatenus jure subsistat, & que  
eius sint privilegia.

## S V M M A R I A.

1. Testamentum ad pias causas ob favorem valet saltuero  
coram duobus testibus conditum.
2. Ratio, quia iure gentium magis, quam civili cen-  
setur.
3. Id est tam in terris Imperij, quam Ecclesie.
4. In testamento ad pias causas neg, rogatione testium o-  
pus est: neg, eorum subscriptione aut subsignatione.  
n. 5. neg, temporis assignatione, n. 7. neg, relectio-  
ne testamenti, aut eiusdem publicatione coram te-  
stibus, num. 8.
5. Sola testatoris subscriptio sufficit in testamento ad pias  
causas.
6. Testamentum pie causa notis aut signis scriptum valet,  
imò & solo nutu conditum, n. 10.
11. Testamentum ratione voluntatis testatoris imperfe-  
ctum an pro causa favore sustineatur? & quid si  
schedula manu testatoris scripta vel subscripta re-  
periatur, an locum habet dispositio. Auth, quod si-  
ne. C. de testam, n. 12.
13. Mulier in testamento ad pias causas recte testis adhi-  
betur.

14. *Testator ad pias causas, quæ ac miles, testatus & interstatus decedere potest.*
15. *Institutio heredis omisso non vitiat testamentum pie causæ. Idem de legitima liberis non relictæ, num.*
16. *ut & de legatis extra pias causas relictis. num.*
- 17.
18. *Captatoria testatoris dispositio valet in testamento pie causæ.*
19. *Conditio Si hinc liberis decesserit non habet locum in institutione heredis pie causæ.*
20. *Multo potentior ratio naturalis, quam fictio civilis.*
21. *Lex Falciaria utrum cesseret in his quæ ad pias causas relictæ sunt : & tex. d. Auth. similiter. endatus.*
22. *Augustini dictum de legatis pie causa liberos excludentibus.*

PRAEMISSIS itaque his, quæ pie causæ appellatione  
veniunt, nunc deinceps an & quatenus testamentum  
ad pias causas conditum jure subsistat, & quæ ejus sint pri-  
vilegia, videndum est.

Sit igitur pro regula axioma illud juris positum :  
Testamentum pie causæ minus solenne & imperfectum  
omnimodo valere: dummodo coram duobus testibus  
conditum sit.

Pianè enim in testamento pie causæ duo testes  
sufficiunt: perinde ut in alio quolibet contractu juris-  
gentium. t. 12. ubi numerus ff. ae testib. siquidem in eo  
non tam civilis, quam divini, atque adeo iuris gen-  
tium major habetur ratio; ut tunc merito locum ha-

bere

bere debeat regula in lege divinâ tradita: In ore duorum vel trium stat omne verbum, quæ exstat Deuter. c. 17. & Matthæi c. 19. c. cùm esses. & c. relatum: el. 1. De testib. DD. Aretin. Fulgos. Paul. de Castr. Salic. & alij in l. 1. ibig. Bart. n. 75. C. de Sacros. Eccles. Alex. in l. 28. si certis annis. n. 5. vers. Et tale pactum. C. de pactis. & idem Alex. cons. 131. n. 2. lib. 7. Paul. de Castr. cons. 117. in si. lib. 2. & cons. 20. in pr. lib. 5. Cornelius cons. 307. lib. 3. Iul. Clar. lib. 3. sent. §. testamentum. q. 7. n. 1. & 2.

Quod ita favore piæ causæ constitutum est, tam jure civili, quam Canonico: & tam in foro Imperii, quam Ecclesiæ, communiter receptum atque observatum, teste Ioan. Andr. & Imol. in d. c. cùm esses. & d. c. relatum, ibi, Anto. de Butr. Anchoran. Imol. Panorm. & ceteri Canonistæ omnes. Roman. in d. Auth. similiter. in privil. 3. Raph. Cuman. cons. 169. Alex. cons. 177. col. 1. lib. 1. Iul. Clar. d. q. 7. num. 1. Fr. Vivius decis. 5. lib. 1. num. 17. Tiraquel. in d. tract. privil. 8. cum pluribus ibid. relat. 3.

Præter solennem verò numerum testium neque rogatione eorum opus est in testamento ad pias causas condito: quippe quæ solennitas est juris civilis, non autem juris gentium vel divini: ut vult Ioan. Andr. in d. c. relatum. & Bart. in l. 1. num. 76. in si. ibig. Bald. C. de Sacros. Eccles. Lud. Roman. in repet. Auth. similiter. C. Ad L. Falcid. Alex. in cons. 131. nu. 2. lib. 7. Cornelius cons. I 49. lib. 2. & cons. 225. eod. lib. cum aliis alleg. per Iul. Clar. d. q. 7. nu. 3. & Tiraquel. d. tract. privil. 3. Licet contrarium sentire videtur Bart. in cons. 88. per d. Auth. quod sine.

Neque etiam subscriptione aut subsignatione te-<sup>5</sup>  
stium opus est: quippe in quo sola sufficit subscriptio ma-  
nu testatoris facta absque testibus: quæ piaæ cause favore,  
æquè ut in testamento inter liberos, vim habet testamen-  
ti: arg. l. ult. C. Famil. ercisc. & Auth. si modo. & Auth. quod <sup>6</sup>  
sine. C. de testam. & §. nos autem. cum §. seq. Auth. ae i. abel-  
lionib. collat. 4. tit. 23. Novel. 44. Imol. in l. 25. si is qui. ff. Qui  
testam. fac. poss. Corne. cons. 307. col. 4. vers. Et licet sint con-  
testes, lib. 3. Tiraquel. d. tract. privil. 4.

Præterea nec temporis assignatione aliqua aut in-<sup>7</sup>  
scriptione opus est; quæ alioquin in testamento inter libe-  
ros necessariò requiritur per d. Auth. quod sine. Ita tenet  
Alex. cons. 4. col. pen. vers. Secundò respondetur. lib. 7. Corneus  
cons. 307. col. 1. vers. Secundò videtur. Tiraquel. d. tract. pri-  
vil. 11.

Perinde ut nec relectione aut publicatione testa-<sup>8</sup>  
menti opus est coram testibus: ita ut quamvis testator an-  
tè, quam relectum coram testibus & in publicam formā  
redactum fuerit, decedat, nihilominus illud subsistat:  
æquè ac testamentum militis, aut parentis inter liberos  
conditum, secundum Dynum in l. 40. Lucius Titius, in  
princ. per illum textum ff. de testam. militis. Aretin. in d. l. si is  
qui. col. 1. vers. in primo casu. Imol. in l. 11. fideicomissa. §.  
quoties. ibid. Bart. & Alex. in addit. ff. de lega. 3. Roman. in d.  
Auth. similiter. col. 19. & in d. s. cùm cses. Paul. de Castr. in  
cons. 25. lib. 2. Corne. cons. 53. col. 3. lib. 1. & cons. 117. col. 3.  
vers. Nec obstat dictum. lib. 3. Decius cons. 159. post num. 3.  
Beer. decis. 93. n. 10. & decis. 240. n. 5. Fr. Vivius decis. 13. n.  
4. lib. 1. Tiraquel. d. tract. privil. 6.

Nisi fortè à testatore, expressâ causa, aliud testa-  
mentum ad pias causas minùs solenne factum sit: ex quo  
tunc

tunc primum illud testamentum non revocatum censemur. Petr. Ancharan. in d. c. cum esses. col. 5. vers. Non quo-  
ro. Barbat. cons. 42. col. 7. vers. Nec obstant allegata. lib. 4.  
Oldrad. Conf. 119. per tex. in §. sed & hoc praesente. in si. Au-  
then. de Sanctiss. Episc. Specul. de instrum. editione. § compen-  
diosæ. vers. Et quod sapientius ibidem Addit. col. penult. Tiraquel.  
d. tract. privil. 6. in si.

9 Quin immò piæ causæ testamentum notis scriptū  
aut signis, sive usitatis, sive inusitatis, omnino valet. l.  
ult. C. Famil. ercisc. cum ibi not. Dynus in d.l. Lucius Titius.  
Roman. in d. Auth. similiter. in 17. speciali piæ cause. circ.  
ult. volunt. Tiraq. d. tract. privil. 12.

10 Nam & solo nutu aliisque indiciis factum testa-  
mentum ad pias causas, æquè ut & militis, valet. arg. l. 7.  
simutus ff. Qui testam. fac. poss. & l. ult. C. Famil. ercisc. modò  
de voluntate testatoris quoquo modo constare possit. gl.  
in c. cum tibi. de testam. Fr. Aretin. & Bald. in l. 1. col. 2. C. de  
Sacros. Eccles. Alexan. in l. 19. iubemus. n. 3. ibidem. & Corne.  
n. 26. & Riminald. n. 14. C. de testam. Licet diversum vo-  
luisse videatur sibi contrarius Alex. & Angel. in d.l. iubemus  
Bald. & Paul. de Castr. in l. 22. & in epistola. C. de fideicom.  
cum aliis quibusdam ad hoc relativis per Tiraquell. d. tract. pri-  
vil. 8. per tot. ubi hoc limitat in testatore excommunicato,  
tanquam in quo piæ causæ & ipsius animæ favor non  
consideretur, per gloss. antiqu. in c. decernimus, de senten. ex-  
commun. lib. 6.

11 An autem & quatenus favore piæ causæ testamen-  
tum non tam ratione solennitatis, quam voluntatis ipsius  
testatoris, sustineatur, de eo sane controvèrtitur. Et pla-  
cket quibusdam saltēm quō ad ea, quæ piam causam con-  
cernunt, ejusmodi testamentum, ut valeat, interpre-

tandum esse. arg. l. 3. 8. in testamento. ibi Bart. in verb. pios  
tamen filios debuisse. ff. de siacicom. libert. Bald. in l. 1. 6. 1. in iure  
ff. de reg. iur. Alex. in l. 2. 1. hac consultissima. §. ex imperfecto  
C. de testam. & in l. 2. 8. si certis annis. ibid. Angel. C. de pactis.  
cum aliis alleg per Tiraq. in d. tr privil. 7.

Idque præsertim eo casu, si non tam respectu dis-  
positionis iphius, quam voluntatis, sit imperfectio quæ-  
dam, ut ibidem distinguit Tiraquellus ex sententia Panor-  
mitani in c. penult. de success. ab intest. & Decius in o. 1. col. 5.  
de fid. instrum.

Contrarium tamen statuit Julius Clarus in d. 5.  
testamentum. q. 7. vers. Aliquando & tertio. cum §. seq. ubi  
disertè tradit, quodlibet testamentum, sive ad pias causas,  
sive inter liberos conditum sit, siquidem ratione volun-  
tatis sit imperfectum, ipso jure nullum esse: quippe cum  
eo casu non sola deficiat solemnitas juris, sed dispositio, immo  
voluntas testatoris, quæ totum facit in testamento: ac  
propterea in vim testamenti aut ultimæ voluntatis nullo  
modo sustineri queat. Quæ opinio communis est & re-  
cepta, ut vult Aretin. in d. l. si is qui. vers. Secundo casu. las.  
in cons. 15 s. col. 2. vers. sed per advocatos. lib. 4. Boer. decis. 93  
n. 20. & decis. 240. n. 5.

Quid verò si schedula forsitan manu ipsius testato- 12  
ris scripta aut subscripta reperiatur, an tunc ea, saltem fa-  
vore piæ causæ, in vim testamenti sustinetur, æquè ut in  
testamento inter liberos, ex dispositione Auth. quod sine. C.  
de testam.

Et sane verius esse videtur, non simpliciter eam  
proto testamento valere debere: nisi quatenus in ea plenè &  
integram à testatore de bonis suis dispositum, ac præterea  
duobus testibus præsentibus sit comprobatum. Ita consu-  
luit

luit Socin. Iun. in cons. 189. n. 73. lib. 2. allegans ad hoc multas rationes & iuris auctoritates. Neque n. d. Auth. quod sine dispositio locum obtinet, nisi in eo casu, de quo expresse loquitur: minusq; in eo favetur pia causa, quam liberis: quibus scilicet ab intestato debetur hereditas. can. quicung.  
 17. q. 6. cum concord. Iul. Clar. d. q. 7. vers. Aliquando enim. Et quod de duobus testibus modo est dictum: saltem ad probationem, non etiam ad solennitatem testamenti, eos requiri certum est. Bald. in repetit. lect. d. l. 1. col. 1. vers.  
 Super prima questione. C. de Sacros. Eccles. per d. c. relatum: usque adeo ut & primum testamentum solenne coram septem testibus ordinatum, infirmetur per secundum ad pias causas, saltem coram duobus testibus, etiam sine alterius cuiuspiam institutione, conditum. Ita Iason. in l.  
 14. si ita sit adscriptum col. 5. vers. Nota diligenter ff. de lega.  
 1. Alexan. in l. 21. hac consultissima. q. si quis autem. col. uit.  
 C. de testam. per l. 2. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. & in cōf.  
 4. 6. in fi. lib. 2. & cons. 206. vers. Quinto adduco. lib. 4. Paul.  
 de Castro cons. 262. lib. 3. Tiraq. d. tratt. privil. 2.

Sed & quod ad testamenti solennitatem attinet,  
 1. 3 mulier in pia causa testamento, & quae ac inter liberos, re-  
 citē in testem adhiberi potest: ex hac ratione nimirum,  
 quod in eo solum jus gentium, & non civile spectatur:  
 quo foemina aliâs in testamento testis esse non prohibe-  
 tur: ut notat gloss in d. Auth. quod sine ibid. Bald. & cate-  
 ri DD. comm. C. de testam. & gloss. in Auth. quod & sape.  
 Auth. de trien. & semiss. & in l. ult. C. Famil. excise. Bald. in b.  
 1. n. 9. C. de Sacros. Eccles.

Quæ opinio controversa quidem apud juris inter-  
 pretes, sed communis tamen calculo recepta est  
 magis,

magis, test<sup>e</sup> Lud. Romano in d. Auth. similiter. in 16. Speci-  
al pia cause. Guil. Benedict. in c. Raynulius. part. 1. n. 65. A-  
lex. cons. 102. n. 6. lib. 7. Bellon. cons. 13. n. 6. ul. Clar. d. §. re-  
stamentum. q. 6. vers. Tertio infertur. Tiraquel. d. tract. pri-  
vil. 5.

Præter hæc, quæ modò recensuimus, sunt & alia  
nonnulla privilegia testamenti ad pias causas conditi: in  
quo contra regulas juris communis non pauca recepta  
sunt. Nam & in eo, æquè ac militis testamento, potest  
aliquis paganus pro parte testatus, & pro parte intesta-  
tus decidere, l. 6. in fi. ff. de testam. mil. l. 2. C. eod. tu. Idq;  
contra juris regulam in l. 7. ff. de Reg. iur. ubi Pomponius  
lib. 3. ad Sabinum ita scriptum reliquit: Ius nostrum (in-  
quir) non patitur, eundem in paganis & testato & intesta-  
tò decessisse: earumq; rerum naturaliter inter se pugra  
est, testatus & intestatus. Ratio est; quia in testamento  
piæ causæ, ut jam antea dictum est, sufficit solennitas ju-  
ris gentium: quæ facit, ut non absurdum videatur pro  
parte intestatum decidere; arg. l. 15. nam et si. §. 2. in fi. ff. de  
inoffic. testam. sicut hoc exemplo militis comprobatur in  
l. 31. si miles unnm. & l. 37. si duobus. ff. de testam. mil. Petr.  
Anchor. & imol. in d. c. cùm esses. las. in d. §. ex imperfecto.  
col. 4. Bartol. in l. 1. n. 54. & n. 79. vers. Quintò quero. C. de  
Sacros. Eccles. Deci. in d. l. 7. ius nostrum. col. 2. & cons. 159.  
post n. 3. vers. Quarid & ultimò. Panorm. cons. 32. col. 2. lib. 2.  
Alex. cons. 105. in fi. lib. 4. Licet contrarium teneat Bald.  
in Repet. d. l. 1. col. pen. vers. super sexta quastione. cum aliis  
quibusdam relatis per Tiraquell. in d. tract. privil. 14. in fi.

Sic & institutio hæredis (quæ testamenti caput &  
fundamentum est; sicut & testamentum ipsum non male  
institutio hæredis definitur. §. ante hæredis institutionem.  
Instit.

- 15 Instit. de legatis, & tot tit. ff. de heredib. insti), omissa in testamento piæ causæ, minimè ejus effectum impedit. Bart. in d. l. i. n. 61. Panorm. in c. iudicati. col. 1. de testam. Paul. de Castro. cons. 97. in princ. lib. 1. Barbat. cons. 8. col. 8. vers. Vettio ad aliam dubitationem. lib. 1. Tiraquell. in d. tract. privil. 15.

Nam etiamsi liberis aliquid institutionis titulo non relictum sit: veluti legitima jure naturali debita: nihilo minus favore piæ causæ testamentum sustineri à quibusdam traditum est. Bart. in d. l. i. n. 62. Alex. in l. inter cas. tera. in princ. n. 4. ff. de lib. & posthu. las. in cons. 164. col. ult. lib. 2. Iul. Clar. in d. §. testamentum. q. 6. vers. Sextò inferiur.

Quemadmodum & piæ causæ testamentum sustinetur, quo ad alia legata non adpias causas in eodem testamento reicta. Iason in d. §. ex imperfecto. n. 10. & ibid. Curt. Iun. n. 10. & seq. Bart. in d. l. i. n. 60. Salicet. in Auth. cassa. n. 7. C. de Sacros. Eccles. Crotus in repet. L. 89. re coniuncti. n. 160. ff. de lega. 3. Guil. Benedict. in c. Raynutius. part. I. n. 69. de testam. à qua tamen communi opinione recedere videtur Iul. Clar. in d. q. 6. in fi.

Eò amplius singulare quodam favore piæ causæ hoc receptum est; ut captatoria testatoris voluntas ac dispositio valeat in testamento ad piás causas condito: veluti cùm dispositio ejusmodi confertur in secreta mentis alienæ, ut loquitur Bartolus in d. l. i. n. 63. vers. Tertio quero.

Quanquam enim aliâs captatoria ejusmodi voluntas, sive in arbitrium alterius collata, sive sub specie alterius institutionis facta, jure non valet. l. 79. captotorias. cum l. seq. ff. de hered. insti. ac ne quidem in testamento militis: in quo omnis juris civilis cessat solennitas. d. l. captotorias. ibid. las. n. 2. & Bart. in d. l. i. n. 63. vers. Tertio quarb.

Aliud tamen est receptum in testamento ad pias cau-  
sas: in quo simpliciter regula est juris civilis & gentium  
religio erga Deum, ut ibid.loquitur Bart.n.64.per l.2.ff.  
de iustit. & iur.exstatque in eam rem casus expressus in c.  
cùm tibi.ibi Innocent.& Panorm.n.4.Imol.n.16.Covarruv.  
n.6.& alijs DD.extr.de testam.quos refert & sequitur Corn.  
cons.156.lib.2.& cons.134.lib.4.Alex.cons.13.lib.1.&  
Panorm.cons.31.& cons.110.in dub.r.lib.2.Roma.cons.223  
Cardin.cons.133.Aretin.cons.93.& 94.col.2,nam tunc hæ-  
res censetur institutus is,in cuius dispositione ultima vo-  
luntas committitur,ut ipse ad pias causas bona distribuat.  
Jul.Clari d.9.testamentum.q.6.vers.Quin imò & fortius.

Denique conditio *S. si sine liberis*.decesserit non ha-  
bet locum in institutione hæredis piax cauæ: quoniam te-  
stator pium legatum aut fideicommissum etiam propriis  
liberis anteponere voluisse præsumitur; utpote pro anima  
factum: eujus salus omnibus rebus merito est præserenda.  
l.22 sancimus.in si.C.de sacros.Ecccl.l.43 sunt persona ff.dere-  
lig.& sump fun.Nam & alioqui lex multò favorabilius piax  
cauæ,quàm liberis,providere præsumitur , saltem extra  
legitimam. Auth.si qua mulier.ibi Ias.col.2.de sacros.Ecccl.  
Felin.in c.Ecclesia.S.Maria.38.in lim.1.quest.9.ext.de con-  
stitut.Ias.in l.40.tale pactum.¶ ult.col.3.vers. Et præterea  
per hanc doctrinam.ff.de pact. & in l.19.licet inter privatos.  
col.1.vers.Secundò facit.C.eod.¶ it.Barbat.in repet.l.30.cùm  
acutissimi.col.25.vers.¶ Istud Summarium.C. de fideicom.  
& cons.71.col.6.vers.Nunc est videndum.lib.3.quomodo etiam  
consuluit Petr.Anchar.cons.46. licet idem Anchar.sibi  
in eo contrarius,diversum sentire videatur in c.in praesentia &  
ibi Felin.col.1.De probatio.¶ Bab. in d. l. cùm acutissimi.  
col.2.vers.Quaro quod si pater.ibi Paul.de Casir.col.si.  
& Corne.

& Cornois col. 2. eo quod longe potentior sit ratio naturalis, quam fictio juris. per l. 23. filio quem pater. ff de lib. & 20 posthu. multoque adeo chatiores esse soleant liberi parentibus, quam ut piæ causæ prætextu, suis bonis spoliari debeant. Alexan. in l. 1. col. 5. in fallen. 6. & in l. 17. ex facto. §. si quis rogatus. 4. ff. ad SC. Trebell. & idem Alex. in cons. 92. col. 2. vers. Posset etiam responderi. lib. 3. Barbat. cons. 55. col. 7. vers. Et adduco elegantem. lib 2. & cons. 8. col. 3. lib. 3. Socin. cons. 191. col. pen. vers. Tertio quia ista. lib. 2. Tiraq. d. tract. privil. 17.

21

Nam & aliâs lex Falcidia cessat in his, quæ ad pias causas relicta sunt. per text. expressum in Auth. similiter. C. ad L. Falcid. que desumpta est ex Novel. 131. c. I 2. de Eccles. tit. coll. 9. tit. 14. quæ olim tamen etiam ad ea, quæ Deo relinquuntur, pertinebat : quod nimirum Deus ijs rebus, quas ipse mortalib. ad vitæ usum tribuit, minimè indigere videatur. l. 1. §. 5. ad municipium. ibi Govean. ff. ad L. Falcid. Quo tamen in loco negatione appositâ sic legendum putat Cujacius : Ad municipium quoque legata, non etiam ad ea, quæ Deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet.

Nam & apud Paulum lib. 4. sentent. tit. 3. §. pen. Lex Falcidia, itemque SC. Pegasianum, deducto ære alieno Deorumque donis, quartam residuæ hæreditatis ad hæredem voluisse pertinere legitur. d. §. pen.

Ac ut constitutio juris civilis, quæ inter conjuges donationem prohibet, in Deorum donis non valet. l. 5. si sponsus. §. 12. proinde. ff. de donat. inter vir. & uxor.

Ita Dei cultus postulat, ut nec in eis valeat Lex Falcidia: idque novissimis constitutionibus comprobatur, ut scribit ibid. Cuiac, in d. §. penult. Quæ tamen sententia displicer Fornero in lib. 2. Selectio, c. 25. qui negat legatum Deo tolli: cum ad modum legitimum revocatum aliquot unciis delibatur: negat præterea mutuo amore spoliari conjuges, cum id, quod donetur, mox in Dei cultū conferatur, nec donatarij rem augeat: cum suum mulieri reddatur. d. l. s. §. proinde. ibi Gotofred, in verb. cessat. neque tamen simpliciter ita denegari Falcidiā in pijs legatis: sed ita demum si in his præstandis dolum adhibeat. d. Novell. 131 §. 12. si autem bares, de quo etiam prolixius differit Io. Rober, lib. 1. recept. lect. c. 15; qui & ipse contrariam tuetur sententiam.

Atque huc pertinet quoque D. Augustini dictum illud. in can. ult. 17, q. 4. Si quis (inquit) Ecclesiam haeredem instituat, filio ex heredato; alium quis suscipiat, non Augustinum querat. <sup>22</sup>

### C A P V T . X I I I .

T E S T A M E N T U M S O -  
lenne & perfectum an infirmetur per testa-  
mentum piæ causæ minus solenne  
& imperfectum.

### S V M M A R I A .

1. Primum testamentum solenne, infirmatur per secundum  
testamentum piæ causæ minus solenne.

2. Ampli-

2. *Ampliatio prima, sive subscriptum, sive nuncupatum.*
3. *Secunda, licet Princeps in primo testamento sit institutus.*
4. *Non ut solenne testamentum infirmatur, per testamentum pia causa minus solenne, ita è diverso primum testamentum pia cause, per secundum minus solenne infirmatur.*
5. *Licet in eo hæredes legitimæ instituti sint: imò & liberi. num. 6.*
7. *Testamentum inter liberos an & quatenus revocetur per testamentum ad pias causas.*

PRAETER privilegia testamenti adpias causas haec nus enumera, sunt adhuc alia quædam: de quibus seorsim dicendum est. Ex his vero singulare est illud, quod per testamentum piæ causæ minus solenne, saltem coram duobus testibus non tam solennitatis, quam probationis causa adhibitis conditum, infirmatur solenne testamentum coram septem testibus factum. Ita Alex. in l. 21. bac consultiSSima. §. si quis autem. col. ult. C. de testam. per l. 2. ff. de iniust. rupt. & irri. testam. las. in l. 14. si ita sit adscriptum. col. 5. vers. Nota diligenter. ff. de lega. 1. & idem Alex. cons. 46. in fi. lib. 2. & cons. 106. col. 2. vers. Quinto adduco. lib. 4. & cons. 131. col. 1. vers. Tertio presuppono. lib. 7. Bar. bat. cons. 43. col. 4. lib. 3. Paul. de Castr. cons. 262. lib. 3. Tira. quel. 2. tract. privil. 52. in princ.

Quemadmodum & primum testamentum in scriptis solenne revocatur per secundum; etiam sine scriptis conditum, in quo scilicet pia causa instituta est; quamvis in primo testamento Princeps ipse hæres institutus sit.

Alex. d. cons. 105. col. 5. vers. Non obstat. lib. 4. per nos. Hest. & Joan. Andr. in c. ult. de solutio. & Ias. in l. 20. nolumus convelli Cide testam. Panorm. cons. 11. col. 3. lib. 1. Tiraquel. in d. tract. privil. 53.

E diverso autem non similiter infirmatur pia causa testamentum prius per minus solenne postterius : et iam si in eo hæredes ab intestato venientes instituti sint : quod aliâs fieri solere notum est; maximè si non sint liberi. Panorm. d. cons. 11. col. 3. vers. Non obstat. Raph. Cumān. cons. I 77.

Quin immò etiam si in secundo testamento liberi hæredes instituti sint : nihilominus tunc prævalet pia causa testamentum. Ias. in d. 1. hac consultissima. Sse quicq. col. 2. lim. 2. Tiraquel. d. tract. privil. 52.

Nam & testamentum liberis institutis hæredibus conditum, revocatur per secundum ad pias causas ordinatum: dummodò in eo aliquid libertis relictum sit : Ceteroqui verò primum testamento, in quo liberi instituti sunt, non infirmatur per secundum etiam solenne testamentum: nisi à testatore expressè sit revocatum : ut suprà demonstratum est, per Auth. hoc inter liberos. ibi Ias. lim. 4. C. de testam. 10. Andr. & Hest. in d. c. ult. Alex. d. cons. 105. col. 5. vers. Tertiò ad d. Auth. Multoq; etiam magis tunc, si in eo liberi simul instituti fuerint. sec. gloss. in d. Auth. hoc inter liberos. ibi q. Cyn. Bald. & alij DD. Roman. cons. 179. col. 10. & cons. 385. Alex. d. cons. 105. col. 5. vers. Secundò respondeo, & cons. 146. col. penult. lib. 2. Tiraquell. d. tract. privil. 54.

## CAPUT XIV.

QVIBVS TESTARI AD PIAS  
causas non est permisum.

S V M M A R I A.

14. Testari ad pias causas omnes possunt : nisi quibus natura vel iure gentium prohibitum est: non obstante prohibitione iuris civilis, n. 2.
3. Testamentum pia causa non nisi quoad personas habiles privilegiatum censetur.
4. Impubes ad pias causas testari non potest. Neg. furiosus aut prodigus. n. 5. & 6.
7. An & quatenus filius fam. ad pias causas testari possit: & in quibus bonis, n. 8. & quatenus non, n. 9.
10. Mutus & surdus ad pias causas testari potest, etiam absque venia Principis, num. 11. & quatenus non, num. 13. Et quid in caco. n. 13.
14. Damnatus ad mortem aut deportatus an testari pro pia causa possit? & n. 15.
16. Quid in usurario?
17. Quid in eo, qui de statu suo incertus est?
18. Pia causa dispositio nullis legibus, prater quam iuris naturalis & divini regulatur.
19. Testamentum pia causa an sustineatur nullo vel saltem uno teste adhibito.

POSTREMO

**P**OSTREMO, ne plura adferamus piæ causæ privilegia, saltem quo ad personas, quæ ad pias causas testari possunt, animadvertisendum est illud: posse omnes ad pias causas testari, & privilegio ejus testamenti gaudere omnes, nisi jure gentium vel naturali testari prohibiti sint. Cujus, consequens est, valere quoque ejus testamentum, qui alias jure civili testari prohibitus est. Et, quod alterum est, testamentum piæ causæ saltem, quo ad personas habiles & capaces privilegiatum esse: cæteroqui verò sub dispositione juris communis manere, secundum gl. in l. 1. C. de Sacros. Eccles. ibi Andr. de Presset. n. 35. Iul. Clar. d. §. testamentum. q. s. vers. Sed quia illa lex loquitur per verbum unusquisque. Græc. in §. eod. q. 17. n. 2. Fern. Vasq. de success. procreat. §. 1. n. 159. quæ communis est opinio, teste Tiraq. de privil. pia cau. privil. 79.

Cæterum natura & jure gentium testari prohibitum est impuberi ob mentis ac voluntatis defectum: etiam si pubertati proximus sit, aut dolis capax. c. si pater. de testam. lib. 6. l. 4. & 5. ibi Ang. Roma. & Alex. ff. Qui testam. fac. poss. Bart. in d. l. 1. n. 28. ibid. D. omnes. & Bald. col. 3. vers. Secundo quarto. Ias. Aretin. & alii in l. ult. C. de testam. mil. Panorm. in rubr. de testam. n. 9. in fi. & ibid. Ias. & I. mol. in c. 2 Guil. Benedict. in c. Raynuttius. part. 1. n. 68. vers. Sed advertatis. Iul. Clar. in d. quest. s. vers. Tertiè infertur. Bened. Græsus in d. quest. 17. n. 5. nisi quatenus auctoritate Principis hoc fiat. ut declarat Bart. in d. l. 4. si queramus. quem sequuntur communiter D. D. ut testatur Capra in tract. regul. conclus. 182. n. 30. & Vivius lib. 1. commun. opin. in verb. Pupillus. n. 7. vers. Illudq. procedit. & n. 8.

Similiter nec furiosum ad pias causas testari posse certum est: præsertim eo tempore, quo in adversa valetudine

dine corporis mente captus est: l. 17. in adversa. ibi, DD. ff.  
 Qui testam. fac. poss. l. 9. C. cod. tit. Bart. in d. l. 1. num. 16. lul.  
 Clar. in d. § testamentum. q. 6. vers. sed an furiosus. Grassius in  
 d. q. 17. n. 3. Vivius lib. 1. commun. opin. verb. testis. §. Notariue  
 Vasquius d. tract. §. 22. n. 5. ac ne quidem tunc si post cœ-  
 ptum jam testamentum, per dilucida intervalla antequam  
 hoc ab eo perfectum sit, furor superveniat, secundum I-  
 mol. in c. relatum. el. 1. de testam. & Capr. d. concl. 102. n. 16.  
 qui communem hanc opinionem esse affirmat, teste Grass. in  
 d. q. 17. n. 4. & q. 21. n. 9. & Tiraquel. in d. tract. privil. 79. &  
 Vasq. in d. §. 1. n. 91.

Quod & in prodigo, cui lege bonis inter-  
 dictum est, ita procedit: quamvis defectus ille magis ex  
 juris civilis dispositione proveniat: quoniam pupillo, imò  
 infanti, & furioso regulariter comparatur: cuius nulla  
 voluntas est. l. 18. in cui lege. ibi. DD. ff. Qui testam. fac.  
 poss. l. 40. furiosi. ff. de reg. iur. Bart. in d. l. 1. n. 17. ibi. Andr. de  
 Resset. n. 50. Bald. in l. 1. ff. de verb. oblig. Alex. conf. I 82. n. 6.  
 lul. Clar. d. q. 5. vers. Secundò infertur. Grass. d. q. 17. num. 7.

An verò filius familias, qui saltem jure civili te-  
 stamenti factionem non habet, ad pias causas testari pos-  
 sit, questionis est: de qua in utramque partem contro-  
 vertunt DD. in l. 3. Senium. C. Qui testam. fac. poss. quorum  
 opiniones ibidem lason examinat. Sed obtinuit senten-  
 tia eorum, qui existimant, ita demum filium familiās ad  
 pias causas testari posse, quatenus scilicet patris consensus  
 interveniat, per text. in c. licet. §. ult. ibi. Gloss. in verb. judi-  
 care. de sepult. in 6. Ita tenet Cyn. in d. l. senium. & ibid.  
 Dec. n. 21. & Ias. n. 5. & idem Ias. in d. l. 1. n. 23. & in l. 21.  
 bac consultissima. §. ex imperfecto. n. 10. vers. Secundò pro i-  
 sta. ibi. Curt. lun. n. 20. C. de testam. & in §. 1. n. 7. Inst. Quib.

non est permis<sup>s</sup>. fac. testam. Roman. in d. Auth. similiter. Alex. in l. 1. §. hoc autem. num. 4 ff. ad SC. Trebell. Guil. Benedict. in d. c. Raynutius. num. 29. Did. Covarr. in Rubr. de testam. part. 3. n. 23. Calcan. cons. 12. Iul. Clar. in d. q. 5. §. Sed nunquid filiius familias. Graff. d. q. 17. num. 12. 10. Dilect. de arte testandi. lib. 1. caute. 1. num. 1. in fi. Vasq. de success. creat. §. 22. num. 8. Tiraq. in d. tract. privil. 78. in fi.

Neque refert, utrum pa:ri usus fructus queratur in bonis adventitijs, secundum Covar. in d. Rubr. & Baver. in tit. Instit. Quib. facer. testam. non est permis<sup>s</sup>. fac. testam. & in S. sciendum. nu. 6. Inst. de testam. milit. Licet aliud videatur Bartolo in l. 6. Qui in potestate ff. de testam. cuius opinio ab omnibus reprobata est, teste Tiraquelle in d. pr. vol. 78.

Quod si tamen ad filiosfamilias in piæ causæ testamento alijs quoque personis legata relicta fuerint, minime ea valent: neque etiam ea piæ causæ accrescunt: sed omnino debentur ijs, qui ab intestato successuri sunt; ut vult Bald. in d. l. Senium. in fi. las. in d. §. ex imperfecto. nu. 10. vers. Secundò per ista. Guil. Bened. in d. c. Raynutius. part. 1. n. 69. Iul. Clar. d. q. 5. in fi.

Præterea mutus & surdus simul naturā, alioqui saltem jure civili testari prohibitus, restet ad pias causas testari potest, secundum Bald. in l. 10. discretis. ibid. Cyn. Alex. & Salic. C. Qui testam. fac. poss. & Panorm. in Rubr. ex. eod. tit. col. 4.

Perinde ut & miles simul naturā mutus & surdus testari potest, saltem jure militari, per text. in l. 4. iure militari. Bald. & Angel. ff. de testam. mili. Inst. eod. & in §. quin imò ibi post gloss. Ioan. Fabr. & alijs. & post Gloss. Ioan. Fabr. & alios. Vigl. Zurich. in §. Quamvis & mutus. Inst. Quib. non est permis<sup>s</sup>. fac. testam.

Nam

Nam & aliás si mutus aut surdus, ut liceret sibi testamentum facere, à Principe impetraverit, valet testamentum: nullo scilicet obstante juris gentium aut naturali impedimento: quod alioqui Princeps tollere non potest. Clem. Pastor. de iudiciis.

Quainvis contrarium teneat Baldus in d.l.1. col. 2. vers. Quaro utrum furiosus. C. de Sacros. Eccl. Roman. & Ias. in d.l. discretis. Aretin. in d.l. Qui in potestate. §. ult. col. penult. cō quod infanti aut impuberi ferē comparetur.

**10** Sed hoc tamen ita intelligendum est, ut in eo solum obtineat: qui nihil prorsus intelligit, secūs autem in eo, qui ex signis & indicijs, quid agatur, intelligere videtur: ut distinguit ita Ioan. Fabr. d. §. quin imò. Alex. Ias. & Salic. in d.l. discretis. Bart. & Bald. in l.1. ff. de verb. oblig. & in l.5. mutum. in pr. ff. de adq. vel omit. hered.

**11** Qua ratione etiam specialis illa juris communis solennitas d.l. hac consultissima, & in coeci testamento communiter observata cessare videtur: si nimurum ipse ad pias causas testamentum fecerit: ut vult Angel. in d. l. hac consultissima. Licet Alexander ibid. col. ult. in contrariam patrem inclinet, per text. in d.c. cū me esse. & d. c. relatum. quem ibidem sequitur Ias. col 3. vers. Secundo limitatur. & Corne. col. 2. vers. Et similius quæstio. Tiraq. d. tract. privil. 10. Steph. Bertrand. conf. 101. lib. 1.

**12** Præter has personas, quas diximus, sunt adhuc aliæ nonnullæ, de quarum jure dubitatur, utrum rectè ad pias causas testari possint, nec ne.

De eo quidem qui capite damnatus est, communiter respondetur, jure non valere ejus testamentum, ne quidem ad pias causas factum.

Bart. in d. l. n. 25. & 26. & ibid. Bald. n. 5. C. de Sacros. Eccles. Angel. in §. ult. n. 4. Inst. Quib. non est permis. fac. testam. Joan. Andr. in c. 2. de testam. lib. 6. Covarru. in Rubr. ex. eod. tit. part. 3. n. 27. vers. Praemissa tandem. ibi. Panorm. nu. 11. vers. de damnato. & in c. accedens. de procuratorib. & in cons. 63. n. 5. lib. 1. Alex. cons. 182. n. 5. Nam ne tunc quidem ejus testamentum valere dicitur, etiam si testari velit de bonis, quæ hodiè liberis reservantur, aut etiam personis, de quibus est in Auth. bona damnator. C. de bon. damnat. Covarr. in d. vers. Praemissa tandem. Imol. in Auth. ingressi. & in c. quia. n. 30. de testam. Salic. in Auth. sed hodie. C. de dona. inter vir. & ux. Bened. Capr. Commu. opin. conclus. 102. num. 109. lul. Clar. d. q. 5. vers. Quero quid in damnato ad mortem. & quest. 29. Tir. aq. d. tract. priv. 79. Graff. d. q. 17. n. 8.

Aliud verò est in deportato, saltēm civiliter mortuo;<sup>13</sup> salvo scilicet ei manente iure gentium: ut communis est opinio, teste Bened. Capr. in d. concl. 102. n. 122. cum ibi alleg.

Quod & in eo, qui de statu suo incertus est, com-<sup>14</sup>  
muniter ita est receptum: præsertim si in mortis articulo  
sit constitutus: quoniam defectus ille juris civilis est; &  
sufficit tunc solennitas juris gentium: æquè ac in testa-  
mento militis, qui etiam incertus an sui juris sit, si testa-  
mentum fecerit, in ea conditione est, ut testamentum e-  
jus valeat: ut vult Bart. in d. l. n. 28. per l. 1. & l. 11. ex  
militari. §. si miles incertus. ff. de testam. mili. Paul. de Castr. in  
cons. 202. Bened. Capr. d. concl. 102. n. 206. Graff. in d. quest.  
37. n. 14.

Postremò de usurario quæritur, an iure valeat ejus, testam-  
entum ad pias causas conditum, nec ne? Quam  
ad questionem respondet Bartolus in d. l. 1. n. 29. vers. de  
usurario

*usurario verò: quod licet jure civili testamentum facere non sit prohibitus: jure tamen Canonico, non nisi præstata cautione de usuris restituendis, ad pias causas subsistat ejus testamentum, saltem secundum formam. c. quamquam, ubi Bald. n. 11. de usur. lib. 5. non obstante eo, quod tempore testamenti non amplius usuras exerceat, ut pulchre tradit. Anan. in c. quia in omnibus. q. 12. n. 15. vers. Quid autem si usurarius. col. 18. extr. de usur. & Paul. de Castr. in l. 4. Prator. Si etiam in pr. & n. 2. ibi. Fulgos. num. 1. ff. de edendo. Socin. in l. 1. n. 7. vers. Secunda conclusio. col. 2. C. eod. tit. ibi. las. n. 12. vers. Quinto notabiliter. & Purpurat. n. 20. vers. Quartò extenditur. col. 6. & Alex. in fall. 3. col. 2. Felin. in c. I. n. 10. vers. sed adverte. ibi. Dec. n. 102. vers. Et idē in proposito. col. 13. Neque enim aliter aboletur nomina usurarij, quam si usuras restituat, ut ait Bald. in Rub. C. de usur. q. 2. col. 2. Quae communis est omnium DD. opinio, & ita tenet idem Bald. in l. 8. executorem. C. de execut. rei iudic. Cardin. in Clem. 1. q. 8. de sentent. excommu. & in c. perpendimus. q. 3. 8. eod. tit. Peir. de Anch. in cons. 430. Ant. de Butr. cons. 75. & cons. 26. & cons. 29. in fi. Panorm. in rub. de testam. n. 1. cons. 1. n. 2. lib. 2. Paul. de Castr. cons. 148. Alex. consil. 34. lib. 1. & consil. 143. lib. 1. & 2. Socin. cons. 117. lib. 3. Greg. 133. fall. 2. Ful. Pacian. in lib. 3. de probat. c. 63. n. 78. Vasq. de success. progress. §. 1. n. 178.*

Nisi forte in ipso usurario apparent manifesta signa poenitentiae: quo casu saltem quo ad pias causas vallet ejus testamentum, ut vult Anton. de Butr. relatus à Gem. in d. c. quamquam. Capra d. concl. 102. n. 103. lul. Clar. in d. § testamentum. q. 26. vers. Item quero si usurarius. Graff. d. q. 17. n. 11. Sic nimis ex his, quæ hactenus dicta sunt, colligunt illud, pīcausæ dispositionem nullis solennitatibus

civilibus, nullisque adeò legibus, præterquam juris gentium & æquitatis naturalis, coarctari: neque in persona testatoris: neque in qualitate dispositionis: neque in forma & ordine disponendi, ut Bartolus in d.l. i.n. 80, loquitur: ac propterea piæ causæ favore etiam minus solenne & imperfectum testamentum sustineri: dum modò illud duobus testibus sit probatum.

Cæteroquin autem si vel nullus aut unus duntaxat testis sit, quo ejusmodi testamentum probetur aut confirmetur, iure deficit testamentum. *arg. l. 19. omnium, ubi Azo & Hugolin, C. de testam.* siquidem unius hominis testimonium in quaevuque causa non admittitur: quacunque dignitate præfulgeat: atque adeò, ut dicitur, unus testis nullus testis: & vox unius, vox nullius est. *S. iuris iurandi, §. 1. C. de testib. l. 20. maritus, ibi, & testimonium non oportere unius hominis admitti. Aegid. Boss. in tract. oppos. contra testes n. 71. & seq. Socin. reg. 423.*

Nisi quatenus sit tabellio sive notarius, qui instrumentum conscripsit: quem solum sufficere ad ferendum testimonium, saltem super eorum, quæ proferuntur, instrumentorum comparatione, ait Harmenopulus in *Prompt. iur. civil. lib. 1. tit. 6. de testib. §. sciendum, per l. si quis decurio. C. ad L. Corn. de fals. & §. si verò moriantur. Auth. de instrum. cautel. & fide. Novel. 73.*

In quam sententiam non ita pridem in Dicasterio nostro judicatum fuit hoc modo:

**Das nemlich das übersante Testament oder letzter wille durch die Überschrift desselbigen/ darinnen**

darinnen nicht mehr als ein Zeuge befinden / zu Recht nicht möge erhalten werden / es möchten dann der Notarius neben dem Vicario / als vor- gestellten Zeugen / vormittelst ihres Eydes erhalten / das der Testator vff diese Zeit / dawon die Überschrift der übersandten Kopien des letz- ten Willens / vnnd die darinnen begriffene le- gata zu milden sachen / nach inhalt desselben vor ihnen also gemacht vnd beschlossen / So were sol- cher letzter Wille / allein quo ad legata zu mil- ten Sachen / vnnd ferner zu Recht nicht freistig / vnnd vff den Fall were des Testatoris Schwei- ster / als seine nechste Blutsvorwandtin vnd Er- bin / solche legata ungeachtet / das an der hinter- lassenen Bahrhaft nicht so viel / als die ange- regte legata in milten sachen aus tragen / befun- den wirdt / von dem andern ihres Brudern hin- terlassenem Erbe auszurichten schuldig.

B. R. W.

C A P V T .

## C A P V T X V.

D E T E S T A M E N T O  
Rusticano.

## S V M M A R I A.

1. Testamentum ruri tactum quale, & quatenus privilegio gaudeat, & quatenus non.n.2. & an civibus quoq; hoc indulsum sit saltem ruri testantibus , & cur? num.3.
4. Testamenti rusticani solennitas in quo consistat ex dispositio[n]e l.ult.C. de testam.
5. Imp. Leonis Novel. 43. subscriptionis testium solennitas remissa,
6. Ratio privilegij rusticani duplex,
7. An & quatenus rusticitati lex succurrat , & quatenus excusat.

**C**AETERVM inter paganica testamenta minus solen- i  
nia, eaque privilegiata, refertur quoque testamentum rusticatum , hoc est, à rusticis, & quidem in rure factum: de quo est imp.singularis dispositio in l.ult.C.de testam. Neq; enim privilegium hoc soli vel personæ, vel loco: sed utri- que conjunctim & copulativè concessum est; utpote ru- sticis & in rure testantibus: ut vult Bart.in d.l.ult. nu.2. & hunc secutus lul.Clar.in d.S.testamentum.q.56.ver.sed quid in testamentis conditis in rure per rusticos.vers.Scias tamen, quod hoc in vulgus.

Quò fit, ut si aut in civitate rusticus testetur, aut ci- vis in

2 vis in pago vel comitatu: minimè is gaudeat jure & privilegio hujus dispositionis: ut ibidem Clarus disertè conclusit in verbi si ergo rusticus, per ea quæ not. Bart. in d.l.ult. n. 2. Pontian. in l. 2. n. 8. ff. de vulg. & pupil. substit. & latè Crot. in l. 55. nemo potest. ff. de lega. i. & Ruin. col. 9. & seq. & ibidem post Ias. col. 7. n. 21. & seq. in 2. lect. col. 17. Annibal de Cano. n. 61. & n. 151. & 166. & 163. M. Anto. Nattai in l. 21. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 16. C. de testam. Ripa in tract. de privil. ult. volunt. caus. pest. col. 1. & 2. Boer. dec. 328 Vasq. de success. creat. §. 22. n. 33. Grassi. d. §. testamentum. qu. 94. n. 6. & 7.

Quamvis aliâs idem quoque beneficium civibus,  
 3 si forte in scriptis ruri testari voluerint, indulgeri debe-  
 re nonnullis videtur: perinde ut & nobilibus, qui pro ma-  
 jori parte temporis ruri habitant secundum Bart. in l. 8. con-  
 ficiuntur: §. codicilli. ff. de iur. co. Vasq. d. §. 22. n. 33. Grassi. d. q.  
 64. n. 8. saltem ob rei ipsius difficultatem: quòd nim-  
 rum eorum, qui literas sciunt, copia non facile ruri ha-  
 beri soleat: ut solenne in scriptis testamentum coram se-  
 ptem testibus rectè confici queat. per text. in d.l.ult. & d.  
 Novel. 73. cap. 9. §. ut autem.

Iure ergo civili stricta observatio in solennibus te-  
 stamentorum hominibus rusticis, & quibus non est litera-  
 4 rum peritia ita remissa est: ut siquidem ruri testentur, lice-  
 at ipsis testari, secundum antiquam eorum consuetudi-  
 nem; quæ legis vicem obtinet: ut ait Imp. in d.l.ult. vers. In  
 illis verò locis. Tunc enim subtilitate legum remissa, va-  
 let ejusmodi testamentum rusticum: sive in scriptis, sive  
 per nuncupationem factum sit: saltem coram quinque  
 testibus præsentibus: siquidem plures haberi non possunt;  
 ita nimirum, ut si literas sciant, unusquisque pro sua

persona subscriptibat : si verò unus duntaxat vel plures lite-  
rati fuerint, liceat eis pro ignorantibus literas, præsentibus  
tamen, subscriptionem suam interponere : sic nempe, ut  
ipsi testes cognoscant testatoris voluntatem : & maximè  
quem vel quos hæ redes sibi relinquere voluerint: & hoc  
post mortem testatoris jurati deponant, per manifesta ver-  
ba textus in d.l. ult. ibi Alex. n. 8. Ias. n. 2. vers. Quinto exten-  
de. & Bart. n. 1. ibid. post gloss. in verb. Scripturam.

Quæ tamen subscriptionis testium solennitas à Le-  
one Imp. posteà remissa est: & ab eo præterea constitutum, s.  
ut in civitatibus quinque, in itineribus agrisque desertis  
tres testes ad fidem testamentorum sufficient , ut est in  
Novel. eiusdem 41. § 42. Quemadmodum & ante eum  
pater Basilius Macedo quinque tantum testes in rusticano  
testamento adhiberi posse rescripsit , ut patet ibidem ex d.  
Novel. 41. vers. Cùm. n. pater. Qui numerus testium etiam  
lege XII. tabularum introductus aut comprobatus vide-  
tur: §. 1. Instit. de testam. ordin. & Elpia. in fragm. Instit. tit.  
20. gl. 22. Sed hæc quidem constitutio Leonis in usum  
recepta non est.

Ratio autem constituti hujus juris saltem de quin-  
que testibus in testamento rusticano requisitis est: partim  
idoneorum testium ruri habendorum magna difficultas  
& raritas. d.l. ult. ibi, in illis locis, in quibus raro homines li-  
terati inveniuntur, & in d. Novel. 73. c. 9. §. ut autem. ibi,  
ubi scribentium aut testium multorum copia non est. & d.  
Novel. Leon. 41. vers. Cùm enim. ibi, quod magna illic ple-  
rung. hominum fide dignorum raritas sit.

Partim verò simplicitas rusticorum & literarum  
imperitia, quibus jus ignorare licet. d. l. ult. ibi, co-  
rum

rum simplicitati , & quibus non est literarum peritia subvenire . d . Nov . 73 . § . ut autem ibi , ubi multa simplicitas est .

Semper enim ab antiquis legibus , & à diversis retrò Principibus rusticitati consultum est : & in multis legum utilitatibus remissa rusticani stricta observatio .

Ac proinde cùm testamentorum ordinatio sub certa definitione legum instituta sit : non posse existimantur homines rustici , & quibus non est literarum peritia , in ultimis suis voluntatibus tantam legum subtilitatem custodire , ut ait Imp . Iustinianus . in d . l . ult . in princ . quem textum latius declarat Bart . col . 9 . & late las . ad l . 1 . col . 16 . cum seq . C . de sum . Trinit . Alex . in l . 9 . si non speciali . num . 1 . C . de testam . Ripa in l . 15 . centurio . col . 2 num . 8 ff . de vulg . & pupill . subst . Felin . & Are . sin . in c . 2 . ibid Dec . n . 19 . cum seq . de probatio .

## C A P V T XVI.

D E T E S T A M E N T O M I -  
nus solenni coram presbytero aut sacerdo -  
te & duobus testibus con -  
dito .

## S V M M A R I A .

1. Iure Canonico valet testamentum coram presby -  
tero aut sacerdote & duobus testibus fa -  
ctum .
2. Secundus autem iure civili , & cur non valeat .

**Q**VAERI etiam hoc loco solet de testamento coram presbytero, aut sacerdote & coram duobus aut tribus testibus facto, utrum jure subsistat, vel non?

Et certum est, jure Canonico ejusmodi testamentum coram duobus aut tribus testibus idoneis in extremâ voluntare factum, firmum validumque subsistere, per expressum textum in c. cùm esses. Extra: de testament. & ult. volunt. ubi Alex. III. Pont. sub interminatione anathematis prohibet, ne quis audeat hujusmodi testamentum rescindere: non obstante juris civilis solennitate: quippe q̄ in eo casu, ut ibidem loquitur Pontifex à divina lege, & sanctorum Patrum institutis, atque adeò à generali Ecclesiæ consuetudine alienum esse noscatur: cùm scriptum sit: In ore duorum vel trium testium stet omne verbum, Deuteron. c. 17. Quæ dispositio quatenus locum habeat, de eo latè Guido Papæ decis. 543. & Alex, in cons. 41. lib. 1. & cons. 47. lib. 3. Idque jus passim in foro Ecclesiæ ita observatur; & secundum hoc pronunciatur in hunc modum:

Da der Priester/ so das Testament geschrieben haben solle/ so wol auch die beyernanten Zeugen vermittelst ihres leiblichen Eydes beteswren vnd erhalten wurden/ das sie der Testator zu sich erfordern lassen/ vnd in ihrer gegenwart seinen letzten Willen/nach Inhalt der vbersandten Schrift ob verzeichnüs beschlossen/ So wehre solch Testament nach verordnung Geislicher Recht bestendig vnd kreffig.

Quod multò etiam magis tunc procedit, si testamentum istud à rustico in pago aut rure coram clero & duobus

duobus vel tribus testibus factum sit : de quo casu extat  
hæc sententia olim Lipsiæ pronunciata :

Hat ein alter Baursman seinen letzten Wil-  
len/vor dem Pfarrer damals / als er ihme das  
hochwürdige Sacrament gereicht / in beysein  
vnd angehör zweier oder mehr Zeugen / mit guter  
vernunft beschlossen / vnd darinnen seinem Weibe  
hundert guldens über ihren dritten theil / welcher  
ihr sonst in seinen güttern gebühret/vorschaffet/  
vnd darnach ohne Leib's Erben gestorben / So ist  
solcher sein letzter Wille zu Recht beständig/ vnd  
seine Brüder vnd Schwestern haben nicht füg den-  
selben anzufechten/vngeachtet ob sie von der über-  
mas der Güter wenig oder auch nichts bekom-  
men. V. R. W.

Aliud verò jure civili receptum est : quo ejusce-  
modi testamentum coram parocco aut sacerdote & duo-  
bus vel tribus testibus conditum, ob solennum defectū,  
ratum firmumque non habetur : eò quod grave sit ad-  
modum, saltem duorum aut trium judicio , universam  
defuncti hæreditatem extraneo deferri : neque ita faveri  
oporteat testamentis, ut eorum jus & solennitas planè  
subvertatur : aut occasio detur falsitatis aut suspicionis  
præsertim in ultimis voluntatibus, quæ omnibus modis  
præcavenda est. Gräff. in §. testamentum. q. 64.

Et secundum hanc sententiam tota die, quod dici-  
tur, in foro seculari in hunc modum judicari solet : & se-  
cundum eam cum aliâs sæpius tum non ita pridem in

casu cuiusdam mariti ex causa testamenti coram sacerdo-  
te & duobus testibus facti , bona uxoris contra transacti-  
onem soli sibi vindicantis , ita h̄c pronunciatum fuisse  
meminimus in Scabinatu :

Wann gleich der Pfarrer vnd beide im Testa-  
ment benante Personen / solchen letzten Willen /  
vnd darinnen verordnete legata / mit ihrem Ende  
betewren möchten / Dennoch aber / da solcher  
lechter Wille vnd vermechtnis anderer vnd kress-  
tiger Gestalt nicht vffgerichtet/noch zuerweisen /  
So ist auch solches Testament an ihme selbst nich-  
tig vnd unkressig / vnd jr seit demnach den vberle-  
bten Geschwistern Ihre Güter vorzuhalten nicht  
befugt / sondern denselben neben der vorzinsung  
seither der Zeit ewres Weibes absterbens / ver-  
möge des vortrags abfolgen zulassen / pflich-  
tig. V. R. W.

## C A P V T

## CAPUT XVII.

D E T E S T A M E N T O  
 tempore pestis aut suis minùs  
 solenniter ordinato,

## S V M M A R I A.

1. *Sedes materia in l. 8. C. de testam.*
2. *Casus maioris necessitas aliquid de iure relaxat.*
3. *An & quatenus omnis vel aliqua saltem solennitas iurius civilis relaxetur in testamento pestis tempore condito : Per distinctionem respondetur. & num. 4.*
4. *Testamentum absque testium solennitate nullum.*
5. *Testamenta olim in Calatis Comitijs palam coram pop. Rom. fieri solita.*
6. *Testamenti pestis tempore facti solennitas in numero testium eorumq; rogatione consistit.*
7. *Testium numerus varie & diversimodè à DD. definitus. num. 8.*
8. *Testamentum pestis tempore inter liberos vel ad plias causas factum, saltem duos testes desiderat.*
9. *Idem est si legata solum pestis tempore relictas sint, etiam extraneis : ac precipue his, qui curam agroti habent.*
10. *Idem quoq; est, si testator ipse peste laboret : alias verò communii iure testari debet n. 12.*
11. *Testes duo aut tres sufficient ubiq; in terris Ecclesie,*

- Ecclesia, si præsertim magna sit contagio : At inter  
ris Imperij saltē quinq; testes desiderantur. n. 14.  
ut & in codicillis, aut ceteris testamentis, quæ codi-  
cillorum iure valent. n. 15.
16. Testamentum in peste factum, coram duobus testibus  
hodiè valet ex fori consuetudine: & de eo Constitutio  
Elect. Saxonica. n. 17.
18. Testamentum pestis tempore conditum valet etiam  
absg. rogatione testium: & cur. n. 19. & an posse e-  
iusmodi testamentum per Notarium nondum imma-  
triculatum ascribi. n. 20.
21. Peste laborans an ex fenestra coram prætereuntibus in  
via testari posse: & an eius testamentum, si postea  
convalescat, deficiat. n. 22.
23. Solennitas in ipso actu testandi omessa, frustra postea  
adhibetur.

**N**V N C de testamento pestis tempore condito vidca. <sup>1</sup>  
mus: de quo ex professo agitur in l. 8. casus maioris. C.  
de testamentis. Nam & in hoc testamenti genere aliquid  
singulare constitutum est, saltem quo ad testium solenni-  
tatem: idque ob metum contagionis: in qua plerunque  
summa est necessitas. Quemadmodum & aliâs casus <sup>2</sup>  
majoris necessitas circa testatoris vel testium personam  
contingens, non quidem juris communis dispositionem  
omnino tollit, neque actum vitiat; sed tantum suspendit,  
& de jure aliquid relaxat: ex rescripto Impp. Dioclet. &  
Maximi. in d. l. 8. casus maioris: ubi ita scriptum legitur:  
Casus majoris & novi contingentis ratione, & adversus ti-  
morem contagionis, quæ testes deterret; licet aliquid de  
jure laxatum est: non tamen prorsus reliqua testamento-  
rum

rum solennitas perempta est. Testes enim hujusmodi morbo oppressos eo tempore jungi atque sociari, remissum est: non etiam convenientis (*Sic. n. potius, quam convenienti legendum esse videtur*) numeri corum (*se-  
pem scil. testium*) observatio sublata est.

Quam legem Plato quoque inter Reipub. sua le-  
ges retulit: qui & ipse ob necessitatem casus majoris, ve-  
luti pestis aut contagionis, aliquid de jure stricto relaxari  
solere scribit: cuius verba hæc sunt in lib. 3. de LL.  
*πολλὰ καὶ νέοις ἀναγνάσσουται καινοτομίαι, λοιμῶν τε ἐμπειστόρρων, οὐ χρεῖον  
ἴτι πολλὰν εἰναι τὸν πολλάν πολλάν ἀκαρία.*

Quæ verba Latinè ita sonant: Multa & morbi de  
jure cogunt immutare: pestilentia scilicet ingruente, aut  
multorum annorum continua sterilitate annonam ag-  
gravante.

<sup>3</sup> An igitur & quatenus solennitas remissa sit in te-  
stamento pestis tempore facto, breviter videndum est.  
Nam in dubium fortassis vocari poterat, utrum aliqua  
saltem juris civilis solennitas in eo testamento, ceu extre-  
mo necessitatis articulo, requiratur, nec ne: propterea,  
quod necessitas legē non habet, l. i. ibi, cuius ob necessitates  
publicas causam potiorem esse oportet. C. de condi. ex leg. l. i. in  
fi. ibi, Accurs. in verb. necessitas sua serit. C. de oper. libert. mul-  
taque ratione ipsius necessitatis permitta sunt, quæ alias  
lege sunt prohibita: arg. l. 10. non solum, § ult. ff. de excus.  
tutor. l. 22. lex qua. in pr. C. de admin. tut. ita ut non solum  
ea à solenni ordine servando excuset. l. 4. §. 5. ff. de legati-  
onib. sed omnino etiam jus constituat. l. 4. ff. de LL. cum si-  
mil. alleg. per Tiraquel. de utrog. retract. §. 26. gl. 1. n. 20.

Sed hæc quidem dubitandi ratio ita demum obti-  
net: quatenus scilicet absoluta & extrema necessitas est:

cui nullo alio remedio aut consilio humano subveniri posse creditur. *l.5.C.de pignor.aetio.l.1.C.Depositii.* Tunc enim legem cessare facit hujusmodi necessitas inevitabilis: ceu vis quædam fatalis & divina, quam *Deus* *Bias* Græci vocant: cui resistere non valet humana fragilitas. *l.9.si quis fundum,in pr.ibi,vi maiore,&l.25.si merces.¶.vis maior,6.¶.Locatil.l.1.¶.is quog,ff.de act.& oblig.l.1.in princ: C.Comodati.l.19.sicut vim maiorem.C.de pignorib.& hypoth.*

Cæteroquin autem si non sit summa & absoluta necessitas: minimè ea legem aut legis solennitatem prorsus tollit: sed suspendit duntaxat, quantum scilicet subjecta materia patitur, *c.inter alia,ibi Panorm.& DD.de lenzen,excommu.*

Talis verò testamenti ipsius actus est: qui omnino solennitatem juris desiderat: neque ab uno aliquo homine solitario claram aut in secreto, sed palam & testato, hoc est, coram testibus, adeò ut non subscriptum ac signatum coram testibus pro infecto haberi conveniat, testamentū fieri potest, *ut ait Imp.in l.21.hac consulti. in pr.v. Non subscriptum autem.C.de testam.Domin.de Magdalen. in tract.testium.in testam.requis.c.11.ampl. 8.*

Nam & olim jure veteri Romano Galatis Comitijs coram toto populo Romano testamenta fieri solita fuisse constat. *§ 1.Inst.de testam.ordin.A.Gell.lib.15.c.27. cuius sanè præsentia & auctoritas omnem solennitatem superabat. l.1.& 2:C.de his qui in Eccles. manumitt. Nic. Cruch.de Comit.Roman.Car.Sigen.de antiq iure civi. Roma. lib.1.c.12,& 17.*

Tantum ergo necessitati tribuitur in hoc genere, quantum jura ferre possunt: nempe ut tam diu actus testamenti suspendatur aut differatur: quoad haberri pos-

sit testium numerus, si minus solennis ac legitimus; at saltem minor eo, quem jus hodiè requirit, d.l. casus maioris. &c. cùm omnes de testamentis.

Nam hoc quidem privilegium non tam personis, quam locis & temporibus datur: facti verò impedimenta solennitatis eius non obstant. l. ult. C. de testam.

Caterūm quod ad solennitatem testium in hoc genere testamenti remissam attinet: ea partim in numero testium, partim in eorum rogatione potissimum consistere videtur,

Ac de numero quidem testium in ejusmodi testamento requisito, magna est inter Iuris interpretes disceptatio atque controversia. Sunt enim qui septem, sunt qui & quinque, imò & duos vel tres testes requirunt: ut latè hoc disputant D.D. in d.l. ult. Boer, decis. 228. & Portius in commu. opin. lib. 2. concl. 9.

Quam sanè questionem esse arduam & antiquam, & omnino talem, quæ Imperiali decisione indigeat, affirmat Iulius Clarus in d. §. testamentum, q. 56. vers. Et hac quiaem. Solet autem in eo plerunq; distingui, non solum causa & qualitas testamenti, sed etiam pestis aut contagionis ipsius genus. Nam si quidem tale testamentum inter liberos vel ad pias causas factum sit: saltem duo testes tunc sufficiunt, secundum Iasonem in d.l. hac consultissima. §. ex imperfecto.

Quod & tunc procedit, si legata pestis aut epidemiæ tempore relicta sint, non tantum pijs causis, verum etiam aliis extraneis: ac præcipue his qui curam ægroti habent: sic ut hoc plerunq; fieri solet: quæ omnino his conservari æquum est: licet aliás testamentum ob præteritionem jure non valeat. ut per Auth. ult. C. de lib. prate. Alex. in l. 16 scribarios, n. 6, C. de testam. mil. Boer, d. decis. 228, n. 12.

Quod si verò testamentum ejusmodi privilegia-<sup>11</sup>  
tum non sit, in quo facta est hæreditis institutio: solet eo  
casu rursus distingui: ut siquidem ipse testator peste labo-  
ret, saltem tunc duo aut tres testes sufficient: cùm præser-  
tim ob timorem contagionis non facile plures habere li-  
ceat: non solum ex loco infecto plerisque aufugienti-  
bus: verùm etiam his, qui in eo loco manent, conspectum  
& conversationem ejus, qui peste laborat, summoperè de-  
clinantibus. Boer. in d. decis. 228. n. 11. infi. Alexan. in d.l.  
scriniarios. Bald. in d.l. ult. Bart. in l. 8. de etate. ff. ad SC. Tre-  
bell. Panor. in c. & lecti. de dol. & contum.

Sin autem eo morbo ipse testator implicitus non  
laboret: ut tune communi jure testari debeat coram septē<sup>12</sup>  
testibus: siquidem, ut Imp. h̄ic ait, convenientis numeri  
testium observatio non est penitus sublata. d.l. 8 casus ma-  
ioris. ibi Alex. & cateri D D. Covarru. in d. rubr. de testam. par.  
3. n. 21. saltem si non ita vehemens & magna sit contagio.  
arg. l. 1. §. pen. ff. de Aedil. edict. & l. quæ situm. ff. de re iudic.  
Quæ magis communis est opinio, & crebriore calculo  
comprobata, ut vult Alex. in d.l. ult. & cons. 70. & 177. n.  
8. lib. 2. Barbat. cons. 58. lib. 1. Dec. cons. 284. n. 1. Corne. cons.  
68. col. 1. lib. 1. Bellon. cons. 1. vers. Quartò queri potest. lib. 1.  
Rubeus cons. 52. & 165. Bertrand. cons. 53. col. fin. & cons. 54.  
& cons. 170. lib. 1. cons. 178. col. fin. & cons. 233. col. ult. lib. 3.  
Soc. cons. 85. col. 2. lib. 4. Rolan. à Vall. cons. 81. n. 47. cum seq.  
lib. 1. Ruin. cons. 120. col. 3. lib. 5. Guid. Papa q. 543. Puteus  
decis. 372. & 382. Matth. de Affuct. decis. 25. Tessaur. dec.  
180. Domin. de Magdal. in tract. de num. testium. in testam.  
requis. c. 11. ampl. 8. Grassus in d. q. 64. n. 5.

Quòd si tamen usque adeò magna & vehemens<sup>13</sup>  
sit contagio; ut plurium testium & signatorum copia pla-  
nè ha-

nè haberi nequeat: tunc & què ac in pagis aut agris deser-  
tis, ut valeat testamentum, in terris quidem Imperij quin-  
que testes sufficiunt. d.l.ult.ibi DD. & Boér. d. decis. 228.  
In terris verò Ecclesie saltem duo aut tres desiderantur. c.  
cùm esses. De testam. Ripa in d. loc. n. 12. Quanquam Ale-  
xander in d.l. scriniarios. n. 6. existimat tale testamentum  
coram duobus aut tribus testibus conditum omnimodò  
valere, quibuslibet in locis, etiam quo ad hæredes extra-  
neos institutos: quomodo & Guido Papæ q.s 43. se vidis-  
se testatur in ejusmodi testamento tantùm duos testes ad-  
hibitos fuisse: & secundum hanc partem fuisse judi-  
catum refert Boer. d. decis. 228. num. II. quam ta-  
men opinionem communiter reprobavit Parisius  
conf. 32. col. antepen. vol. 2. & nullo modo sequendam  
esse monet Clarus in d. S. testamentum. q.s 6. ut refert Graff.  
d. q. 64. n. 5. vers. Quin imò sunt. infi.

14 Placet autem plerisque juris interpretibus commu-  
niter media hæc sententia: nimirum in testamento pestis  
tempore factio quinque testes, si plures haberi non possint,  
sufficere: perinde ut & in testamento rusticano, de quo su-  
prà dictum est, ob testium penuriam, quinque testes suf-  
ficiunt. d.l. ult. ibi Corn. & Ias. d.l. casus maioris. ibi Bald.  
quam opinionem & veriorem & æquiorem magisque  
communem, & melioribus rationibus fulcitam esse testa-  
tur. Paris. d. conf. 72. vol. 2. Alex. conf. 70. n. 16. lib. 2. Rotan.  
à Valle. conf. 81. n. 74. lib. 1. Socin. conf. 129. num. 14.  
lib. 1. Fr. Hotoman. conf. 20. & 23. ubi dicit quatuor testes suf-  
ficere cum Scriptura Notarij: & secundum hanc sententiam  
in consilio Burdegalensi iudicatum fuisse asserit Boer. d. decis.  
228. n. 11. & in consilio Neapolitano Matth. de Afflict. decis.  
25. & 134. maximè si pestis ita gravis & dira sit, ut facta  
diligenti inquisitione major numerus haberi nequeat;

quo casu ferè omnes in hanc partem inclinant, teste Grasso  
in d.q. 64.n.5 alleg.ibi præter superiores. Fr. Viv.lib.1. Comm.  
opin.in verb. Testes septem.n 1. Gabriel. Roman.lib.4. Comm.  
opin.tit.de testam.concl.8. Fern. Vasq.de success. creat. §. 22.  
n.35. licet contrariam opinionem sibi magis communem  
videri arbitretur. Clarus in d. §. Testamentum. q. 16.

Nam & aliás in codicillis , ac testamentis omni:<sup>is</sup>  
bus, quæ jure codicillorum valent , & in quibus clausula  
codicillaris subintelligitur, numerus quinq; testimoniū sufficiit: idq; nō eam ob causam potissimum, quod duo testes  
ad fidem faciendam non sufficient: sed quia grave est uni-  
versam defuncti hæreditatem sic duorum judicio deferri extraneo: ne falsitas committatur ita ut eo casu saltem  
quinq; testimoniū præsentia & fides meritò desideretur , se-  
cundum Boer. d. decis. 228.

Enim verò si usum fori & judiciorum passim re-  
ceptum spectemus: certum est simpliciter & indistinctè  
valere hujusmodi testamentum pestis tempore saltem co-  
ram duobus vel tribus testibus conditum: dum modò idonei & fide digni testes sint, omniq; adeo exceptione ma-  
jores, ut vult Ripa in tract. de peste. sub tit. de privil. ult. vol-  
lun. caus. pestis. per text. in d.c. cùm effes. de testam. ibi. Barba.  
col. 8. & Porc. §. 1. Inst. de testam. milit. Bald. in d.l. ult. n. 1. ibi.  
Ias. num. 7. C. de testam. & Bart. in tract. de peste. c. de privil.  
testam. n. 14. & latè Boer. d. decis. 228. n. 11. Guid. Papa d. qu.  
s 43. in testamento. n. 4. Phil. Port. concl lib. 3. c. 9. cùm ibid.  
alleg.

Quam sententiam etiam ceu æquiorem & favo-  
rabiliorē sequitur Camera Imperialis : & secundum e-  
am judicatum sèpius fuisse certum est, ut testatur Mynsin.  
cent. 1. observat. 96. & Andr. Geyl. lib. 2. observat. 118.  
num. 11. Quod

17 Quod & jure Saxonico ita observatur: de quo ex-  
tat singularis Constitutio Electoralis lib. 3. c. 4. his verbis  
concepta. Wann einer so an Pestilenz liegt / oder  
in dessen behausung solche regiret / ein Testa-  
ment vor dreien oder zweyen glaubwürdigen Zeu-  
gen gemacht / das solches Testament / so viel die so-  
lennitet der Zeugen anlangt / zu Recht vor bestens-  
dig zu erkennen sey.

Quæ sane decisio ratione non caret. Nam & similiter  
18 milites in acie aut expeditione, atque adeò in hostico sal-  
tem coram duobus testibus testari posse manifestum est.  
*I. lani. ff. de bon. posses. ex testa. mili.* Atqui tempus belli & pe-  
stilientis in jure æquiparari notum est: quasi scilicet tem-  
pore pestis bellum inter Deum & homines esse censeatur,  
*ut eleganter notat Bart. in d. l. un. n. 1.* & in l. 5. na-  
turaliter. n. 23. ff. de usucapio. & Panorm. in c. ex transmissa.  
*de prescript. & Mynsing. d. obs. 96.* And. Geyl. d. obs. 118. nu-  
18. ibi, ad imitationem militiae humanae.

Quod autem de testibus duobus idoneis & fide di-  
gnis, in hoc testamenti genere necessarijs dictum est, solet  
in dubium vocari, an foeminæ quoque pro testibus ad-  
mitti debeant, nec ne. Et constat, foeminas jure tām  
Canonico, quām civili pro testibus idoneis in testamentis  
non censeri: ac propterea nec in testamento pestis tem-  
pore condito testes adhiberi posse, secundum Clar. in S.  
testamentum. q. 55. in si. & ibid. Graff. q. 57. num. 3. Ripa in d.  
tract. num. 17. & legq. Bellon, in cons. 34. n. 8.

Contrarium tamen non solum in hoc testamento genere, sed in omnibus alijs ultimis voluntatibus minus solennibus, veluti inter liberos & ad pias causas, ut & in militari testamento frequentius observari; atque adeò valere ejusmodi testamenta saltem coram duobus testibus etiam foeminiis facta, magis communis est opinio, teste Bart. in d.l. hac consultiSSima. §. ex imperfecto. las. in l. ult. C. de testam. Covarr. in c. cùm esses. extr. eod. Vigl. in §. testes autem. n. 4. Inst. Quib. non est permis. fac. testa. Paris. conf. 32. n. 4 8. lib. 2. Ripa in tract. de peste. privil. ult. Crotus in tra. de testib. Rubr. Qui testes esse poss. in testam. mil. nu. 11. Vivius in commun. opin. in verb. Testis esse non potest mulier in testam. lim. 1. & 2. cum seqq. Vasq. lib. 2. de success creat. §. 12. n. 23. cum aliis relatis per Grass. d. q. 5 7 + n. 3. cum seqq. & n. 8. & novissimè Daniel. Moller lib. 4. Semestr. c. 8. per tot.

Porrò quod ad alterum privilegium attinet. singulare quoque jure ab Impp. in hoc testamenti genere remissum est, non modò testibus, ne ad testatorem pestis tempore accedere: sed multò etiam magis ipsis testatoribus, ne testes rogare aut convocare, & in conspectum ipsorum cogere necesse habeant. 18

Nam & coram testibus non rogatis sive classicis, iisque audientibus duntaxat, non etiam videntibus, recte eos testari posse certum est, secundum Boerium decis. 222. Idque disertè probatur in his verbis d.l. 8. ubi ait Imperator eo tempore testes hujusmodi morbo oppressis jungi atque sociari remissum esse. Quaz verba ita interpretatur auctor Eclogæ sive Synopsis Basilic. lib. 35. tit. 2. cap. 7. δεδίοτες οἱ μάργαροις πλητιάσαι τῷ διατιθεμένῳ, διὰ τὸ μη τῆς νόσου μεταλαβεῖν, συγχωρέισθαι τὸν κεχαριτωμένον εἰς αὐτὴν φραγίσαι τῷ διατήκῳ, hoc est, Si metuerint accedere proprius ad te-

ad testatorem, ne morbi contagione inficiantur; permit-  
tatur eis, ut separatim ab eo testamentum signent.

19 Sed hoc quidm jure, ceu speciali privilegio, usas fu-  
isse nonnullas civitates, etiam extra casum pestis sive con-  
tagionis apparet ext. o. si non speciali. C. de testam. ut scilicet  
testes non necesse haberent in conspectum testatoris ve-  
nire, & testimoniorum fungi officio: verum satis esset sub-  
scriptiones & signacula ab his quovis in loco apponi;  
missio scilicet ad domum testamento: de quo est etiam in Ba-  
sil. d. tit. 2. c. 8. Quod postea Imperatores jure quodam  
singulari, contra juris communis observationem, genera-  
liter fieri permiserunt: saltē pestis tempore: ob timorem,  
ut loquuntur, contagionis, quæ testes alioqui deterrere so-  
let; quò minus cōfiderenter ad eos accedant, quos eo  
morbo decumbere, & testamentum meditari audiunt:  
statim eos pestis laborare suspicantes: adeò ut plerunque  
valde difficile sit, pestilentia ita grassante, testes & signa-  
tores invenire, qui confessioni & recitationi & consigna-  
tioni testamenti interesse cupiant: ut post alios novissime  
notat Marquard. Froer. lib. 2. Parerg. c. 2.

20 Nam & posse hujusmodi testamentum non ob-  
stante statuto contrario, pestis tempore describi per nota-  
rium aut tabellionem nondum matriculæ inscriptum,  
quatenus copia alterius desit, docet Angelus in repet. l. 4.  
vacantia. C. de bon. vacant. per tex. in l. 10. ubi absunt. ff. de-  
tut. & cura. dat. & idem Ang. in §. quod autem. Aut. de  
non alien. cum aliis relatis per Myns. d. obs. 96.

Quin immò contagiosum exire domo prohibitum  
12 (Quod fieri ita posse, ac immò etiam domo sua expelli,  
ne suo morbo alios inficiat, constat, ut expressè tradit. Guil.  
de Cun. & Bart. in l. 2. C. de Sum. Trin. & Alex.  
in d. l. casus maiores, in si. Mynsing. in d. q. 96.)

ex cancellis aut fenestrarum coram hominibus in via publica  
prætereuntibus testari posse concludit Boerius in d. decis.  
228. arg. l. 9. est differentia. ibi, per fenestram monstrare. ff.  
In quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrahi. & l. 8. §. codicilli.  
vers. Quid n. si testium sufficientium facultatem non habuit.  
& ibi Raph. Cuman. ff. de iure codicill.

An verò testamentum à contagioso minùs solenni-  
ter factum, saltem eo postea convalescente, & ad sanita-  
tem perducto, deficiat, queri solet. Et Ripa in d. tracta, 22  
de peste. existimat, tale testamentum etiam tunc sustineri  
posse, & omnino valere: etiam si testator testamenti solen-  
niter faciendi potestatem habuerit: de quo latè Corne, lib. 4  
conf. 5. 4.

Planè enim solennitas in testamentis requisita ob 23  
servetur necesse est: quæ postea frustra adhibita, nihil ope-  
ratur. per vulg. Theor. in Auth. hoc ius correctum. C. de Sacros.  
Eccles. Bart. in l. 4. n. 5. C. de precib. Imp. offer. ibid. Alex. de  
Imol. in addit. qui auream hanc Bartoli doctrinam esse dicit:  
& notat idem Felin. in c. quoniām frequenter. in vers. Tu au-  
tem attende. Ut lite non contest, non proced. ad testi. recept. vel  
ad sent. defin. lib. 2. tit. 6.

## C A P V T X I X .

### D E T E S T A M E N T O

coram Principe condito, & de pre-  
cibus Imperatori offe-  
rendis.

### S V M M A R I A.

I. Testamenti publici duo genera.

2. Te.

2. Testamenti coram Principe conditi summa auctoritas,  
& solennitas solennissima.
3. Testamentum Theodosianum, eiusq; definitio n. 4, & for-  
ma eiusdem, n. 5.
6. An confirmatio Principis suppleat defectum testamen-  
ti, & quatenus n. 22.
9. Ratio duxitandi, quod confirmatio implicet tacitam con-  
ditionem, quatenus ipso iure valeat: eiusq; solutio-  
num, 12.
8. Ratio decidendi ab auctoritate & potestate Princi-  
pali.
9. Princeps totum ius est.
10. Princeps iuris civilis solennia relaxare potest.
11. Princeps testium loco habet in consilio suo Senatores aut  
officiales.
13. Ampliatio prima. sive Princeps ad interrogationem  
rescribat, aut decretum interponat, sive non.
14. Testamentum in Camera insinuatum & confirmatum,  
pro Authentico habetur: & quatenus, n. 16.
15. Clausula, Decretum & auctoritatem nostram interpo-  
nendo quid operetur.
17. Clausula, in quantum de iure quid operetur.
18. Voluntas ultima est ambulatoria usq; ad mortem testa-  
toris.
19. Principis voluntas pro lege valet, & vim habet decreti,  
num, 20.
21. Princeps rescripto suo nemini aufert beneficium iuris  
communis.
23. Principis auctoritas non ut in ordinatione testamenti,  
ita in revocatione eiusdem requiritur, ne ipso qui-  
dem herede instituto.

24. *Testamenti insinuatio apud Principem saltē per duos testes probari debet: & an eo casu silius Principis assertio si de faciat.* n. 25.
25. *Practica huius materia hodierna tutior & commodior ab onere probandi relevans.*
27. *Privilegium testamenti coram Principe conditi, singulare, quo ad aditionem hereditatis intra annos triginta.*

**S**VPR Adictum est: duō genera esse testamentorum in-nūs solennium: & ex his quādam saltē aliquam, quādam nullam prorsus solennitatem requirere. De pri-ori quidem illo genere, ejusque speciebus aliquor aut for-mis haec tenus explicatum est: nunc deinceps de altero ge-nere videndum: quod fit absque omni solennitate testi-um. Cujus generis sunt duō testamenta præcipue: Vnū, quod fit precibus Principi aut Imperatori oblatis: Alterū, quod coram senatu vel' judice competente conditum, aut in acta publica relatum est.

Ac de testamento quidem coram Principe aut Im-peratore facto primo loco dicendum est: quod quia mera 2 fide insertum precibus inter tot nobiles probatasque per-sonas, conscientiam Principis teneri non immetit omnī-um testamentorum solennitatem superare videtur: ut Di-vi Impp. Honorius & Theodosius rescripserunt in l. 19. o-mnium. C. de testam. Quę lex ordinaria est sedes hujus materiæ. Atq; hoc quidem testamenti genus recte fortas-sis *Theodosianum* appellatur: cuius sit mentio in Novella Theodosii. Estq; species quādam testamenti Nuncupati: quod tunc sit, cūm aut testamentum per supplicationem auribus Principis intimatur: aut precibus oblatis Princeps 4 vel

vel Imperator interrogatur, quemadmodum de rebus suis quis disponere debeat. *d.l. omnium. vers. Voluntas etenim.*

5 Fit enim quandoque, ut testator coram Principe vel Curia eius aut Cancellaria, supremæ suæ voluntatis tenore à se vel alio consignatū exhibeat: eaq; ut decreto & auctoritate Principali confirmetur, suppliciter roget: nulla præterea aliâ solennitate vel scriptutæ vel testium, eorumque subsignationis aut subscriptionis adhibita. Tunc igitur Principis eiusmodi accedens auctoritas & confirmatio, sive tacita, sive expressa, omnem supplet defectum formæ & solennitatum juris in eiuscmodi testamento. *d.l. omnium in princ.*

7 Sed videri tamen poterat, eiusmodi testamentum minus solenne ceu iniustum, etiam à Principe confirmatum, minimè valere debere.

Neque n. Principis confirmatio quidquam novi iuris tribuit negotio, super quo adhibetur: sed justantum vetus auctoritate sua conservat aut saltem declarat: secundum vulgatam Theor. in l. 5. more maiorum. cum l. seq. ibid. Ias. Alex. & alijs DD. comm. ff. de iurisdict. c. porrecta. & c. examinata. de confirm. ut l. vel inutil. can. preceptis. dist. r. 2 can. Achatius. 24. q. 1. can. ult. 30. q. 3.

Et ideo si id, quod confirmari petitur, iure non valet: nec confirmatio ipsa valebit. c. penult. de constit. c. diversitatem. de lite contest.

Semper enim confirmationis verbum tacitam implicant conditionem, quatenus illicet id, quod confirmari debet, ipso iure valeat & sublistat. Oldrad. cons. 164. & Roman. cons. 338. n. 7.

Quibus tamen non obstantibus, vera manet prior ; illa decisio hujus questionis : nimirum testamentum coram Principe factum, aut ab eo confirmatum, omnimodò valere. d.l. omnium.

Ratio manifesta est, eaque non uniusmodi, sed triplices. Nam primum certi juris est, ea quæ coram Principe geruntur, nullam disputationem recipere. c. i. de constit. in 6. & l. penult. C. de his quib. ut indig. hanc. aufer. Princeps namque totum jus est; & quæ coram Principe fit institutio, toto jure fieri intelligitur: adeò ut de successione ejus, qui medio Principe, atque adeò toto jure, quod in scrinio pectoris sui Princeps habere censetur, teste succedit, amplius tractari non debeat. d.l. omnium. in vers. Sicut ergo, in fi. ibi, quod nobis medijs, & toto iure teste, quod in nostris est scriniis constitutum. c. I. in princ. ibi, qui iura omnia in scrinio pectoris, de constitutio,

Sed & solennitas hæc, quia juris civilis est, à Princeps, qui jus civile constituit, rectè potest relaxari. l. 9. leges. & si quid verò ff. de LL. l. 9. si non speciali. C. de testam. Alex. conf. 119. n. 15. lib. 6. idque èò magis, quod in Princeps cessat causa illa solennitatis illius introducere: ne scilicet fraus aliqua in ultimis voluntatibus committatur: quippe in quo bona fides semper præsumitur: exemplo donacionis in l. 27. lata. in princ. C. de donatio. & l. 3 I. in donationib.

Quò deniq; accedit illud; quod Princeps in consilio suo perraro solus reperitur; sed plerumq; stipatus senatoribus & officialibus præbet audientiam: idque satis verba ista arguunt in d.l. omnium. in princ. Ibi, inter tot nobiles probatasq; personas.

Et quod testamentum coram Princeps factum aut insinuatum absque ullis testibus valeat, communiter ita observa-

observatur. Dec. cons. 285. Schurff. in cons. 77. cent. 1. & cons 71. cent. 2. Tiber. Desian. resp. 21. n. 46. vol. 2. Boer. dec. 228. n. 3. Clar. §. testamentum. q. 56. Grass. ibid. q. 54. per tot. Mascal. de probat. vol. 3. conclus. 1352. n. 47.

12 Neque obstant paulò ante in contrarium opposita argumenta: quippe quætune demum procedunt, quando obiter duntaxat, &c, ut Præstici loquuntur, in forma comuni, hoc est, absq; speciali: cause cognitione, fit confirmatio: Secus autem, si ea fiat cum cause cognitione, & ex vera Principis scientia: inspectâ scilicet forma ipsius testamenti aut contractus: cuius à Principe petitur confirmatio: Tunc enim cognito vitiō circa solennitatem aetatis commissio: si nihilominus accedit confirmatio Principis: à cuius potestate & voluntate ea dependet: vim ea sortitur novæ concessionis aut specialis privilegij: exemplo adoptionis, quæ etiam iure non facta, à Principe confirmari potest. l. 38. adoptio non iure. ibi Angel. de Perus. ff. de adoptio. Sunt & alia id genus exempla passim in jure, ut in l. 31. si senatori. ff. derit. nupt. c. 1. & 2. ibi Innocent. de offic. deleg. c. qualia. c. Raynaldus. & c. Raynutius. de testam. c. 1. & 2. & ibid. Innocent. super gl. verb. infirmatis. de confirm. util. vel muti. c. veniens. ibi gloss. in verb. confirmata. de transactio: Alex. tmol. in cons. 59. n. 8. lib. 1. &c.

13 Nec sanè refert, utrum Princeps ad interrogacionem vel consultationem factam rescribat, vel non rescribat: quoniam pro testamento nihilominus habetur, et immo non rescriperit, aut decretum interposuerit. d. l. omnibus. vers. Nc. sanè ibi, si rescripta nostra nihil de eadem voluntate responderint.

Neque enim insinuatio testamenti semper decreturn requirit: sed interdum sola sufficit auctoritas Principis et.

pis: etiam si testamentum illud à propinquis aut alijs qui-  
busdam impugnetur, Bart. & DD. alii in l. 23. Modestinus  
ff. de donationib. Licet aliás ibidem laſon inter decretum  
& auctoritatem distinguit: quæ tamen differentia in foro  
non ita scrupulosè observatur, teste Socino Sen. in cons. 15.  
n. 32. lib. 1.

Perinde ut & in supremo Cameræ Imperialis ju-  
dicio, quod cum Principe vel Imperatore concurrentem  
habet jurisdictionem, observari hoc quotidiè videmus:  
ut majoris fidei & auctoritatis gratiâ petatur confirmatio:  
tio: in qua clausula ista Decretum & auctoritatem nostram 15  
interponendo si forte usurpetur: sane tunc insinuatum te-  
stamentum pro Authentico merito habetur.

Tunc igitur confirmatio Principis, si minus expres-  
sa, at saltem tacita, requiritur: ut nimirum Princeps ad  
preces testatoris, aut supplicationem ejus, per speciale re-  
scriptum non semper respondeat. sed nihilominus 12-  
men testamentum sibi insinuatum in consilio examine-  
tur: & forma illius inspecta, causaque cognita approbe-  
tur, ascripto decretos quod in Cursa vel Cancellaria asser-  
vatur: neque supplicanti communicatur: ne fortassis te-  
stator, si speciale rescriptum Principis confirmatorium  
habeat frustra sibi persuadeat, amplius testari, aut testa-  
mentum mutare pro arbitrio sibi integrum non esse: cò  
quòd à Principe sit confirmatum. Quam ob causam  
etiam plerunque in decretis aut interlocutoriis adiici solet  
clausula ista, in quantum de iure; qua significatur,  
non obstante Principis confirmatione, adhuc testa-  
mentum mutare testatori pro arbitrio saltem de  
iure licere d. l. omnium. vers. Voluntates etenim. ibi,  
ne

*nec post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis arbitrium.*

18 Planè enim ultimæ voluntatis ea natura est: ut mū-  
tabilis sit, & usque ad mortem testatoris ambulatòria. l. 4  
19 ff de adim. lega. Quanquam igitur alias id quod Princi-  
pi placuit, legis habet vigorem, ut in perpetuum valeat,  
nec à quoquam homine privato mutari possit aut debe-  
at. §. sed & quod Principi, Inst. de iur. natur. gent. & civ. & l. 1.  
20 in princ. C. de constit. Principi, sicut & concessio sòla Principi-  
pis, aut consensus ejus, vim habet decreti. l. 2. C. Quando  
decreto non est opus, minimè tamen ejusmodi Principis re-  
scripto aufertur testatori facultas testamenti illius sui pro  
arbitrio mutandi: quod semper ei manere debet integrum  
& omnino liberum. d. l. omnium. vers. voluntates etenim. l.  
1. C. de Sacrof. Eccl.

21 Quemadmodum nec alias Princeps rescriptis suis  
cuiquam beneficium juris communis auferre intelligi-  
tur. arg. l. 43. ex facto. circ. pr. ff. de vulg. & pup. l. subfti. l. 2. §.  
merito. & §. Quod si quis à Princeps ff. Ne quid in loc. publ.,  
sed ita demum Principis confirmatio communem supplet  
22 defectum circa solennia testamenti: quatenus scilicet su-  
premium illud testatoris elogium sit. d. l. omnium. vers. vo-  
luntates etenim. Nam hoc diserte & clare ibidem his verbis  
rescriptum legitur ab Impp. Honorio & Theodosio. Vo-  
luntates hominum (inquit) audire volumus, non jube-  
re (Honesta oratio) ne post sententiam nostram inhibitum  
videatur commutationis arbitrium: cum hoc ipsum, quod  
per supplicationem nostris auribus intimatur, ita demum  
firmum sit, si ultimum comprobetur; nec contra judici-  
um suum defunctus posteà venisse detegatur.

23 Quod adeò verum est, ut quamvis in ordinatio[n]e  
R testa-

testamenti Principe coasensus interveniat: minimè tamen auctoritas ipsius postea in revocatione illius testamenti desideretur: ne quidem ipso Principe aut Imperatore hærede instituto quamvis hæc revocatio aut ex hæredatio quadam tenus videatur Principe indigna: ut rescripsit hoc singulariter Imp. Constantinus in l. 6. C. Qui testam. fac. poss. Si quis (ait) Imperatorem forte hæredem instituerit: habeat mutandi judicij facultatem: & quemcunq; voluerit, secundum leges in testamento suo hæredem conscribendi. Quam in sententiam quoque Impp. Valens, Valent. & Gratia Maximo rescripserunt his verbis: Cūm hæredes instituuntur Imperator seu Augusta: jus commune cum cæteris habeant. Qnod & in codicillis & fidejcommissariis epistolis jure scripto observandum erit. Et sicuti priscis legibus cautum est, Imperatori quoque & Augustæ testamentum facere liceat, & mutare. l. 7. C. Qui testam. fac. poss. in qua lege quadam adiecta ex Symmacho videlicet est apud Cuiac. lib. 5. obs. 7.

Nam & fortassis jaçtare quis posset, se Principem hæredem facturum: cjujsmodi tamen jaçtatio pro institutione non habetur: neque bona ejus fisco occupari possunt. l. ult. ff. Qui testam. fac. poss. l. 22. res que. §. 2. ff. de iure fisci. Paulus lib. 5. sentent. tit. 12. de iure fisci & populi. §. 9. ex nuda pollicitatione.

Enimvero licet testamentum per supplicationem coram Principe factum vel insinuatum, omnino valet absque ulla testium solennitate, id est, eorum numero, vel rogatione vel signatione aut subscriptione: tamen si forte aliquo casu dubitetur, fuerit nec ne apud Principem hoc testamentum insinuatum: saltem per duos testes idoneos. istud probari necesse est, d. l. omnium. in fi. ibi, cum ob-  
latas

latae preces secundum voluntatem defuncti idoneis testibus possit approbare. Bart. ibid. n. 1. quam communem opinionem esse testatur Socinus, Jun. cons. 38. n. 1. lib. 1. Covar. in Rubr. de testament. part. 1. n. 2. Clarus in d. S. testamentum. q. 56.

Neque sufficit tunc uno teste duntaxat, quanta-  
cunque dignitate præfulgeat, istud comprobari posse, ut  
nonnulli autemant quod ita sentire videtur. Ferrariensis  
informa libelli, quo hereditas petitur ex testamento, in verbo  
vallatum. 6. n. 4.

Quin imò nec ipso quidem Principe solo teste idoneè hoc probatur: ut rectè notat Azo & Hugolinus in d. l. omnium. in verb. nobis medius. Quippe cui soli ea in re fides non adhibetur, arg. l. 9. si non specialiter in f. C. de testa.  
licet aliàs de principali judicio, quod iustitiae finibus con-  
cluditur, disputare, instar sacrilegij sit, per l. 3. C. De criminis  
sacrileg. l. 5. C. de divers. rescript. Quod & Impp. hoc ipso  
rescripto suo in d. l. omnium, satis innuere videntur: cùm  
ipsis Principibus medijs inter tot nobiles probatasq; per-  
sonas testamentum istud fieri solere dicunt.

Sed hoc tamen non tam ad formam & substantiam testamenti, quam ad rei gestæ veritatem probandam,  
& fidem faciendam pertinet: ut liquidò constet, quo  
anno, & quo mense, & quo die testamentum istud Princi-  
cipi oblatum sit, secundum gloss. Et D.D. in d. l. omni-  
um.

Pro quo tamen hodiè multò commodior & tu-  
26 tior ratio viaque observatur: ut scilicet à tergo supplica-  
tionis uno aut altero verbo signetur decretum, & con-  
firmatio Principis, ejusvè Consilii: aut aliàs per sche-  
dulam à Cancellario subscriptam approbetur: id quod

& in levioribus negotijs ira observari solere quotidiè videmus.

Postremò est & hoc jus singulare illius testamen-<sup>27</sup>  
ti, quod fit coram Principe: ut quamvis hoc non aliter,  
quam ex Principis beneficio, & indulgentia quadam  
Principali, aut dispensatione, quam vocant, gratiosa va-  
lere dicatur: nihilominus tamen in hujusmodi testamen-  
to scriptus hæres jure civili quandocunque intra annos  
triginta, cæteris paribus, adire hæreditatem possit: quam-  
vis alias eo casu, ubi testamentum non ipso jure, sed æqui-  
tate tantum Praetoria, vel Principis auctoritate sustinetur,  
hæres per adiunctionem, quæ vis tota est testamenti, perpetuò  
succedere queat: sed bonarum possessionem apud Prae-  
torem vel iudicem competentem intra brevem unius an-  
ni terminum, si ex liberis vel parentibus hæres quis scri-  
ptus sit, vel intra centum dies, si extraneus sit institutus,  
petere vel agnoscere compellatur, per not.in Rubr. &c. ult.

**C.** Qui admitt ad bonar. possessi. Quod & expressè ita statu-  
tum ab Imperatore his verbis legitur in d.l. omnium.  
*in fine.* Ne quid sanè prætermisso credamus, hujusmodi  
successoribus designatis omnia, quæ scriptis hæredibus  
competunt, jubemus eos habere: nec super possessionis  
petitione ullam controversiam nasci: cùm pro hærede a-  
gente cuncta sufficiat: & jus omne complere ipsa aditio vi-  
deatur: &c. d.l. omnium, ibid. Cyn. Alberic. Paul. de Castr. los.  
& alijs DD. communiter.

## C A P V T

## C A P V T X I X.

## D E T E S T A M E N T O

coram senatu aut judice facto, vel apud acta insinuato.

## S V M M A R I A.

1. Testamenti coram Principe aut iudice vel apud acta differentia, & an valeat ab aliis testibus. & cur. num. 9.
2. Ratio dubitandi, quod non nisi coram maiore magistratu, & solenni forma, aquae ut revocatio testamenti, facta valeat.
3. Solennitas testamenti, quod coram actis fit, nusquam sublata legitur.
4. Ratio decidendi, ex d.l. omnium. & verbo generali, ibi, Cujuscunque judicis.
5. Paria sunt testamentum coram septem testibus aut coram actis facere.
6. Alternativa ponitur inter paria vel equipollentia, in quibus alterutrum impleri sufficit.
7. In donatione, qua actis publicatur, superfluum est privatum testimonium.
8. Signum Curiae testamento appositum, presumitur volente testatore appositum.
10. Quod in iudicio fit, publicè & in multorum hominum prelenitia fieri censetur.
11. Contractus apud acta celebratus confessioni judiciali equiparatur.

12. Hareditas pacto aut stipulatione non datur, sed vel so-  
lenni testamento, vel in iudicio.
13. Testamentum coram actis factum quoquomodo sit pars  
iudicij.
14. Prima ampliatio regula, sive coram maiore, sive mino-  
re fiat magistratu.
15. Secunda, sive coram iudice competente, sive incompe-  
tente.
16. Testamenti factio est iurisdictionis voluntaria.
17. Testamentum domi ab agrolo testatore coram duo-  
bus vel tribus decurionibus à iudice eò missis an va-  
leat, nec ne, & quatenus. n. 19.
18. Declaratio Consit. Elect. Saxo. 3. lib. 3.
20. Testamenti insinuatio in iudicio per procuratorem an  
testatorem fieri debeat, exemplo donationis.
21. Testamentum sive manu testatoris sive alterius scri-  
ptum sit, nihil interest: Aliud est in testamenti insi-  
nuatione coram actis. n. 31.
22. Quod quis per alium facit apse per se fecisse videtur: &  
quotenus non. n. 30.
23. Nihil interest, sive manu testatoris, sive alterius scri-  
ptum sit.
24. Testatoris presentia in publicatione testamenti necessa-  
ria est. & cur. n. 25.
26. Qualiter testes in iudicio vel senatu requiri debant in  
testamento.
27. Argumentum à parib. sive equipollentib. quomodo  
procedat. & n. 29.
28. Non ut donationis, ita testamenti insinuatio per pro-  
curatorem fieri potest.

**1** SUPEREST, ut de testamento judici vel senatui apud a-  
cta insinuato vel publicato breviter absolvamus. Mul-  
tum enim hoc testamenti genus differre videtur ab eo,  
quod Principi, aut Principis Curiæ offertur.

**2** Neque enim judex aut magistratus inferior, æque  
ut Princeps, circa solennia juris aliquid relaxare, aut alicui  
gratiam facere potest: sed immo potius coram majore judi-  
ce vel magistratu, veluti Principe aut Imperatore, testa-  
mentum confici debet: si modo pro testamento coram  
actis condito habeti, ejusque privilegio gaudere debeat:  
*in qua sententia esse videtur Rolan. à Valle. in cons. 70. n. 28.  
vol. 1. & Bursat. in cons. 307. n. 133. & seq.*

Ac proinde in eo queque testamento, non mi-  
nus ordi: aido, ac revocando, quod coram actis perfici-  
tur, solennem testium numerum requiri, consentaneum  
est. *l. 27. sancimus ibi, vel per solennem contrariam volunta-  
tem in actis. & ibi, & hoc vel per testes idoneos, vel inter acta  
manifestaverit. C. de testam. præsertim cum nusquam so-  
lennitas ista civilis, ne in eo quidem testamento, quod  
coram actis sit, sublata esse reperiatur: ac propterea quod  
sublatum non est, meritò tanquam veterum legum con-  
stitutionumq; regulis relictum stare debeat. d. l. sancimus.  
& l. 32. præcipimus. in f. C. de appellatioib. Bart. Bal. Alexi.  
& alijs post Gl. in d. l. omnium. in verb. Inter tot nobiles proba-  
tasq; personas, Myns. sent. 6. obl. 29. n. 2.*

**4** Verum enim vero ejusmodi testamentum, quod  
coram senatu aut judice præsertim competente factum,  
aut coram toto judicio, vel apud acta publicatum  
est, hoc est, inter acta publica & libros communi-  
tatis alicujus inscriptum, etiam nullis testibus  
advocatis, omnino modò valere manifestum est. *d. l. omnium.  
in prin. v. Sicut ergo, ubi diserte dicitur, securum esse eum;  
qui*

qui actis cuiuscunq; judicis, aut municipum, aut auribus privatorum, mentis suæ postremum judicium publicavit, hoc est, ut glossa ibi & Alex. interpretatur, manifestavit. Quibus ex verbis intelligitur paria esse, sive testamentum apud acta, sive coram septem testibus, sive etiam coram Principe fiat: ex paribus autem vel æquipollentib. utrum præstetur, nihil interest, arg. l. 3 si mater, ibi Gloss. in verb. sua causa. C. de instit. & substit. c. licet. §. testes autem, de testib. c. tua. de consang. & affin. ibi gloss. in verb. equipollen- tibus. Clem. ex iuri. §. ut autem de verb. signif.

Quod idem quoq; disertè dispositum extat in l. ult. v. fin autem, ibi. Et hoc vel per testes idoneos non minus tribus, vel 6 inter acta manifestaverit. Quo in loco alternativa oratio est; in qua sufficit alteram partem ejus duntaxat impleri, aut verificari. secundum vulgatam Theorit. in l. 5 si heredi- ff. de condit. instit. & l. 25. illud aut illud. ff. de const. pecu. & l. 25. cum illud aut illud. in princ. ff. Quan. dies. legat. vel fidei- cem. ced.

Ac proinde cùm testamentum actis insinuatur, non necesse est testes intervenire: aut si acta & testes simul concurrant, aliquid superfluum admittitur: exemplo donationis, quæ actis insinuatur: in qua non est necessarium vicinos vel alios testes adhibere: quoniam superfluum est privatum testimonium: cùm publica monumenta sufficiunt, ut ait imp. Zeno in l. 31. in donationib. & ibi las. & Bart. C. de donationib. Gl. in Novel. de hered. & Falcid. §. fin vero absint. verb. Quantum ad hoc,

Quod adeò verum est, ut & signum Curiæ testamento appositum, omnino sciente & volente testatore appositum præsumatur, secundum Boer. decis. 240.

Ac propterea recte eorum improbatur opinio, 9 qui

qui existimant in hujusmodi testamento apud acta judicis condito, saltem duos vel tres testes requiri: quod ita voluit Salic. in d.l. omnium. & Bald. in Rubr. C. de fid. instru. Nam contrarium expresse alij statuunt, & in his Fulgos. Paul. de Castr. las. & ceteri D.D. in d.l. omnium. & in d.l. in donationib. nimirum testamentum coram actis judicialiter factum omni jure valere, etiam absque ulla solennitate testium. Cujus juris evidens est haec ratio: partim quod in judicio ceu loco publico semper multitudo hominum adesse presumitur. d.l. omnium. in pr. ibi inter tot personas. ibi Raph. Fulgos. & Castr. partim quod quæ publicè & judicialiter fiunt, non necessariò requirunt testium praesentiam, c. quoniam. de probat. Boer. decis. 228. Guid. Pap. in c. Raynulius. vers. testamentum. n. 18. & 20. de testam.

Planè enim hujusmodi contractus apud acta celebratus, confessioni judiciali comparatur, & executioni mandatur. l. 40. tale pactum. §. Qui provocavit. ff. de pactis.

Quod & jure Saxonico ita constitutum est per art. 30 lib. 2. ubi haec verba extant: Welcher Bruder Erbe zusaget/nicht von Sipschafft oder Erbe/sondern von habe oder gedings wegen/das sol man halten vor vnrecht/vnd nicht gleuben/man möge dann gezeugen/das das Gelübde vor Gerichte bestätiget sey. Latinè ita haec verba sonant: Si quis hereditatem seu successionem, non jure cognationis, sed donationis aut promissionis, deberi dicit: hoc pro irregulari habeatur, neque credatur: nisi missio hujusmodi coram judicio confirmata sit. Quæ verba satis manifeste declarant hereditatē pacto vel donatione causa mortis dari nō posse: sed vel solenni testamento, vel saltem in judicio. Quemadmodum & Glossa ibid. arguit, testamentum coram Principe aut

apud acta judicis factum, vim testamenti solentis & publici habere; atque adeò de actis judicij ipsius fieri; sive hoc fiat apud acta: sive jam anteà domi factum, in acta tantum redigatur atque publicetur: & sic tanquam ex iuncto & notorio per judicem fieri illius executionem: licet consensus ipsius judicis non requiratur: ita ut ubique jūdex sit, acta esse existimari debeant. l. 5. an apud se. & passim. ff. de manumiss. vindict. Bart. in l. licet. C. de pact. & na consuluit Schurff. in cons. 77. cent. I. & cons. I. cent. 2. Boë. decis. 228. n. 3. Quam opinionem omnium verisimiliter est testatur Vasq. de success. lib. 3. §. 24. n. 8. Donel. lib. 6. Commen. iur. c. 6. & secundum hanc in Camera Imperiali sepius fuisse, indicatum refert Mynsing. resp. 79. n. 8. & cent. 6. observ. 29. num. 5.

Neque interest, sive coram judge majore, sive minore, testamenti fiat insinuatio aut publicatio: siquidem in d. l. omnium disertè verbum hoc Cuinscung. iudicis legitur: statimque ibidem iubungitur, aut mancipum, hoc est, magistratum minorum. 14

Perinde ut nec refert, an insinuatio illa fiat coram judge competente, hoc est, eo cui testator subjectus est, aut cuius jurisdictioni res ea, de qua disponit, subdit. Nam de eo nihil planè distinguitur in a. l. omnium: ac proinde ut donationis, ita testamenti insinuatio, coram quolibet judge, quocunq; in loco, super rebus etiam alibi collocatis, fieri potest: dummodò judge ille ordinariam saltem habeat jurisdictionem à lege, vel Principe, vel universitate concessam: ut disertè hoc ita recriperunt Imp. in l. 27. lata in pr. & l. 30. in hac sacratissima. C. de donationib. Schneidev vin. in §. alia. n. I. 1. Inst. eod. tit. Ferrariæ. in Pract. in form. libell. Pro donat. super verb. solenniter, n. 2. in fin.

Planè

16 Planè cñim testamenti factio est jurisdictionis voluntariæ: ita ut non solum in loco judicij, sed etiam in iri-  
nere aut quolibet alio in loco, perinde ut & manumissio,  
expediri possit. arg. l. 2. ff. de offic. Procons. S. servi verò. Insti.  
de libertin.

17 Idem quoque observatur in testamento coram du-  
bus vel tribus decurionibus aut Scabinis rogatu. testato-  
ris fortè graviter decumbentis, à Senatu vel judice ad ipsi-  
us domum ablegatis: quippe coram quibus facta confes-  
sio pro iudiciali habetur, ut tradit Lanfranc. in verb. confes-  
siones ferè. in si. Et annotat VVesebe. in ad. ad. ad Schneiderv.  
in tit. inst. de testam. ordin. n. 17.

Qua de re singulatis exstat constitutio Augusti Ele-  
ctoris Saxoniae lib. 3. c. 3. in hæc verba ita concepta:  
Ungeachtet das etliche bey den Testamenten / so  
Gerichtlich geschehen Zeugen erfordern / so seind  
doch unsere verordnete dessen einig / das dieselbige  
zu Recht beständig / ob gleich keine andere Zeugen  
darinnen benandt / oder dazu gebeten werden. Wo  
auch Gerichtspersonen von Gerichts wegen zu ei-  
nem / der da frank ist / in seine Behausunge auff  
sein erforderunge geschickt / vnd er für ihnen sein  
Testament macht / so wird es darvor gehalten / als  
wehre es coram actis, vnd vor Gericht geschehen.

Auso auch wo einer ein Testament doheim  
schreibet / oder schreiben lesset / vnd leget dasselbi-  
ge hinter das Gerichte / so ist es krestig / da gleich  
keine Zeugen daben sein / Darnach sich unsere Hoff-

S 2 gerichte/

gerichte/Juristen faculteten vnd Schäppenstüle  
im Rechtssprechen zurichten haben sollen.

Cæterum testamentum domi scriptum, utrum per 19  
testatorem ipsum, an verò per procuratorem vel alium  
nomine ipsius in judicio deponi debeat, ut jure subsistat,  
controversi juris est. Sunt qui putant, nihil interest, si-  
ve per testatorem, sive per alium in judicio depositum sit:  
non solùm favore ipsius testamenti: sed etiam exemplo  
donationis, cuius insinuatio per quemlibet facta suam  
auctoritatem habet. l. 27. lata. C. de donatio. Socin. Sen. o. s.  
48. n. 9. & 10. lib. 1. per l. 1. §. ult. ff. de procurator. & gl. in l.  
3. ibi Angel. ff. Rem rat. haberi.

Nam & aliás pro regula traditum est, quod quis <sup>22</sup>  
per alium facit, per se ipsum fecisse videri, e. qui per alium.  
de reg. iur. in o. cum similib.

Quod & in scriptura testamenti ita observatur: ut <sup>23</sup>  
sive hoc manu testatoris sive alterius scriptum sit, nihil  
ominus valeat: quod & constitutio Electoralis seu æqui-  
pollens ita permittit, ibi, wo einer sein Testament doheim  
schreibt/oder schreiben lesset: ita ut idem sit de paribus ju-  
dicium: neque interest quid ex æquipollentibus fiat, arg. l.  
3. si matér, ibi gloss. C. de instit. & fabri. & l. 29. Gallus. §. quid si  
tantum, ibi, lass. ff. de lib. & posth. & l. 22. mutier. in pr. ff. ad  
SC. Trebell. cum aliis alleg. per Eberhar. in Loco ab æquipol.

Sed contrarium ex aliorum sententia verius esse vi-  
detur: nimis in publicando aut insinuando testamen-  
to omnino opus esse testatoris praesentia: cum non nisi so-  
lennitatis testium in eo relaxatio facta sit in d. l. omnium, in  
fi. ubi Imperator diserte scribit, nihil hæredi instituto perti-  
mescendum esse, cum oblatas preces secundum volunta-  
tem defuncti idoneis testibus possit probare, si alia ei noce-  
re non

re non possunt. Ex quo Paulus de Castr. & DD. ibi colligant, præter solennitatem testium, nihil ab Imperatore in testamentis coram se vel apud aucta eujuscunq; judicis factis, vel sibi aut aliis judicibus insinuatis, mutatum aut relaxatum esse: præsentiam autem testatoris vel maximè legibus requiri saltem ob evitandas fraudes & falsitates; quæ in testamentis magis timentur, & facilius committuntur.

*l. 9. si non speciali. & l. 12. si unus. ibi, coram testatore. C. de testam. Clavis in d. §. testamentum. q. 59. v. Licet aliâs. Grass. ibid. q. 59. n. 4. & Vasq. de success. creat lib. 2. §. 14. requis. 9.*

26 Eò amplius luteat hoc testamentum, non sufficit à testatore, vel alio ipsius nomine, privatim aliquos è senatu vel judicio ceu testes requisitos esse: sed omnino necesse est, ut Senatus vel judec ipse à testatore vel alio ipsius nomine publicè rogatus sit: à quo postea certæ quædam personæ delegentur, qui testamenti factiōi intersint: & auctoritatem suam nomine Senatus aut judicis interponant: quamvis aliâs solennis illa rogatio testium sive ea à testatore vero sive ab alio nomine ipsius in hoc testamenti genere facta sit necessaria. *arg. l. 21. heredes palam. §. 2. in testamento. ibi Dyn ff. Qui testam. fac. poss. las. in l. 21. hac consultissima. n. 1. C. de testam. Alex. conf. 47. n. 4. lib. 2.*

27 Neque adversantur huic sententiæ ea, quæ supra adducta sunt in contrarium. Nam quod attinet ad argumentum à paribus sive æquipollentibus: id ita demum procedit, nisi diversitas aliqua casuum, aut non eadem ratio sit: cùm separatorum separata ratio, & dissimilium diversum sit iudicium. *per vulg.* Ejusmodi vero diversitas singulariter apparet in donatione: siquidem & donatio ipsa, & insinuatio ejusdem per procuratorem fieri potest: neque præsentiam ipsius donatoris desiderat: aquæ ut testamentū, quod ab alterius arbitrio pendere non debet.

l. 7. filius fam. ff. de donatio. l. 28. contra iuris. §. ult. ff. de pact. l. 3. §. planè. 14. ff. Quod vi aut clam. Aut h. ut fr. atrum filij. §. illud quog. dignum. collat. 9. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 17. requis. 27. cum alleg. ibi compluribus. Neq; simpliciter illud quod ad actus formam aut solennitatem pertinet, per equipollens impleri posse dicitur, secundum Bald. Imol. Angel. Alex. & las. in l. 2. ff. de lib. & posth. cum aliis alleg. per Iraq. de LL. connub gloss. 4. in verb. consentiunt. q. 4. ver. Eius ratio est.

Neque locum habet allegata regula ex c. qui per alium. saltem in eis, quæ industria personæ aut præsentiam eius ad solennitatem aquis desiderant, veluti in testamentis. d. l. si non speciali. & d. l. si unus. cum iiii not. 30

Quod autem de scriptura dicitur : saltem de ea in Constit. Elest, expressa fit mentio: non etiam de publica. 31 tione ejus, sive insinuatione in qua judicis vel magistratus cum primis auctoritas requiritur: quæ testium solennitatem supplet: suspicione omni fraudum & falsitatum exclusa: quomodo ita in Dicasterio Lipsensi judicatum fuisse notat Modest. Pistor. in d. l. omnium. quem allegat Dan. Moller, eleganter & luculentè totam hanc questionem explicans in lib. 1. Semestr. c. 5.

Et hæc quidem haec tenus in quarta parte hujus tra.

status de testamentis paganicis minus lo-

lennibus atq; imperfectis dixisse

satis sit.

N I C O L \*

## NICOLAI REVSNERI

IVRIS CONSULTI  
DE JURE TESTAMENTORUM  
*& ultimarum voluntatum*

## Tractatus

P A R S Q V I N T A:

In qua agitur

D E T E S T A M E N T O  
M I L I T A R I.

## C A P V T I.

## D E T E S T A M E N T O M I L I T I S E I V S Q V E

A P P E L L A T I O N E

## S U M M A R I A.

1. Series & continuatio materia, eiusq; sedes ordinaria in Cod. & Pand.
2. Testamentum militare quale, eiusq; descriptio,
3. Omnis

3. Omnis vita in partes duas distributa est; in negotium & otium; in bellum & pacem.
4. Romanorum studium in excolenda arte militari & tactica.
5. Testamentorum duo genera apud Romanos.
6. Milites & pagani in vicem opponuntur.
7. Pagani qui, & unde appellati.
8. Milites qui, & unde sic dicti, n. 9.
10. Miles ut sit, in numeros relatus esse debet.
11. Intellectus L. uni. ff. de bon. possess. ex testam. mili.

SVPERIORI parte statim à principio dictum est, duo  
 esse genera testamentorum; unum Perfectum, alterum  
 Imperfectum: quorum illud solenne, hoc minus solenne  
 est: utrumque vero vel Scriptum, vel Nuncupativum.  
 Prius quidem ilud Paganicum est: posterior autem hoc,  
 vel est Paganicum, vel Militare. Ac de paganico qui-  
 dem testamento, tam imperfecto, quam perfecto, ejusque  
 formis & generibus haecenius exppositum est: sequitur de-  
 inceps, ut de altero genere testamenti imperfecti, quod  
 Militare nominatur, aliquid dicatur: de quo & ipso tam  
 edictis Proconsulum in provinciis, quam Praetorum Ro-  
 mæ, ac præcipue etiam constitutionibus Principum sive  
 Imperatorum in Pand. & Cod. separatim edicitur: quod  
 nimirum propria & singularia quedam jura in testamen-  
 tis militum obseruentur. Neque enim in his regulæ Iu-  
 ris civilis cædem quæ in testamentis paganorum, necessa-  
 riò servantur. Quò fit, ut tractatus iste de militis testa-  
 mento in omnibus juris nostri partibus separetur à testa-  
 mentis cæterorum paganorum, id est, eorum, qui non  
 sunt

sunt milites: Vnde in Pand. ad finem primæ partis testamentariæ doctrinæ, lib. 28. tit. 1. collocatus reperitur, qui in Cod. tamen eum tractatum præcedit, lib. 6. tit. 22. Vtriusque autem collocationis eadem est ratio, quam diximus: quod nimurum milites jure proprio ac singulari in testamentis utantur. Itaq; nec suprà posita testamenti definitio ad militare testamentum pertinet. Neq; enim in ultima voluntate militis opus est justa sententia, h. c. solenni ordinatione, sicut in paganico testamento: sed nuda voluntate ceu testatione de divisione bonorum suorum vel rei familiaris quoquo modo facta, saltem mortis contemplatione; quæ in militis persona pro justo & legitimo testamento habetur.

Quemadmodum autem tota civilis vita, adeoque ipsa Respub. divisa est in bellorum simul & pacis tempora, ut auctor est Aristoteles in Politicis lib. 1. c. 3. & lib. 7. 3 c. 14. in qua administranda tam armis, quam legibus, opus est: quibus & civium concordia domi conservetur: & imperium contra hostes defendatur lateque propagetur: sicut pulchre explicat Imp. in Proxmo Instit. in pr. & in l. 1. in pr. C. de vet. iur. enuck. & in l. 1. de just. Cod. confirmando: quæ decora τολετικὰ καὶ τολεμικὰ idem Imp. noster vocat in Novel. 24. & 25. Ita apud Romanos duæ hæ res semper præcipue exculta fuerunt: tam in acie instituenda robur: quam in ferendis legibus rectus ac decens ordo. d. Novel. 25. & 26.

Ex quo etiam illa duo testamentorum genera duplex conditio temporum Reipub. Romanæ isto modo distinxit: ut aliud esset Paganicum, quod ad paganos sive togatos cives pertinet: fitque communijure civium Romanorum: quod η ναθόλες διαθήνει dicuntur; aliud vero Militare,

litare, quod sit jure militum singulare: & ad solos armatae militiae milites pertinet, quod in ratiō nominatur: quale olim quoque fuit Testamentum in processu, quod tamen exolevisse scribit M. Tullius Cicero lib. 2. de nat. Deor. de quo videre est apud Adria. Turneb. lib. 23. Adversar. c. 12.

Militibus ergo opponuntur pagani passim in jure, sic dicti: qui alibit togati vocantur vel privati. l. 7. ff. de incend. ruin. & naufrag. l. 66. si cum. ff. de evictiōnib. l. 6. C. de iurisdict. l. 20. nolumus. C. de testamentis.

Et quidem pagani sic dicti sunt, quasi ex eodem fonte bibentes: qui Græcis ὄντες est: eò quod circa fontes ad majorem aquationis commoditatē pagi & villæ condī consueverunt, teste Servio. Quo nomine sic appellantur omnes, qui non militant: sed domi Reipub. quieti vacant: sive in agris sint, sive in urbibus aut oppidis.

Quibus in jure opponuntur milites, l. 7. ff. de reg. iur. l. 38. quod dicitur ff. de testam. milit. l. 1. ibi: in paganico & in castris. C. eod. tit. Qua sanè appellatione omnes, qui in acie & castris militant: sive sint pedites, ceu caligati, & gregarii milites. l. 9. de militibus. ff. de custod. & exhib. reor. Sive equites, hoc est, equestri militia exornati, & qui equo militant: sive ex ordine sint equestris, sive plebejo, l. pen. ff. de testam. milit. Nam omnes hi qui militant, milites dicuntur & pari omnes gaudent jure & privilegio.

Ceterū de ratione nominis & origine militum, Flacci illud usurpare possumus:

Grammatici certant, & adhuc sub iudice l.s. est.

Sed de ea Vlpianus in l. 1. §. ult. ff. de testa. mil. quædam recenset his verbis: Miles (inquit) appellatur vel à mollitia (sic & Festo hoc placet nat' avti φρασιν' scilicet) id est, duritia

duritia, quam pro patria sustinet: aut à multitudine (exercitus scilicet: qui & ipse nomen ab exercitatione traxit, eodem teste Vlp. d.l. i. in fin. quod nimis exercitando fiat melius quod Varro vult in lib. 4. de Ling. Latina) aut à malo, (vel malitia, ut Varro habet) quod arcere milites solent: aut denique à numero mille hominum: ducto scilicet verbo à Græcis: qui mille hominū multitudinē τάγμα appellant quasi millesimum quemque dictum: id est, ut Valla interpretatur, unum ex mille: ut & Isidorus vult lib. 9. Orig. c. 3. Vnde ipsum ducem seu præfectum χιλιαρχον appellant, l. i. §. 1. ff. de testam. Tot enim milites, nempe mille, terner trib. olim Tatiensium, Rhamnensium, & Lucerum mittebant ad legionem conficiendam, & qui unus de mille his esset, is miles appellabatur, eodem teste Varrone lib. 4. Quam notationem ceu ultimam approbare magis videtur Vlpianus in d.l. i. in fi. arg. l. 10. si quis, in princ. ibi, potius hoc procedit, quod novissime factum est ff. de acq. & amitt. possess. ut notat Fr. Conna, lib. 9. Comment. iur. civ. c. 4. n. 1. & Guil. Bened. in c. Raynutius. verb. testamentum. el. i. n. 25. cum seqq. ubi ait, quod miles sic appelletur, quasi vir ex mille electus, in quo plurimè animi & corporis dotes extare debeant. Et quidem miles ut sit & militari privilegio gaudeat, omnino in numeros relatum eum esse operat, l. 13. milites. § 3. missionum. & l. ult. ff. de re mil. l. 4. & l. 38 quod dicitur l. 40. Luc. Titi. l. 42. ex eodem tempore. cum l. seq. ff. de test. mil. l. 2. ff. de veteran. l. 11. miles. ff. ad L. Iul. de adul. Neq; vim facit l. unica. in fi. ff. de bon. possess. ex test. mil. quæ vult militem esse, quamvis in numeris non sit: quippe quæ ad eum pertinet solum, qui ex uno numero, ut in alium reponeretur, exemptus eò nondum pervenit: ut nihilominus interim sit miles: quamvis non sit in aliquo numero.

## CAPUT II.

DE MILITIAE LEGITIMÆ  
antiquis solennibus.

## SUMMARIA.

1. Tris legitima militiae solennia apud veteres.
2. Sacramentum quid, primum militiae vinculum: & quid Sacramento rogari, ibid.
3. Formula sacramenti sive iuris iurandi militum vetus ac nova,
4. Fides sacramenti militis rupta, militis nomen amittitur.
5. Alterum, Cingulum militare, sive baltheus, & quid propriè significet. & n. 8.
6. Mos vetus procingendi in militiam proficiscentium. & num. 9.
7. Testamentum in procinctu, & cincti pro militibus.
10. Militem sine cingulo in castris versari ignominiosum habitum.
11. Discungi, idem, quod exauferari militia.
12. Tertium solenne militiae, Relatio in numerum.
13. Synonyma numerorum militarium, & locutiones variae.
14. Tyrones non nisi in numeros relati pro militibus habentur.
15. Militarium numerorum diviso in decurias, cohortes, centurias, turmas, legiones.
16. Militum examinatio qualis: itemq; stigmatum impositione, n. 17. & maxilla percussio, n. 18,

Porro

**P**ORRO opera precium hoc in loco fuerit, antequam ad privilegia militaria accedamus, obiter saltem quædam annotare de vetere solennitate ac ritu conferendi ordinis militaris: quod melius intelligatur, quando quis milles censeatur: cum præsertim non solum in his libris juris, verum etiam in auctoribus classicis lingua Latinæ passim hujus rei frequens exstet mentio.

**I** Constat autem tria fuisse legitimæ militia solenia præcipue: nimirum, Sacrementum militare, Cingulum sive baltheum, & Relationem in numeros.

Sacrementum est militare jusjurandum ab his, qui **2** militia nomina dant, exactum: Græci ὅρκον σπαθιωτικὸν vocant: cuius fit mentio in l. 13. milites. §. missorum, ibi, Sacramento, & in l. ult. ff. de re milit. l. 11. ex militari, in pr. ibi: si non sacramento fides rupta sit, ff. de testam. milit. l. 8. C. de legat. l. 3. C. Theodos de immunit. concessa. Meminit & Polybius lib. 6. Cinci. lib. 5. de re milit. Livius lib. 22. Frontinus lib. 4. Stratagem. Quod primum militia vinculum appellat Seneca lib. 5. Epist.

**3** Cujus vetus formula, vel saltem clausula ejus, refertur ab A. Gelli lib. 10. c. 4. ubi ostenditur, jusjurandum illud militare olim fuisse propositum scriptis militibus per tribunum militum, cum delectus ageretur: dicebanturque milites sacramento rogari: quæ locutio etiam apud alios authores extat, & apud Quintilianum lib. ult. c. 2. Ipsi vero milites inter se tantum conjurabant. se nimirum fugæ atque formidinis causâ non abituros, neque ex ordine recessuros: nisi teli petendi, feriendi hostis aut civis servandi gratia, ut est apud Frontinum lib. 4. Stratagatum. Postea vero L. Flacco, & Cajo Varrone Consulibus milites jurejurando fieri cœperunt, eodem auctore

*Frontino: adacti scilicet jurejurando, se jussu Consulum  
conventuros, ne que injussu eorum abituros: ut patet ex  
Livij lib. 32. & Dionys. Halicar. lib. 10.*

Formula autem nova sive recentior jurisjurandi sub Christianis Imperatoribus refertur à Fl. Vegetio lib. 2.  
c. 7. ut jurent milites per Deum, Christum, & Spiritum Sanctum, & per majestatem Imperatoriam, omnia se strenue facturos, quæ Imperator præcepere: nunquam se deserturos militiam: nec mortem recusatueros pro Repub. Romana: de quo est in gl. l. 45. milites omnes ff. ex quib. caus.  
maior. in integr. rest. Bart. in l. ult. n. 3. C. de Iurisdict. omnium iud. Budaeus. in l. 1. §. 1. ff. depositi Specul. in tit. de procurat. §.  
1. n. 21. Cas. conf. 6. n. 18. lib. 14.

Hinc fide sacramenti militaris rupta, militis nomen <sup>4</sup> amittitur: de quo Maro lib. 2. Aeneid.

*Fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura.*

Perinde ut & liberati à jurejurando, sacramento solvi dicuntur, l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. l. ult. ff. dere milit.

Alterum solenne legitimæ militiae est Cingulum militare sive baltheus: de quo est apud Virg. lib. 12. Aeneid.

— *Infelix humero qui apparuit alto Baltheus.*

Græcis ζωσης, & interdum Zona appellatur: Quod Cingulum erat è corio bullatum. ut Varro scribit lib. 4. de ling.  
Latina. Itaque baltheus non vestimentorum, sed armorum appellatione continetur, & inter signa militaria refertur, teste Plutarcho in Camillo, & Corn. Tacito lib. 17. Annal.

Moris enim fuit antiquis, ut in prælium militi mili- <sup>6</sup> tes præcingerentur: adeoq; eos, qui inter milites recipiebantur,

bantur, cingi consueisse constat: ex quo *Cincti pro mili-*  
*7 tibus passim in jure appellantur, l. 25. Titius. l. 38. quod di-*  
*citur, §. 1. & l. pen. ff. de test mil. Sic & Paulus in l. 3. ff. si pars*  
*hæred. peta. secutus Livium, Tergeminos senatores, cin-*  
*ctos Horatios (Melius tamen ibi legitur Tergeminos Cincios,*  
*ut ex Cuiac. nota ibi Dion. Gothofredus) nominat, id est, mi-*  
*litæ aut in militiam adscriptos: ex quo est etiam Horatii*  
*illud in arte Poetica:*

*Verbaq; cinctutis non exaudita Cethegis.*

Sic, n. *cinctutis*, pro *cinctis* antiqui loquebantur.

Hinc & *in procinctu facta testamenta* dicuntur; quæ  
 milites in prælium exituri præsentibus commilitonibus  
 nuncupabant. §. 7. *Inst. de test. ordin.* Cic. lib. 1. *de Orat.* & lib.  
 2. *de Nat. Deor.* Plutarch. *in Coriolano.*

Quanquam verò nonnulli existimant, cingulum  
 militare ordinis duntaxat equestris insigne fuisse: solo s. q;  
 equites & magistratus militares, veluti Tribunos, non et-  
 iam pedites & gregarios milites cinctos fuisse: *in qua sen-*  
*tentia est Viglius Zurch. in rubr. de milit. testam. lib. 18. & Fr.*  
*Connan. lib. 9. Comment. iuris civilis. c. 5. n. 8. per text. d. l. 25.*  
*Titius & d. l. 38. quod dicitur. §. 1. Quod & ex epigramma-*  
*te illo Martialis colligi potest:*

*Militia decus est & grati nomen honoris,*

*Arma tribunorum cingere digna latus.*

Plerique tamen alii interpreses iuris existimant, o-  
 mnes milites auctorandos balthcum sive cingulum hoc  
 militare necessariò desiderasse. Quod vel ex eo solo ap-  
 paret quod milites, ante quam cingerentur, jure militari  
 testamentum facere non poterant. d. l. Titius. & d. l. quod  
 dicitur. §. 1. ibi, rarsus *cinctus. & l. 2. §. ignominia. ff. de his qui*  
*not. infam.* Nam etsi in legibus suprà allegatis sit  
 mentio

mentio de tribuno legionis cincto: non tamen de hoc solo accipi illud debere, inde intelligitur: & quod de genero dicitur, id de singulis speciebus rectissime dici posse non est dubium.

Propriam igitur est militis cingi: & qui militabat, cincti omnes erant baltheo illo una cum ense seu gladio, ut est auctor Servius apud Virgil. lib. 12. Aeneid. Quod & notat Glossa in d.l. milites omnes. & Specul. d.t. de procur. §. 1. n. 2 I. Zas. in tract. subſt. c. s.

Nam & sine cingulo militem versari in castris, aut<sup>10</sup> vallum subire fas non erat, teste Tacito lib. 1. Annal. Fuitq; adeo ignominiae militaris genus, si discincti stare aut opus facere milites cogerentur: qua poena Marcellum usum esse scribit Livius lib. 6. Eademque ignominia Augustum Cæsarem milites afficere solitum fuisse passim refert Suetonius.

Denique quemadmodum cingi, qui ad militiam promovebantur, consueverant: Ita discingi. h.e. cingulo militiae spoliari, qui exauktorabantur: ut loquuntur posteriores Imperatores: quemadmodum & qui sub jugum mittebantur, discincti erant. Fest. lib. 9. de qua pena intelligendus est textus in l. 2. §. penult. ibi, sed & si eum exauktoraverit, id est, insignia militaria ei detraxerit: ff. de his qui not. inf.

Tertium & quidem proprium militum deligendorum solenne est relatio in numeros, h.e. ut quibusdam placet, in matriculam militum, l. 16. scrinarios, C. de statam. mil.

Scribebantur autem nomina in matriculis, sive (ut nunc loquimur) in rotulis: qui Latinis dicuntur numeri militares, catalogi, brevicula: quibus nomina militum continentur.

Sic

Sic Lampridius in *Alexandro Severo* milites suos ubique distribuit, ut haberent in cubiculo & breves, & numeros, & dignitates. Quæ interpretatio etsi non multum incommodi habet: magistramen arridet eorum opinio, qui numeros militum esse existimant certas totius exercitus partes, certo militum numero constates: in quas relati milites, ne ab his impunè discedere liceat, in numeros re ferri dicuntur, l. 31. *milites. C. de locato.*

Hinc & locutiones illæ: *esse in numeris, manere in numeris, inhærente suis numeris, signis, desinere esse in numeris, & similes alie passim in jure extant l. 2. S. exercitum autem. & l. 45. milites omnes. ibi: discedere numerus sine periculo non possunt, ff. ex quib. caus maior. in integr. restit. l. 4. S. gravius, ibi: numeri supplentur, ff. de re milit. l. 4. ibi, in numeris manent. l. 34. quod dicitur, S. 1. ibi, desin in numeris esse. ff. de testam. mil. l. 42. ex eo tempore ff. cod. l. 31. *milites. ibi, ut numeris & signis suis iugiter inhærentes. C. de locato. l. ult. ibi, tribunatum numerorum. C. de testam. mil. l. 15. *milites. C. de re milit. lib. 12.***

Itaque ut quis revera sit miles, requiritur omnino, ut in numeros referatur, id est, in turmas sive ordines militares. d. l. 4. d. l. 38. quod dicitur, S. 1. d. l. 42. ex eodem tempore, ff. de testam. milit. Nam & olim qui nondum in numeros erant, etiamsi lecti tyrones essent, & publicis expensis iter facerent, nondum tamen milites habebantur, teste Vip in d. l. ex eo tempore. & l. unica. in fi. ff. de bonor. posse, ex testam. milit.

Cæterum numeri militares dividebantur certis ordinibus: veluti, per decurias, quibus præerant Decuriones: per manipulos, quos Vegetius decem militum contubernium vocat; cui qui præest, caput contubernii vocatur.

Dividuntur & in cohortes, centurias, turmas: quæ sunt equitum tres decuriæ: sic distæ, quasi terimæ, aut terdenæ, auctore Varrone. Sunt & alæ equitum, quæ vexillationes dicuntur. l. 9. veteranis. C. Quand. provoc. non est necesse. l. 2. C. de hered. decur. l. 8. provincialium. & ibi Br. C. de erog. milit. annon. lib. 12. Sunt & legiones, in quib. est amplissimus militum numerus. Nam in legionibus Romanis singulis sena millia militare consueverunt: interdū etiam amplius: quæ tamen postea extenuata sunt, ut auctor est Vegetius.

Præter hæc verò legitimæ militiæ solennia, quæ in milite aggregando eriamnum hodiè pleraque observantur: licet verus solennitas militis recipiendi legendiq; moribus nostris quadrantenus concidisse, ac tota propemodū 16 rei militaris disciplina collapsa esse videatur: nōnulla etiam alia recenter Accusūs in l. pen. ff. Ex quib. caus maiores in integr. restit. cuiusmodi est examinatio, de qua est in l. s. C. qui militare poss. vel non poss. Itemque stigmatum impositio, siue puncta, quibus notantur milites, & ne sint mercatores: quæ tamen non nisi tyronum & fabricensium brachiis infligi solita fuisse; ut scilicet ex his, ceu notis publicis, aut, ut Vegetius loquitur, victuris in cute punctis milites scripti, forte latitantes agnoscerentur; nec publicis usibus destinati subtraherentur, constat ex l. 3. ubi Cui ac. C. de fabricens, lib. I. & not. Vigl. Inst. de milit. testam. Andr. Geyl. lib. 1. de pace publ. c. 4. n. 23. Sed & contuetudo potestā invaluit, ut militis maxilla percutiatur in signum futuri mali sustinendis; ut tradit Baldus in l. 1. §. miles autem. ff. d. t. Quæ consuetudo hodiè observatur passim in 2. & in creandorum pugilum, & eorum, quibus jus gladii gestandi conceditur. Sed hæc tamen non æquè sunt necessaria in militibus, sicut ea quæ supra exposta sunt.

## CAP V T III.

DE TRIPLOICE FORMA  
antiquæ militiæ Romanæ.

## S V M M A R I A.

1. *Triplex forma veteris militiae Romanae.*
2. *Prima · Sacramentum, & quid sit, & quod tempus legitimum militiae. n.3.*
4. *Altera, Tumulus, & quid sit, & qui milites Tumulaturij.*
5. *Tertia , Evocatio , quid easit , & qui Milites E vocati.*

PRAEMISSIS itaq; his in genere, nunc de formis quibusdam & differentiis antiquæ militiæ Romanæ vidēdum. Tres autem militiæ Romanæ formas ex antiquitate refert Servius Grammaticus apud Maronem lib. 8. Aeneidos.

Sunt autem hæ:nimirum Sacramentum, Tumultus & Evocatio.

2. Ac prima quidem forma *Sacramentum*, ut jam ante dictum est, legitima erat militia; cùm singuli milites jurabant, se pro Repub. facturos, quæ præciperet Imperator sive dux belli, ejusvè Legatus: nec discessuros, nisi completis stipendiis, hoc est, militiæ temporibus exactis: quæ plerunq; XXV. annorum spatio antiquitus definita fuisse idem nota Servius, & Isidorus in Etymol. lib. 9. c. i. in quo tamen postea variatum est: ut ex Dione & Tacito apparet.

4. Altera militiæ forma erat *Tumultus*,

hoc est, bellum subitum, & repente concitatum; ex quo milites tumultuarii dicti, qui necessitate aliqua electi, ad unum dunt axat bellum subitum militant: veluti ad bellum Italicum quasi domesticum: vel Gallicum, quasi Italiz finitimum, eodem auctore Servio. In quo sane generē belli, quia ex periculi vicinitate timor erat multus: hinc tumultus dictus, teste Cic. in Philip. I.

Sed in hac militia singulos milites sacramento propter eminentis periculi celeritatem rogare non licet: scut in legitima militia. Qui enim ducturus erat exercitum, in Capitolium se conferebat: indeq; duobus prolatis vexillis: uno roseo, quo pedites; altero, cæruleo, quo equites evocabātur: hisce eos verbis cōpellabat: *Qui Rem pub. salvam esse vult, me sequatur.* & qui ita convenissent, simul omnes jurabant, non singuli: eaque militia lege dicebatur *Coniuratio.*

Tertia denique militiæ forma dicebatur *Evocatio:* cum in diversa loca diversi mittebantur ad cogendos exercitus, & externa auxilia querenda. Sic apud Virgilium, lib. 8. Aeneid.

*Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem.  
Qui petat auxilium,*

Inde evocati milites & prefectus evocatorum Antonius dicitur in Epist. Cic. ad Atticum. Ex quo patet, Evocatos non esse justos milites: neque evocationem legitimam militiam: sicut nec tumultum seu conjuratiō-

nem: de quo plura videre est apud Budanum l.  
1, §. 1 ff. depositi.

## CAP V T IIII.

D E T R I B V S M I L I T I A E  
 & militum generibus, quorum in jure  
 extat mentio.

## S V M M A R I A.

1. *Triplex in iure militia.*
2. *Prima, Armata, & que ea sit.*
3. *Altera, Togata, eiusq; divisio tripartita, n. 4.*
4. *Palatina militia que, & qui milites Palarini, & qui Nu-*  
*merarij.*
5. *Comitatensis militia que.*
6. *Provincialis militia que.*
7. *Militia Legalis que.*
8. *Tertia, Spiritualis militia.*
9. *Milites honorarij sive Equites aurati qui.*
10. *Milites ordinis Teutonici & Rhodienses seu Militen-*  
*ses qui.*
11. *Milites qui propriè dicti, & quibus competit privile-*  
*giū militare, & quatenus n. 14. & 15. & quibus*  
*non.n. 13. & 15. Et quid de stationariis militibus*  
*aut limitaneis si iure constitutum, n. 16.*
12. *Paritas ratione parius facit.*
13. *Militaris privilegii duplex ratio.*
14. *Intellectus verus & emendatio. §. 1. Inst. vers. Illis au-*  
*tem temporibus.*
15. *Militari iure attestari possint praesides provinciarum*  
*aut legati in hostili loco decedentes.*

**P**ORRO quoniam in jure passim non unius alicujus; sed variae & diversae militiae fit mentio: quod melius animadvertisatur, cui militiae privilegium hoc testamenti militaris competit: operae precium fuerit pauca quædam de eo quoq; hoc in loco adjicere.

Triplex ergo militia in jure reperitur: nimirum **A**rmata, **T**ogata & **S**piritualis: seu, ut Accursius nominat, **E**questris, **L**e galis & **C**œlestis per glossam in l. pen. ff. de *testam. milit.*

Armata militia est, quæ belli causa suscipitur ab his, qui in castris versantur, relati in numeros, & in expeditione degentes, l. 1. C. de iur. & fact. ignor. l. 4. C. Qui datur tutor. poss. l. 28. item miles. ff. de re iudic.

**T**ogata, quæ & **V**rbana & **C**ivilis dicitur, est ministerium in Principis aut alterius magistratus negotiis observandis pro certo solario aut stipendio.

Ea verò non est unius generis; Nam alia est **P**alatina, id est, eorum qui in Principis Palatio militant, aut munus aliquod gerunt, de quibus est totus tit. Cod. de privilegiis eorum qui in sacro Palatio militant, & de caestrensi omnium Palatinorum peculio. Cujusmodi sunt illi, qui in scriniis Palatii, id est, memorie Epistolarum libellorumq; versantur, de quibus est tot. tit. C. de proximis factorum scriniorum, & ceteris qui in sacris scriniis militant: Quorum in numero sunt etiam **N**umerarii, qui cingulum quoque habent, & militiae ordinem tenent, l. 3. C. de **N**umeraria. lib. I 2.

Alia **C**omitatensis, qui in ejusdem Principis comitatu sunt: ut sunt Comites rei militaris & sacri Palatii, de quibus est totus titulus Cod. de Comitibus rei militaris, uita cum tit. seq.

Alia deniq; **P**rovincialis, veluti eorum, qui provinciarum

arum magistratibus apparent, ut est tot. tit. de Comitibus qui provinciam regunt. Nam his omnibus constitutio-  
nes Principum tribuunt castrense peculium : imitatione quadam armatae militiae, ut est tot. tit. C. de castrensi omni-  
um Palat. pecul. & tot. tit. de re militari, in Pand. & Cod. ubi eleganter hoc modo explicat Cujacius.

<sup>8</sup> Sic & hoc nostro tempore militia Legalis sive To-  
gata dicitur eorum, qui sunt patroni sive advocati causa-  
rum forensium: quam M. Cicero pro Muræna militiam  
urbanam vocat: neque incommodè alii Forensem appell-  
lant militiam, ut & Paganam, l. 3. C. Qui mil. poss. l. unica. &  
ibi Cuiac. C. Negotiat ne milit. lib. 12. Hinc & milites pa-  
gani, togati, civiles appellati. Nam & advocati sive patroni  
causarum militare: & peculium castrense, ad exemplum  
militum, proprio sibi vindicare dominio dicuntur. l. 4. fo-  
ri. l. 14. advocati. C. ac advoc. divers. iudicior.

<sup>9</sup> Spiritualis denique militia est eorum, qui sunt in  
sacerdotio aut dignitate aliqua Ecclesiastica constituti.  
Nam hi Deo militare dicuntur in Ecclesia his in terris  
militante.

<sup>10</sup> Præter hæc tria militia genera est adhuc quarta Hono-  
raria, militum nostri temp[or]is, qui titulotenus militant:  
cujusmodi est eorum, qui Equites Aurati sive Torquati  
dicuntur: quod aureis calcaribus à ceteris distinguantur:  
quos & honorarios Equites dicere possumus: quod hono-  
rem istum Equestris tituli à Principe ob merita singularia  
per codicillos acquirant.

<sup>11</sup> Est & adhuc alia quædam militia eorum, qui  
Reipub. Christianæ religionisq[ue] defendendæ causa militi-  
am profitentur: ut sunt qui vocantur ordinis Teutonici  
milites, item Melitenses & Rhodienses.

<sup>12</sup> De quibus ergo militibus accipiendum sit  
hoc

hoc privilegium militare, & an etiam ad nostros milites pertineat, recte hoc loco queritur. Dicendum autem est, militum privilegia in testamentis faciendis, de quibus hic agitur, pertinere ad eos solos, qui sacramento militari praestito, in numeros militares recepti sunt, armis tuendae aut propugnanda Reipub. causa. Neque enim solus delectus facit militem: adeò ut etiam si legi tyrones sint, & publico sumptu iter faciant, non antè sint milites, quam in numeros relati sint, & sacramento rogati, secundum Vlp. in l. 42. ex eo tempore, ibi Bald. ff. de testam. milit. l. unica in ff. de bon. pess. ex testa. milit.

Propriè ergo milites sunt, qui sub armata militia <sup>13</sup> merent, & in procinctu sunt, l. 6. miles. l. 18. item miles. ff. dere indic.

Nec interēst, sintnè equites; an pedites; majores an minores; ordinarii an extraordinaii; legionarii an classi onarii milites. Nam & vigiles & nautæ & remiges ( nisi sint servi, aut servi poenæ, ut hodiè ad triremes damnati,) plerique militum numero habentur, d.l. unica, §. 1.

Cujusmodi sunt quoque nostri temporis milites, (contrà quam nonnulli ac præsertim glossographi existimant) saltem hi qui in castris versantur, aut in expeditione contra hostem publicum occupantur: Siquidem eadem in his, quæ in veteribus militibus viget ratio, & privilegia semel data durant, nisi lege nova adimantur: ut not. Vigl. & Mynsing. in Rubric. Inst. de testa. milit. Zas. cons. 6. Vesenb. cons. 17. Vaud. lib. I. q. 54.

Neque ergo ad alios, quam qui armis militant, aut sub armata militia merent, & in procinctu sunt, privilegium hoc militare extenditur: siquidem dispositionem coercet adjecta qualitas. d.l. 6. miles, cum ibi not.

Quò

Quò sit ut si milites citra expeditionum necessitatem aliis in locis, vel in sedibus suis degunt, minime ad vindicandum tale privilegium adjuventur, ut ait imp. in princ. Inst. de test. mil.

Ac proinde nec ad eos pertinet privilegium istud: quorum est civilis seu togata militia: neque etiam ad Equestres honorarios, id est, eos qui Equestris honoris titulum usurpant extra castra: quia titulatenuis sunt milites, & sine onere militiae. Sed nec ad eos, qui militiae Teutonicae seu Rhodiensis ordinem profitentur: nisi in acie aut expeditione degant: multò ergo minus ad Equites illos veteres Romanos, quorum tamen summa fuit dignitas, & proxima post senatoriam.

14. Quia imò nec veris militibus aliter hoc competit privilegium: quām si in expeditione aut castris sint: & in hostico sū premium dent elogium; cæteroquin aliis in locis, ut in ædibus suis aut alibi agentibus, non conceditur. §. 1. Inst. eod l. penult. C. eod l. unic. ff. de bon. poss. ex. testam. mili. l. ult. C. de restitu. mil. l. ult. C. Quib. non obicit. long. tem. præscript. Decius in rubr. n. 8. C. de testa. mili. Quomodo & in Basil lib. 3. tit. 3. §. 5. 2. solis militib. (ut ibi legitur,) οἱ λευκοὶ στρατιώδεις εἰσὶν ἀπηγχθέλημένοι, id est, qui in expeditionibus occupati sunt, beneficium hoc circa ultimas voluntates indulgetur.

Quid autem, si miles in castris aut acie vulneratus, posteā domū sit delat⁹, an jure militari saltem corām duobus testibus testari poterit nec ne? Et benignius est posse eum jure testari secundum Vgl. in d. §. 1. vers. illis autem. Inst. d. t. Ita consuluit Vesenb. cons. 27. per tot. & ante eum Paul. de Castr. lib. 2. cons. 414. n. 1. §. Primo. n. dici potest. Vers. sed hic ex necessitate venit: ubi concludit valere hoc

X testa.

testamentum jure militari, quatenus scilicet testator animum in militiam revertendi non deposuerit per iura alleg.

Cujus consequens est, Martialis illis stipendia-  
riis, qui in iusto aliquo bello exorto propter nummos bel-  
la sequuntur, neutquam competere hoc privilegium  
militare: ut ex auctoritate Politi tradit. Zasius in tract. subst.  
c. s. vers. Hoc qua diximus. Myns. conf. 46. n. 11.

Sicut nec ociosis illis militibus competit: qui in  
pagis & vicis vagantur atque grassantur: de quibus non to-  
lerandis extat Recessus Imperii à Carolo Quinto Augu-  
stæ in Comitiis promulgatus, Anno 1555. §. Undamit  
gart vnd herrlosen Knecht etc.

Quanquam vero de stationariis & limitaneis mili-  
tibus jure constitutum esse videtur, ut in sedibus suis jure  
communi testari debeant: ut disertè ait Imp. in d. §. 1, vers.  
illis a. temporibus. quoniam extra periculum belli consti-  
tuti, & peritiores consulere, & plures testes adhibere pos-  
sunt. d. §. 1. ibi, Theoph. & Vigl. Zurich. n. 2, Instit. de testam.  
mil. & l. pen. C. eod. tit. Andr. Geyl. lib. 2. observ. 118. nn. 13.  
Magis tamen vero est consentaneum: eos quoque privile-  
gio gaudere militari: tūm quod revera milites sunt: æquè  
ac vigilis tanquam praesidiarij milites: tūm quod pro sa-  
lute Reipub. in perpetua velut expeditione, & quidem  
contra hostem Imperii, sunt occupati; adeò, ut à numeris  
suaque statione aut limite discedere impunè non possint:  
ut not. Cynus in l. 1. quest. 6. & ibid. Salic. C. d. iur. & fact.  
ignor. Zas. in d. tract. at. subst. c. s. Cuia. consult. 49. Mynsing.  
conf. 46. num. 11. Vesenbe. conf. 17. lib. 1. Connan. lib. 9. com-  
ment. iur. civil. c. s. n. 9.

Nam ubi eadem est ratio, ibi jus idem quoque  
merito 17

meritò statuendum est. l. 32. illud quesitum. ff. ad L. Aquilo  
l. 108. à Titio. ff. de verb. oblig: cum similib.

18 Neque enim sola armorum occupatio Reip. cau-  
sa, sed simplicitas & juris ignorantia remittit militibus ju-  
ris solennia: ut paulò post copiosius dicetur. d. l. 1. l. ult. in  
pr. C. de iur. deliber. l. 3. C. de testam. l. 9. regula est. §. si filius-  
fam. miles. ff. de iur. & fact. ignor. l. 1. C. cod. tit.

19 Neque obstat d. §. 1. vers. Illis autem temporib.  
Nam male interpretantur ibi Sedes, h. e. statuua; aut ut  
Theophilus ibi vocat, sedeta, id est, fossata sive castra: ut  
Suidas interpretatur: quomodo Imp. Leo & Anthe-  
mius in l. 18. milites, in pr. C. de Epijc. audient. hac duo ver-  
ba conjungunt, ibi, Milites qui praesunt, & in custodia consi-  
stunt in suis (ut vocant) sedetis sive stationibus. Nam in his  
certè militem posse militari jure testari certum est. Ita-  
que legendum hic potius esse videtur, in ædibus suis, ut  
& in Basil. ita legitur, ex ònicois idiois, id est, in propriis  
çdibus: Quomodo & aliâs legitur in l. ult. ibi, qui citra  
expeditionis necessitatem in aliis locis vel suis ædibus degunt.  
C. de restitut. milit. & eor. qui Reip. causa absunt. & in l. ult.  
C. Quib. non obijc. temp. prescript. & Veget. lib. 1. c. 4. aut  
certè idem est in sedibus & in ædibus, ut in l. 2. C. Theodos.  
de domest. & protectorib. lib. 6. tit. 24. & not. Cuiac. hic in re-  
pet. Cod. & in consult. 49. per tot.

Aliter tamen hunc locum emendat & explicat  
Dionys. Gothofredus in d. l. ult. C. Quib. non obijc. temp.  
prescr. cuius integrum locum huc ascribere non pi-  
gebit:

Querit (inquit) merito potest, cur in suis sedibus vel adibus  
 (Ades enim vespere militum, fossata, stationes, & cista ipsa)  
 privilegio militari non fruantur: aut cum in illis iunt, abesse  
 Reipub: causas dicantur? Eò magis quod vix vel in illis locis  
 constituti, privilegio militari fruantur, exiguo tamen admo-  
 dum tempore, beneficium militare suraturum sit: si in mo-  
 mentum solum expeditionis & procinctus tempus extendatur;  
 neg, ad stationum militarum tempus porrigitur. Denique  
 nulla mihi videtur ratio, ut cum in suis se ietis vel hibernis  
 sunt (en garnison) privilegio solentur: cum vel eo temporis  
 spacio annonas militares accipi int. l. 18. milites. C. de Episc.  
 audi. l. 2. G. Theod. de domest. ut mihi suspicio magna & iusta  
 sit, hic & in l. ult. C de restit. milit. & in vers. illis autem tem-  
 porib. & apud Theoph. Inst. de milit. testam. legendum, mili-  
 tes non juvari: iure deniq. militari in testando frui, cum circa  
 expeditionis necessitatem in aliis locis, quam in suis adibus, hoc  
 est, ut Graci exprimunt, è unius ex rebus & ex quo eis dede-  
 rentur: ut loco & vel legamus, è unde id est, quam. Quod & Theophil-  
 ius satis indicat: cum sedes exponit, quia dixerit aures avar-  
 um, b.e. loca in quibus milites agere necesse sit. Quid? quod  
 vix à paganis differenter milites, si in expeditione tantum  
 militari beneficio fruerentur: cum pagani ipsi in expeditione  
 etiam iure militari testari possint, l. ult. ff. de testam. milit.  
 propter intermortuam memoriam legum & ceterarum duci-  
 plinarum: ut defendi merito posse videatur: cum milites in  
 sedibus suis positi, hoc est, fossatis, stationibus & castris, mili-  
 tares annonas accipiunt: & necessariò abesse dicantur: ibidem  
 eos iure militari testari posse: præscriptionem adversus eos non  
 currere: restitutionis beneficio dignos esse: ut à paganis vel in  
 eo differant: neve beneficium militare ad id ianum  
 tempus referatur, quo in procinctu & expeditione sunt: quod  
 nimio

nimio plus compendiosum esset. Et alioquin placet, quod à Ballo notatum est in l. ult. C. de restitu. mil. militiam nudam ac solam non præbere beneficium restitutionis in integrum, sed occupationem, occupationem, inquam, circa res militares; quarum pars apertissimè est in hybernis stationibus, sed etis, seaibus leuædibus, castris denig. ipsis & fossatis, excubatione atq. morâ. Hæc Gotofredus.

Postremò his addendum esse videtur illud: Præsides quidem provinciarum & Proconsules, eorumque legatos, & alios aliis dignitatibus præditos, jure militari non posse testari, l. ult. ff. de testam. mil. l. uni. ibi, qui iure militari non potest ff. de bon. possess. ex testa. milit. perinde ut nec ad cacalas & ministeria aut etiam officiales magistrorum militum, veluti scrinarios, exceptores, apparitores, medicos, & alios id genus homines (de quibus est in Notitia Imperij Romani) etiamsi in numeros relati sint, privilegium hoc pertinet. l. 16. scrinarios. C. de testa. milit. & l. 2. C. de apparitor. magistr. milit. nihilominus tamen omnes omnino, etiam eos, qui non sunt milites, aut ejus conditionis sunt, ut jure militari testari non possint, si in hostico, hoc est, (ut Herodianus lib. 1. loquitur) ἐν πολέμῳ, aut ut in Basilicis legitur, ἐν τῷ πολεμώμενῷ τόπῳ, id est, in loco pugnæ deprehendantur; maxime si in procinqui versentur, & illic decedant: cum eadem pericula experiantur: merito eadem quoquæ jura sibi vindicant: ex quo tamen si evaserint, irritum est testamentum. d. l. uni. vers. omnes igitur omnino, Synops. Basil. lib.

35. tit. 3. §. 39. & 40.

CAPUT

## CAPUT V.

DE VARIIS MILITVM  
privilegiis & juribus singula-  
ribus.

## S V M M A R I A.

- 1. Militum privilegia in iure varia & diversa: eorumq;  
summa divisio bipartita. n. 2.
- 2. Militum privilegia, quò ad eorum personas, & quotu-  
plicia.
- 3. Militum privilegia, quo ad munera: item quò ad contra-  
et us vel quasi. n. 5. & quo ad delicta vel penas co-  
rum. n. 6.
- 7. Paria Clericorum & Doctorum quo ad eorum personas,  
cum militibus privilegia.
- 8. Militum privilegia quo ad res eorum & bona: itemq; quo  
ad negotia eorum & dispositiones. n. 10. sive inter  
vivos, n. 11. sive in ultima voluntate. nu.  
12.
- 9. Filius familiæ miles in peculio castrensi pro patre famili-  
æ habetur.
- 13. Militaris testamenti singulare & præcipuum privile-  
gium.

POSTE AQVAM dictum est hactenus in genere de  
militiæ generibus quibusdam & militum differentiis:  
nunc deinceps ad principale caput hujus materiae de pri-  
vilegiis militum accedendum.

Multis

Multis autem & variis privilegijs gaudent milites: quæ passim in jure referuntur & beneficia militaria generis nomine appellantur. l. 8. sed & milites. in pr. ff. de excus. tutor. l. 3. ibi: beneficio militari. ff. de testam. milit. l. ult. in princ. ibi: milites adiuvari huiusmodi beneficio. C. de iur. deliber. de quibus videre est apud Iul. Clar. in §. testamentum. q. s. & Petr. Bellon. in tract. de re milit. Eadem celebrat quoque iuvenalis in Satyra ultima:

Solis præterea testandi militibus ius  
Vivo patre datur. nam quæ sunt parta labore  
Militia. placuit non esse in corpore census,  
Omne tenet cuius regimen pater &c.

2. Sunt autem duorum generum: nam aut sunt in personam, aut in rem concepta;

3. In personam sunt ea, quæ militum personis inhærent, & commodum aliquod aut emolumentum his adferunt; Cujuſmodi sunt immunitates illæ, quæ vel ratione munerum, vel contractuum aut quasi, vel poenarum & delictorum vel quasi competunt militibus.

4. Ac munerum quidem vacationem habent milites, præsertim veterani, qui honeste militiæ tempus compleverunt; cujusmodi est tutela & cura, saltem intra annum post missionem, quatenus ea sit honesta & causaria: l. 8. sed & milites. in pr. ff. de excusat. tutor. l. 6. ff. de testam. tutel. l. ult. §. 1. ff. de veteran. l. 9. veteranis. C. Quand. provo. non est necess. l. unic. C. Quib. munerib. excus. ii qui postimple. milit. lib. 10. l. 3. C. de his qui non implet. stip. n. sacram. soluti sunt, eod. lib. 10. Caput. in vita Marci Imp.

5. Contractuum verò vel quasi ratione, beneficiis quibusdam gaudent milites; veluti quod condonari saltem eatenus, quatenus possunt, solvere, nec ultra tenentur. l. 6. miles. in pr. l. 18. item miles. ff. de re iudic.

Itemq;

Item quae quod pro debito, si modò in castris hoc contra-  
ctum sit, in carcerem conjici non solent, per glossin d. l. q.  
miles in princ. verbo: armata. Decius in Rubr. de testa mil. nu.  
3. Ioh. Sichard. ad Rubr. C. eod. tit. n. 5. Bald. in l. i. §. ult. C.  
Qui bon. ced. poss. Did. Covarr. lib. 2. variar. resolut. c. r. n. 4.  
Menoch. de arbitr. iudic. quest. lib. I. q. 88. nu. 9. Vvesenb. in  
conf. o. n. 20. lib. I.

Poenarum denique & delictorum vel quasi ratio- 6  
ne, milites isto gaudent privilegio: ut neque tormentis,  
neque aliis plebejorum poenis subjiciantur; etiam vetera-  
ni, ut & liberi eorum. l. 8. miles, in pr. C. de questionib. De-  
cius in d. Rubr. C. de testam. n. 3. neque etiam in metallum  
vel opus publicum, neq; ad bestias aut furcam damnен-  
tur: sicut nec fustibus ceduntur, l. 3. §. us qui ad hostes. ff.  
dere milit. l. 1 & 2. ff. de veteran.

Quod & ad Clericos & Doctores in consequen- 7  
tiam producitur, secundum Angel. in d. l. miles, in princ. &  
Sichard. in d. Rubr. n. 5.

In rem vero sunt ea, quæ non solùm bonis ipso- 8  
rum, sed etiam negotiis & actionibus jure quodam singu-  
lari tributa sunt. Nam quod ad bona ipsorum attinet,  
quæ in castris milites aut occasione militiae acquirunt: in  
his nullum jus, sicut in profectitiis cæterisque bonis ad-  
ventiis pater habet: sed propria ea sunt & quasi peculiaria  
ipsorum militum: licet filii familiâs sint: unde & peculium  
Castrense vocantur, ex quo nihil patri debetur. l. 3. C. de  
Castrensi. pecul. l. 10 ex nota Marcelli. ff. eod. §. igitur liberi ve-  
stri. Inst. Per quas person. cuiq. adquir.

Quemadmodum nec peculium ejusmodi castrensi-  
se, in quo filii familiâs pro patre familiâs habetur, sit ar- 9  
rogatoris, cui pater familiâs miles se in arrogationem  
dedit,

TRACT. DE TESTAMENTIS.

dedit, l. 4. miles. §. si pater fam. ff. de castris spectabilicuit nec  
in collationem venit: sed præcipuum eius manet perpet-  
tuò: licet aliás bonorum possessione inter liberos ipse  
quod proprium habet, conferre tenetur. l. 1. §. neq. ex  
strense. & passim ff. & C. de collat. bonor.

Iam verò quod ad privilegia militum attinet, qua-  
ad negotia eorum & dispositiones actionesq; spectantur  
quòque duorum generum sunt. Nam aut sunt inter  
vivos, aut in ultima voluntate.

Prioris generis sunt, velat idonatio, ex qua facere  
licet filios familiás militi, non item pagano. l. 7. filius fam.  
in pr. ff. de donat. Item & manumissio, l. 6. si militi, ff. de  
castr. pecul. Item hæreditatis aditio, l. 5. miles filius tam, ff.  
d. t. Et denique actio & persecutio regum castrensem  
nomine, etiam in vito patre, permissa militi filios familiás,  
d. l. 4. miles, d. l. 5. ex nota Marcelli l. 3. C. de castr. pecul. Pan-  
dus in lib. r. var. c. 48.

Posterioris verò generis sunt testamentum militis,  
aut codicillus, aut donatio mortis causa: quæ omnes spe-  
cies ultimarum voluntatum sunt. l. ult. §. fin. C. de codicil.  
l. ult. C. de donat. mort. caus. Neque enim in his omnibus  
ea, quæ in paganorum testamentis requiritur, solennitas  
observatur: quæ militibus magna ex parte remissa est, d. l.  
ult. in fin. Potestque ad eò miles codicillis suis hæredes  
directò instituere & substituere, & hæreditatem adimere,  
l. 26. militis codicillis. in pr. ff. de iure codicill.

Quod fecus est in pagano: cuius hæreditas codicillis direc-  
tò neque dari, neque confirmari, neque adimi potest,  
§. codicillus autem. Inst. de codicill. l. 6. Divi. in pr. l. 10. quod  
per manus. ff. de iur. codicill. l. si idem. C. cod. tit. l. penult. §. sed  
cùm. C. de necessar. hered. inst.

Inter cætera ,v. militiæ privilegia hoc vel maximum est: quod regulæ juris civilis de testamentis ordinâdis milites non obligant : sed liberam iis permittunt tecandi voluntatem: quoniam sola & nuda voluntate militare testamentum perficitur: neque ullam exigit solennitatem in persona testatoris; neq; testium solennem numerum, eorumvè rogationem , aut subscriptionem , aut sublignationem', aut aliam regularum juris observacionem desiderat : quod quale sit, & quæ sit ejus origo & potestas , seorsim deinceps aliquot capitulo sequentibus exposcimus,

## C A P V T V I.

D E P R I V I L E G I I S M I L I-  
tum Testamentariis.

## S V M M A R I A.

1. Militum singulare privilegium in testamento sive communi sive militari iure faciendo.
2. Sedes materie de privilegio testamenti militaris.
3. Privilegii militaris origo, eiusq; cum testamento in precinctu apud veteres observato comparatio. n.4.
5. Militibus quibus competit privilegium militare , & Principum commilitones qui , & quibus non competit. n. 3.
6. Privilegii militaris causa & ratio duplex : partim simplicitas

plicitas & imperitia. n. 7. partim favor publicus ob  
periculumorum functionem pro Repub. n. 11.

8. Silent leges inter arma.
9. Milites scire arma potius, quam leges debent. &  
num. 12.
10. Milites literarum peritissimi qui.
14. Militibus an & quatenus a castris abesse liceat, ne  
perdant privilegium militare.
15. Absens iusta ex causa prossen esse intelligitur, & qua-  
tenus.
16. Militari iure an valeat testamentum in stativis aut  
præsidio factum.
17. Militare privilegium quandiu duret, & quatenus  
valeat post missionem. n. 18.
19. Militaris privilegi summa, eiusq. forma qua.
20. Militare testamentum est iuris gentium, & ci-  
vilis.
21. Servus non gaudet iure militiae aut testamenti milita-  
ris: ut nec captus ab hostibus. n. 22.
23. Privilegia testamenti militaris quotuplicia.

**Q**VOD in fine proximi capituli dictum est, inter cetera  
privilegia militiae hoc vel maximum esse; quod liberū  
militibus testandi præstet arbitrium: quippe quos regulæ  
lurisconsultorum & commune jus testamentorum non  
sequè ac paganos obligant: id quomodo sit intelligen-  
dum, paulò aperiùs declarandum esse videtur.

Illud autem hîc initio admonendum, militem  
posse & jure singulari, & communi testamentum face-  
re: neque eum si jure communi testari voluit, statim be-  
neficio militari renunciasse videri: Ac propterea miles

quaque communi testari destinaverat, antè defecerit; quām restaretur imperfētū hēc jure cōmuni testamētū, jure tamen militiæ valet ac iustinetur. l.3. ff. de testam. mil. Synops. Basl. eod. c.3. c.1c.3. pr. sumpt. 35.

Plane enim hoc jus in militibus singulare est, & quasi peculiare: ut quælibet eorum voluntas aut testatio de re sua familiari quoquo modo, saltem contemplatione mortis facta, pro testamento habeatur. l. 1. l. 15. infra adem. 1. l. 2. Diuine Traianus. & l. 34. eius militis. in si. cum l. seq. ff. de testam. mil. Quibus in locis diserte significatur, testamentum militis etiam imperfectum vim & potestatem perfecti testamenti obtinere: & sola perfici voluntate: neque exigere solennia aut testes solenni numero: neque scriptiōnem aut aliam regularum juris observationem desiderare.

Quomodo & M. Antoninus Imp. rescripsit, voluntatem militis in expeditione occupati p̄io jure servari, l.1. C. de testam. mil.

Et Papinianus in l. 35. miles. ff. de testam. mil. Miles (ait) si testamentum imperfectum relinquit: scriptura, quæ profertur, perfecti testamenti potestatem obtinet. Nam militis testamentum sola perficitur voluntate.

Primum autem quæ origo, & quæ ratio fuerit pri-  
vilegii hujus militaris: quæ item forma & qui modus, vi-  
dendum est. Quod pulchrè ita declarat Vlp. in l. 1. ff. de  
testam. mil. Militibus (inquit) liberam testandi facili-  
tatem primus quidem D. Julius Cæsar concessit, sed ea  
concessio temporalis erat: Postea vero primus D. Titus  
dedit: post hoc Domitianus: postea D. Nerva plenissimā  
indulgentiam in milites contulit: eamq; & Trajanus est  
secutus

secutus , & exinde mandatis inseri cœpit caput tale : Cū in notitiam meam prolatum sit, subinde testamenta à commilitonibus relictā proferri : quæ possint in controversiam deduci, si ad diligentiam legum revocentur & observantiam: secutus animi mei integritudinem erga optimos & fidelissimos commilitones, simplicitati eorum consulendum existimavi: ut quoquo modo testati fuissent, rata esset eorum voluntas. Faciant igitur testamenta, quomodo volunt: faciant, quomodo poterunt: sufficiatq; ad bonorum suorum decisionem faciendam nuda voluntas testatoris.

Quibus ex verbis primò intelligitur illud, quæ sit origo privilegii hujus militaris: deinde, quæ sit ejus causa & ratio: tertio, quibus competat: postremò, quæ sit summa, & qui modus testamenti militaris.

Ac origo quidem privilegii militaris à Jurisconsulto Vlpiano refertur partim ad constitutiones Impp. C. 3 Iulii Cæsaris, Titi, Domitiani, Nervæ, & Trajani , quibus etiam addere Augustum licet: partim ad mandata Principum , quæ præsidibus in provincias proficiscentib, dabantur: quibus omnis eorum potestas omneque munus continebatur: sicut apparet ex tot tit. ff. & C. de offic. præsid. & de offic. procons.

Quanquam enim ante Principum etiam tempora atque adeò ante leges XIII. tabularum , testamenta à militibus Romanis in procinctu fieri solita fuerint : ut liquet ex princ. Inst. de testam. ordin. & ex Plutarchi Coriolano : certa tamen forma & solennitas quædam legibus XIII. tabularum requirebatur : quod & essent nuncupativa duntaxat; & quod non nisi sub ipsum præmium, & quidem saltem coram tribus aut quatuor testibus fierent.

X 3 Neq;

Neque enim tunc permisum fuit, ut quoquo modo valent, aut quoquo modo possent, testarentur milites: quæ postea libertas Principum constitutionibus fuit tributa ipsiis, ceu Principum commilitonibus.

De militis autem testamento ideo separatis Proconsule dicit: quod optimè novit, ex constitutionibus Principalibus propria atque singularia jura in testamen-<sup>s</sup> tis eorum observari: ut ait Caius in l.2. ff. de testam. milit.

Cur autem hoc privilegium tempore Reipub. Romanæ receptum non fuerit, sed primum à Principibus sive Imperatoribus datum sit militibus: ratio civilis duplex assignari solet: Prima, quia in regnis plura sunt militum commoda, quam in Rebus publicis: Altera, quia sub Imperatoribus maximè primis, militum maxima erat potentia ac licentia: qui placandi sape erant, aut incitandi præmiis: ut docet alicubi Giphanius in disp. de testam. milit.

Quibus porrò militibus hoc privilegium competit, ex eo intelligitur, quod dicitur, tribui hoc beneficium Principum commilitonibus. Sic enim appellant Imperatores commilitones suos, eos qui eandem cum ipsis exercitent militiam: & qui sub armata militia merent stipendia: quemadmodum à Principibus exauctoratos iidem Quirites quasi privatos & paganos nominant, teste Petro Fabro, lib. 1. Semestr. c. 17.

Quæ porrò sit causa & ratio beneficii aut privile-<sup>6</sup>  
gii hujus militaris, ex eo colligitur: quod per hoc simplificati, h.e. imperitiæ militum consuli dicitur: quæ causa tanquam principalis & præcipua ubique ferè in jure allegatur, l. 1. ff. de testam. mil. l. 3. C. cod. tit. & Inst. in pr. cod. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. l. pen. § si filius fam. ff. cod. l. 40. im-  
puberi. ff. de admin. tut.

7. Ea verò simplicitas nihil est aliud, quām incalliditas quædam rerum forenium, seu ignoratio subtilitatum, ex justa armorum occupatione procedens: dum milites numeris & signis suis jugiter inhaerent, secundum tex. in l. 3 r. milites, C. de locat. & conduct.

Fit enim hac necessaria armorum occupatione, ut neque ipsi jura evolvere aut recognoscere: neque alias peritiores, ceu iuris consultos, in consilium adhibere possint: quod quidem paganis, qui non militant, facere omnino lieet: etiam rusticis & minoribus: cum quibus tamen eo quoq; casu agi solet benignius circa juris ignorantiam l. 8. error facti ff. de iur. & fact. ignor..

8. Milites verò ut maximè norint jura & leges: tamen inter arma ea observare exactè nequeunt. Silent namque leges inter arma: nec se expectari jubent: cùm ei qui expectare velit, ante poena injusta luenda sit, quām justa repetenda, ut ait M. T. Cic. pro Milone.

Quām in sententiam C. Marius quoque in bello contra Cimbros gesto: cùm mille Camertes civitate donasset, reprehensus à quibusdam, quod contra leges patriæ fecisset, respondit se inter armorum strepitus & clasicorum cantus, legum invocem audire non potuisse.

9. Itaque constitutionibus Principum permisum est militibus jus ignorare: usque ad eò, ut etiam in lucris subveniat eis, saltem propter juris imperitiam, l. penult. Si filius am. ff. de iur. & fact. ignor. l. 1. C. d. t. l. ult. C. de iur. delibera.

10. Nam etsi ex militibus quidam fortassis periti juris esse possint: sicut jura nosse multos non est dubium: id quod C. Trebatii & Iulii Frontini exemplo notum est: quorum illum cum Julio Cæsare in Galliis militiam secutum

rum; hunc sub Trajano Cæsare stipendia meruisse constat: cum uterque juris peritissimus & scientissimus esset; nihil tamen minus omnes milites arma magis, quam jura, scire presumuntur, d. l. ult. in princ. aut saltem oblii legum, si quas olim sciverunt, existimantur: ut de se eleganter scribit Iulius Frontinus ad Celsum [Ctum in libri de limitibus agrorum]. Dum (inquit) armorum magis exerceor curis: totum hoc negotium literarum & rerum civilium velut oblitus intermisseram; nec quicquam aliud, quam belli gloriam cogitabam: Et Cornel. Tacitus in Agricola: Credunt plerique militaribus ingenii subtilitatem decesse: quia castrensis iurisdictio lecura & obtusior: & plura manu agens calliditatem fori non exercet.

Sic & Xenophon in Cyropædia sua scribit, in belli discrimine penè ad omnes intermortuam esse legum, aut cæterarum disciplinarum memoriam: ita ut tam repente in procinctu, in acie, in hostico etiam à pagano juris utilitas deponi nequeat, ut refert Cuiac. hic in Reggit. ad Cod. cir. fin.

Neque verò una & sola hæc causa est privilegii n<sup>o</sup> hujus simplicitas & imperitia militaris: sed convenit cum hac ratione etiam favor publicus: nempe periculorum functio pro summa Republicæ, & salute communi omnibellorum tempore. l. i. ff. de testam. milit. l. un. ff. de bon. possess. ex testam. mil.

Armis enim non privatis negociis, occupari milites debent; ut numeris & signis suis jugiter inhærentes, Rempub. à qua aluntur, ab omni defendant bellorum necessitate, ut rescripsit Imp. Leo Aspari Magistro militum in l. 3 l. milites, C. de loc. & conduct. Cujusmodi rescriptum

plum quoque extat ejusdem Imp. Leonis ad cundem  
Præfetum: in l. 15. milites. C. de re milit. lib. 12. cuius verba  
haec sunt: Milites(inquit) qui à Repub. armantur & a-  
luntur, solis debent utilitatibus publicis occupari: nec a-  
grorum cultui, & custodiz animalium, vel mercimoni-  
orum quæstui, sed propriæ insudare militiae & armorum  
quotidiano exercitio ad bella se præparare.

13 Quò fit, ut militibus ociosis, & qui extra expedi-  
tionē sunt, certoq; loco longius, quam par est, immoran-  
tur, privilegium hoc non detur §. penult. Inst. h. t. l. penult.  
C. cod. Sed ea testandi libertas, his tantum competit, qui  
in castris præsidiis, adeoque in ipso exercitu sunt, id est,  
eò loci, in quo Reipub. causa est belli apparatus sive pro-  
cinctus belli: sive in castris sint, sive præsidiis ac fossatis.  
l. 3. §. is qui, ff. de re milit. §. sed hactenus. Inst. de milit. te-  
stam.

Quod si tamen commeatu à Duce aut Imperato-  
re aliquantis per accepto, extra castra aliquo in loco pro-  
pinquo vivant: ita ut non diu à castris absint: sed & rever-  
tendi animum habeant, & armis vacent nihilominus  
pro viribus, ad Reipub. defensionem parati: eodem adhuc  
privilegio milites fruuntur. l. 34. miles. in pr. ff. Ex quib.  
caus. maiores in integr. restit. cum l. seq. §. fin. ibi Vigil. d. §. illis  
autem temporibus. n. 5. VVelenb. conf. 17. n. 40. lib. 1.

Modicum autem tempus illud absentia non cura-  
tur. l. 15. ab hostibus. §. ult. ff. de testam. milit. Præsertim,  
si justa causa subsit, veluti valetudinis cura: cui meritò  
venia datur, l. 3. ibi, nisi fortè quibusdam castris detentus sit,  
l. 4. ibi, datur venia valetudini. ff. de re milit.

15 Nam & aliás, qui justa ex causa abest, præsens esse  
dicitur: dummodo propositum habeat revertendi: neque

ipse sibi in mora sit, aut per eum non stet diutius revertendi facultas, aut emanendi necessitas. l. 41. si quis Titio. ff. ex quib caus. maiores. l. 78. quæ situm in pr. ff. de legat. 3. l. 20. Se-ia. §. Pamphilo. & ibi Bart. ff. de instrum. lega. l. 8. si quis ita. ff. de condit. & demonstr. l. 4. §. Stichus. ff. de statu liberor. Roman. conf. 263.

Itaq; jure militari valet testamentum, non solùm<sup>16</sup>  
quod miles facit minùs solenniter in acie, aut in hostico,  
aut in procinctu; hoc est, in ipso strepitu armorum, &  
summo vitæ discrimine: verùm etiam quod facit in cas-  
tris, in stativis, in fossatis, in hybernis, in præsidiis, aliiusvè  
locis propinquis ad defensionem urbis, castri, arcis dispo-  
sitiss; citra prælia aut conflictus discrimen: quàndiu scili-  
cet non actu solùm, sed etiam stipendio Reipublicæ mi-  
litat. l. ult. ff. h. t. l. unic ff. de honor. possess. ex testam. milit.

Adeoq; tamdiu privilegium militare durat; quan-  
diu milites qualitatem militiæ habent, ut loquitur Baveri-<sup>17</sup>  
us in princ. Inst. de milit. testam. num. 10. & §. sed hactenus,  
num. 1.

Quia & testamentum militiæ tempore factum;  
post missionem intra annum mortuo testatore valet. §.  
sed hactenus. Inst. de milit. testam. l. 21. quod constitutum. ibi  
Cuiac. ad African. lib. 4. & l. 30. militis. §. ult. l. 38. quod  
dicitur. ff. de testam. mili. l. 55. ex testamento. C. eod. Idque  
adeò verum est, ut etiam si post annum conditio instituti-  
oni adscripta extiterit, mortuo testatore intra annum, va-  
leat tamen testamentum quasi militis, d. §. sed hactenus, d. l.  
quod dicitur.

Eo amplius interdum post annum missionis mor-<sup>18</sup>  
tuo testatore valet ac benignè sustinetur testamentum  
militiæ jure factum: si missus intra annum rursus in alia  
militia

militia cinctus, & in ea mortuus fuerit. d.l. quod dicitur.  
 §.1. Modò tamen missio honesta sit vel caussaria. Nam  
 ignominia causa missi militis testamentum statim desinit  
 valere jure militari. Nam ne quidem si filius fam. sit, de  
 caestrensi peculio tunc testari potest. d.l. quod dicitur. §.1.  
*ibi: non ignominia causa missus.* l. 20. testam. in pr. & §.1. ff. de  
 testam. mil. de quo est etiam in Synopsi Basilic. lib. 35. tit. 3. ex  
 tit. 21. de testam. mili. §.21. & apud Capitolin. in vita Marci  
 Imp.

Quod autem constitutum est, ut testamentum mi-  
 litiae tempore factum etiam intra annum post missionem  
 valeat: ad eos duntaxat, qui in supplementum (*ut in Basiliis legitur*) mitti solent; non ad eos qui successoribus ac-  
 ceptis militare desinunt, veluti praefectos aut tribunos offi-  
 cio decedentes pertinet. d.l. quod constitutum: ibi Cuiac, lib.  
 4. ad African. d. tit. 3. c. 17. in Rasil.

Ac propterea tribunus militum, si intra dies certos, quam successor ejus in castra venerat, manens in castris testamenti fecerit, & ibi decesserit, non militari sed potius communi jure testari censemur: quoniam desinit militis loco haberi, postquam successor ejus in castra venit.  
*l. 20. Tribunus in princ. ff. de testam. mil.* Planè enim pri-  
 vilegium officii causa concessam, eo finito, ipsum quoq;  
 finitur, secundum Bal. in d.l. tribunus.

19 Denique quod ad summam militaris testamenti  
 attinet: fons & origo hujus privilegii est. ut diximus, Imp.  
 Trajani constitutio, quæ refertur in d.l. 1. & d.l. Divus, his  
 verbis: Faciant testamenta milites, quomodo velint: faci-  
 ant quomodo poterint: sufficiatq; ad bonorum suorum  
 divisionem faciendam nuda testatoris voluntas.

20 Quibus ex verbis appetet, istud testamenti gen-  
 nus revocatum esse à Principibus ad æquitatem

jutis gentium; & secundum naturalem rationem, & jus gentium commune, quod omnium usu & consensione facitè est approbatum, regulatum aut modicatum: quod & ipsum in eo semper prævalere existimandum est, ubi nulla civilis aut propria lex de testamento extat: ut & a. pud eas gentes, quæ jure civili non utuntur, merito u. surpetur. l. 9. omnes populi. ff. de iust. & iur. §. Ius autem ci- vile. Inst. cod. tit.

Quid sit, ut servi ab hoc testamenti genere exclu-  
dantur: sicut & ab ipsa militia: quoniam amissa libertate 21.  
communi omnibus gentibus & populis, per clades bel-  
lorum, quæ & ipsa jutis gentium sunt, ne militare quidem  
pro libertate amplius idonei habentur: nedum testamen-  
tum condere illo jure: cum nec ullam habeant heredita-  
tem, de qua possint testari; ut paulò post copiosius di-  
cetur.

Eademque ratione nec miles, qui captus est ab ho-  
stibus, aut hostium potitus, ut l. Cius loquitur: quia jure 22.  
gentium libertatem amittit: testamentum jure militari fa-  
cere potest. l. 10. sicere. ff. de testam. milit. de quo & ipso  
paulò post fusiùs explicabitur.

Ceterūm privilegia hujus testamenti militaris in 23.  
specie considerare, & in certa quadam genera generum-  
vè partes memoriz causa distribuere operæ precium fue-  
rit. Ea verò sunt trium præcipue generum. Nam aut  
personas eorum, quibus cum testamenti factio est, veluti  
militis testatoris, aut heredium; vel res ipsas de quibus te-  
stari milites possunt; vel denique formam & modum  
testandi, adeoque ordinem & solennitatem testamenti  
militaris respiciunt: ut nonnulli veteres jutis interpretes &  
in his Azo, Bartolus & Baldus non inconcinnè hæc  
privile-

privilegia distribuere solent. De his ergo omnibus singulariter deinceps videndum.

## C A P V T VII.

Q V I T E S T A M E N T A  
jure militari facere possunt, vel  
non.

## S. V M M A R I A.

1. Testamenti factio duplex, attiva & passiva.
2. Possunt jure militari testari omnes, quibus lege non est prohibitum.
3. Militari iure licet quibusdam testari, quibus iure communi non licet.
4. Servi & obsecles nec iure militari, nec communi testari possunt; & cur. Perinde ut nec capti ab hostibus nisi ab hostibus reversi iure postliminij. n.7.
5. Prosternitur hostium quis dicatur.
6. Miles deportatus aut capite damnatus an & quatenus testari posset saltem iure militari: & n.9. & an valeat eius testamentum antea factum. n.10.
7. Miles de statu suo incertus an possit testari.
8. Filius familiæ miles an & de quib. bonis testari posset & de quibus non. n.13.
9. Testamenti factio quib. iure gentiam adempta, & quae ob causas.
10. Impubes miles an possit testari iure communi vel militari, & cur non posset. n.16.

17. *L. ult. C. de testam. milit. enodata: & emendata l. 8.  
7 ff. de excus. tutor. n. 18.*
18. *Actas militaris, plena pubertas XVIII, anno-  
rum.*
19. *Furiosus & demens an iure militari possit testari: &  
quid de prodigo. n. 21.*
20. *Mutus & surdus an iure militari testari possit: maxi-  
mè si literas nesciat: in quo utroq. distinguitur. num.  
23. & n. 25.*
21. *Intellectus l. 4 ff. de testam. milit.*
22. *Miles an solo nutu testari, aut legatum vel fideicom-  
missum relinquere possit: & an per notas. n. 27.*
23. *Mutus & surdus quatenus mortuo comparetur.*
24. *Damnatus ob carmen famosum nullo iure ne quidem  
militari possest testari.*

**C**VM de privilegiis militum testamentariis agitur: pri-  
mùm de personis, quibus cum testamenti factio est, re-  
stè queritur. Sed testamenti quidem factio duplex est: u-  
na testamenti faciendi; altera ex testamento capiendi fa-  
cultas: quarum illa activa, hæc passiva vulgo dicitur: Illa  
ad testatoris: hæc ad heredis personam pertinet,

Sic & in testamento militis primùm persona ipsi-  
us testatoris, deinde heredis in considerationem venire  
solet: utriusque vero personæ tam heredis, quam testato-  
ris, ratione certa quedam & singularia militibus privile-  
gia indulta sunt: quæ aliâs in communi & paganico te-  
stamento non reperiuntur.

Priùs igitur de persona militis testatoris dispicien-  
dum: ut appareat quæ personæ testamenti factionem ha-  
beant vel non habent.

Possunt

Possunt autem omnes milites testari jure militari,  
qui non prohibentur: ac plerunque etiam facere possunt  
2 militare testamentum, qui paganicum facere non pos-  
sunt.

Ac jure quidem communi testamenti factio ad-  
empta est quibusdam, vel lege, vel natura, vel moribus.  
Lege quidem hoc est, jure civili, vel ob statum, vel ob  
potestatem. Ob statum quidem, veluti servis, & obsi-  
3 dibus, & de statu suo incertis, itemque deportatis aut capi-  
te condemnatis: Ob potestatem verò, ut filiis familiās,  
qui in patris sui potestate sunt. Legibus verò militaribus  
diversum ferè traditum reperitur.

4 Ac primò quidem de servis (nam & servos in ne-  
cessitatibus Reipub. aliquando ad arma evocatos legi-  
mus) itemque in obsidibus singulariter nihil est constitu-  
tum: nam & his jure militari æquè ut paganico, testari  
prohibitum est: non tamen quod cives Romani non sint:  
quam quod juris gentium non sunt capaces: quoniam  
servi non solum jure civili Romano, verum etiam com-  
muni gentium jure, amissâ libertate, pro mortuis haben-  
tut. l. 18. intercidit. ff. de condit. & demonstr. l. 32. quod atti-  
net. ff. de reg. iur.

Neque interest, nati an facti sint servi, veluti ca-  
ptivi ab hostibus. Nam & secundum Vopianum facere  
testamentum hostium potitus nec jure militari potest. l.  
10. facere. ff. de testa. milit. Quo in loco potitus hostium  
dicitur, qui in manus hostium incidit, aut in eorum pote-  
6 statem venit, ceu captivus aut bello captus; quæ locutio  
etiam extat in l. 15. ab hostibus. in princ. ff. ex quib. caus. maior.  
in integr. restit.

Siquidem

Siquidem iis quoque rebus potiri dicimus, quæ nobis invitatis obveniunt: ut in Ausonii illo: *Aut natum ciù morte potiri: de quo annotat plura Alciatus lib. 1. c. 5. & Anson. Augustinus lib. 4. Emend. c. 10.*

Captus tamen ab hostibus, quamvis servus hostium fiat, & libertatem amittat jure gentium: tamen propter jus postliminii, quod & ipsum juris gentium esse dicatur, manet jus ipsius in suspenso. Quò sit, ut ab hostibus reversus, omnia pristina jura recuperet: pendente interim ipsius statu & conditione. Quod & in testamento paganico ita receptum est, §. si ab hostibus. Inst. Quib. mod. ius potest. solv. l. 5. l. 12. in bello, §. 1. l. 22. bona ff. de capi. & postlimin. revers.

Alia verò ratio est militis deportati, aut capite damnati, quām pagani: quippe qui non simpliciter testari prohibetur: sed imò jus habet testamenti faciendi jure quodam & privilegio militari: verūm non aliter nisi tribus his intervenientibus: si nimirum ex delicto militari condemnatus fuerit: si sacramenti fides rupta non sit: si denique de bonis castrenisibus testetur: ut scriptum reliquit Vlpianus in l. 11. ex militari, in pr. ff. de testa. mil.

Nam de aliis, quām castrenisibus, bonis miles testari non potest: nisi is, qui condemnavit, in sententia potestatem ei testandi fecerit. l. 6. si quis à filio. §. sed & si quis. ff. de iniust. rupt. & irri. test. l. 22. si quis. in pr. §. 1. ff. de legat. 3. Alexan. ab Alex. lib. 2. Genial. dier. c. 18. Brisson. lib. 2. Select. cap. 6.

Qua ratione etiam militis capite damnati, si quod antè habuit factum testamentum, non perinde ut pagani testamentum, sit irritum, sed jure valet militari, d. l. 5. si quis à filio. §. sed & si quis, vers. qua ratione sicutur. Nam videtur

videtur tunc jure militari refecisse testamentum. l. 9. idem q.  
& l. 15. in fraudem. §. 2 ff. de testam. milit.

<sup>11</sup> Sed & si miles de statu suo incertus sit, an sui juris  
sit vel alieni; in ea conditione est testamentum ejus, ut va-  
leat, l. 11. ex militari. §. 1. si miles incertus. ff. de testam. milit.

Nam & si filius familiæ, ignorans patrem suum de-  
cessisse, de castrensi peculio in militia testatus sit: valebit  
ejus testamentum: ita ut ad heredem ejus sola castrensis,  
non etiam patris bona pertineat. d. l. 12 ex militari. §. ult. &  
l. 9. Arist. ff. de iur. codicill.

<sup>12</sup> Iam vero ad filium familias militem quod attinet:  
sanè constat illud ab Augusto Cæsare olim filiosam, mi-  
liti duo privilegia data fuisse, ut & testari posset, & à pa-  
tre non posset exheredari. Sed hoc quidem sublatum  
est per l. 26. filius fam. ff. de lib. & posthu. Illud vero à Ner-  
va & Trajano confirmatum in pr. inst. de mil. testam.

Certum igitur est filium familias de peculio castrensi vel  
quasi, non solum in militia, sed etiam domi testari posse.  
l. 2 ff. de castr. pecul. l. 3. §. dari ff. de bon. poss. ex testam. mili.  
l. 7. filius familiæ. §. ult. in si. ff. de dona. l. 15 Marcellus. ff. de  
mort. caus. donat. l. ult. C. de inoff. testam. §. fin. Inst. de milit.  
testam. Quippe in quo filius fam. fungitur vice patrisfa-  
miliæ. l. 2. & l. ult. ff. ad SC. Maced. l. 1. §. nec castrense ff.  
de collat. honor.

At vero de reliquis bonis omnibus miles filiusfa-  
miliæ æquè ut paganus, testari omnino nequit. §. 1. Inst.  
Quib. non est permis. fac. testam. ne quidem de bonis ad-  
ventitiis, quæ pleno jure habet: ita ut nec usumfructum  
in his pater sibi vindicet, nec administrationem l. penult.  
& ult. C. Qui testam. fac. poss. Quamvis contrarium sta-  
tuere videatur Ich. Vaudus lib. variar. quæst. 1. per l. ult. &

*pen. C. de bon. qualib. & Novel. 117. c. 1.* Sed priorem tam sententiam approbat Cujacius in d. Nov. 117. & *Dowellus lib. 6. comment. iuris civil. c. 5.*

Porrò naturā & jure gentium adempta est factio testamenti quibusdam ob defectum judicii, qui continet ex vitio vel animi, vel corporis. Prioris generis sunt, impuberes, furiosi, & qui his comparantur, prodigi. Posterioris vero sunt muti, surdi, & cæci. 14

Ac impuberes quidem olim tribuni numerorum fieri, & sic testamentum sibi facere potuerunt: non exceptato (ut M. Cicero in Philipp. loquitur) ab eximia & excellenti virtute progressu ætatis: neque hac optima indole exacto numero annorum, ut Plinius scribit in Epistolis: atque adeò ætatem quasi supplente dignitate militari, ut loquitur Imp. Iustinian. in l. ult. C. de testam. mil. Quod etiam pertinet Papiniani illud responsum in l. pen. ff. de decurionibus, ubi ait ad decurionis honorem non pervenire minores XXV. annis: nisi dignitas oris, ex qua sapientia deprehenditur bona indoles, certam spem faciat honoris: ut Princeps ei adolescenti, permotus dignitate oris indulget honorem decurionatus, non expletâ justâ ætate. d. l. pen. Quibus ex verbis vulgo à DD. notatur, pupillum vel impuberem militare & munus gerere posse: ad quod alias solet adduci tex. in l. 8. sed & milites, §. iam vero, 7. ff. de excus. tut. Vbi impuberi militi veteranus curator datur: ex quo videri possit ea ætate militem esse: & per hoc facere testamentum posse, saltem jure militari.

Sed hodiè nec communi, nec militari jure, testamentum facere potest impubes: quia properat 16 ætatem

tem nullum animi judicium habere creditur, §. præterea. Inst. Quib, non est permis. fac. testam. l. 4, & l. ult. C. de testam. mil.

I 7 Neque adversatur d. l. ult. C. de testam. milit. quæ loquitur tantum de honore sive honorario titulo militiæ, quem pupillus à Principe obtinere potest: non autem de vera & armata militia. Pupilli enim, qui apud Imperatorem gratiâ valent, obtinent nonnunquam tribunatu' numerorum, cœu titulum honorarium militarem: qui propterea facilius mandatur impuberibus: quod vicarios & coadjutores in eis habere possunt: quos non item facile habere possunt in vero militiæ onere.

I 8 Multò etiam minus obstat d. l. sed & milites. §. iam verò ff. de excus tutor. Nam ibi erratum est in versione Mōdestini: qui usus est græca voce ἀρχῆς, quæ non impubrem, sed minorem viginti quinque annis significat: ut reetè monet Anton. Augustinus in l. 10, non solùm. §. si liberius ff. eod. tit.

I 9 Denique in milite im pubere frustra queritur de armata militia: cùm ætas militaris sit plena pubertas, id est, XIIIX. annorum, ut constat ex Livio: apud quem Hannibal Scipionem in Hispaniam missum dicit vix dum ætate militari. Atque hoc est, quod Valerianus apud Fl. Vopiscum in Probo memorat, se imberbem tribunum fecisse, contra constitutum D. Adriani Cœsaris: de quo Spartanus aliâs refert: quod nullum tribunum nisi plena barba fecerit, aut ejus ætatis, quæ prudentia, & annis tribunatus robur impleret.

Ac perinde si quando creatus est tribunus impubes, ante constitutionem Iustinianeam faciendi

testamenti jus ei fuisse consentaneum est: à quo singula-  
riter hoc postea fuit prohibitum *in d.l. ult.* Sic enim ibi  
scribit: *Licet (inquit) antiquis legibus permittebatur*  
*pupillis, si tribunatum numerorum merebantur, ultimū*  
*elegium confidere posse: attamen indignum nostris tem-*  
*poribus esse videtur: eum, qui stabilem mentem nondum*  
*adeptus est, propter militum privilegia, sapientium ho-*  
*minum jura pertractare: & in tām tenera ætate ex tali li-*  
*centia parentibus fortè suis vel aliis propinquis nocere:*  
*propriam substantiam extraneis relinquendo: ideoque*  
*hoc fieri nullo modo concedimus.*

Eadem quoque ratio est in furiosis & mente c2. 20  
ptis: qui & ipsi testari nullo jure possunt: non solum ob  
id quia mente & voluntate carent, *d.S. præterea. vers. fu-*  
*rioso. l. 5. & l. 40. furiosi. ff. de reg. iur. l. 2. C. de contrah. empt.*  
sed & quia in potestate aliorum sunt, nec rerum suarum  
administrationem habent, *l. 13. sape. cum l. seq. ff. de cura-*  
*cōre furiosi & prodigi.*

Quorum ad exemplum etiam prodigis testari  
moribus prohibitum est. Nam & his olim administratio 21  
bonorum moribus interdicta fuisse legitur: quod jus po-  
stea in XII tabulas relatum est. *l. 1. ff. de curas furiosi. &*  
*prodigi.*

Planè enim ut furiosus animo, ita prodigus mori-  
bus desipit, omniq[ue] caret sano mentis judicio: nec finem  
aut tempus expensarum habet: sed bona sua dilacerando  
& dissipando profundit. *d.l. 1.*

Ex quibus intelligitur, in his omnibus, quibus ob  
animi vitium testari non licet, nihil singulariter constitu-  
tum esse jure militari: sed jus commune observari: de quo  
suprà in parte secunda dictum est: adeò, ut ne Princeps  
quidem

quidem veniam ætatis indulgere, & potestatem testand his facere queat, ut not. Alex. & Iason, in d. l. ult. C. de mili. testam.

<sup>2</sup> Cæterum de muto & surdo major est dubitatio, an jure militari possit testari, & quatenus. Testari cum non posse, rationis naturalis est: quæ præcipue spectatur in testamento militari.

<sup>3</sup> Sed in eo tamen distinguendum est. Nam siquidem natura mutus & surdus sit: quia nec per disciplinam militarem potest militare: facere omnino testamentum jure militari nequit: propterea quod à natura duobus potissimum sensibus destituitur: ita, ut nec ducis imperium intelligere: nec tubæ vel clavici signum exaudire, neque etiam examinari, aut sacramentum militiæ præstare possit: contrà quām opinatur Accursius in §. quin imò. Inst. de test. milit. & securi hunc alij interpretes Angel. Alex. Bal. & Salic. in d. §. quin imò per l. 4. ff. de milit. testam. Quo in loco obiter notandum est, quod Plini. scribit lib. 10. c. 69. cui hominum auditus primò negatus sit, huic & sermonis usum ablatum: nec naturaliter surdos esse, ut non idem sint & muti. De quo est etiam apud Alex. Aphor. lib. 1. Problem. 138.

Quin imò pro fatuo & demente habetur, omni- que animi caret judicio. l. 12. cum Prator. §. non autem vers. natura, ut mutus & surdus, ibi, quia iudicio carēt ff. de iudiciis. neque multum ejus hominis status & habitus à pupilli aut infantis conditione abhorret.

Nam nec beneficio principis aut legis, quod natura negavit, concedi, aut ulla civili ratione vitium istud tolli posse constat. l. 10. discretis. C. de testam.

Quod si vero non natura, sed aliquo casu, veluti

morbo aut ex vulnera, mutus aut surdus factus sit: ita, ut loquendi & audiendi facultatem casu aliquo amiserit: sane eo casu miles, præsertim si literas non ignoret, recte testari potest jure militari; etiam non requisita singulari Principis venia aut indulgentia: sicut olim facultas testandi isto modo à muto & surdo impetrabatur. l. 7. si mutus aut surdus. ff. Qui testa fac poss.

Cui tamen legi postea derogatum est per constitutionem Imp. Iustiniani in d. l. discretis: quæ paganos hac in parte exæquat militibus: nisi quod miles communij formâ non testatur; nec servat ea solennia, quæ paganus servare cogitur. §. 2. Inst. de milit. testam.

Et hoc est, quod Vlpianus scribit in l. 4. ff. de testam. milit. Iure militari surdum & mutum testamentum facere posse, ante causariam missionem, in numeris manentem, placet.

Cujus legis hæc est vis & sententia: militem, si forsitan in militia surdus vel mutus factus sit, ex justa causa dimitti posse ac debere: quoniam militis officio amplius fungi non potest: non tamen ob id eum testandi amittere privilegium, propter hanc supervenientem calamitatem: sed antequam ex hac causa factamento solvatur & dimittatur, posse eum facere testamentum jure militari. 24

Sed hæc quidem hactenus ita obtinet, si mutus & 25 surdus miles literas non ignoret. An verò idem obtineat in eo, qui literarum est imperitus, non immerito dubitatur. Sunt qui hoc negant: propterea quod Imp. Trajanus non aliter jus testandi se militi concedere affirmet: quam si prius de ejus voluntate constet. l. 24 Divus Trajanus ff. de testam. milit. §. planè. Inst. eod. tit.

Atqui

Atqui miles si literarum sit rudis & ignarus , voluntatem suam significare nequit : quia neque scribere , neque animi sensa eloqui potest ; Perinde ut & testator , qui neque scribere , neque articulatè loqui potest , mortuo similis censetur . l. 29 . iubemus . C. de testam . Ac ut maxime fortassis dicatur nutu & signis voluntatem eum declarare posse : certum est tamen varie accipi posse nutus & signa : tām pro astu inter vivos , yeluti donatione ; quām pro ultima voluntate .

Quod si etiam eo casu , quo miles alicui dixit : (ut plerunque sermonibus fieri solet) *Heredē te facio , aut bona tibi relinquō* : multū interest militis , ne hæc verba pro testamento observentur ; multò profectò magis ejus interest , ne nutus & signa pro supremo ejus judicio habeantur : Alioquin non difficulter testes existerent , qui affirmaret , talinu & talib. signis militem alteri bona sua reliquisse : & per hoc vera subverterentur judicia . d. l. *Divus Traianus* §. ul. in si . Itaq; saltem legendi facultatem in eo omnino desiderari putant : ut cum alicui nutu significavit miles , ut hæreditatem legatavē quibusdam ascribat , si hoc postea legat nutu sibi quoq; id placere ostendat . d. l. in testamento . in si . l. 18 . in d. l. discretis . n. 1 . *Vigilius in d. §. quin imò . n. 2 . & seqq. Gl. in l. 15 . in fraudem . §. 1 . verb: nuda . ff. de testamilit. per l. 40 . *Lucius Titius in princ. ibi* : ita tamen ut legitimis probationibus offendatur hoc ita subsecutum esse . ff. eod. ti. + *Paul. de Castr. in cons. 318 . n. 2 . lib. 1.**

Sed contraria tamen opinio aliis placet , posse surdum & mutum militem , amissio sermone & auditu in castris , testari saltem jure militati : per text . in d. l. 5 . discretis . §. quin imò . & d. l. 4 . ff. de testam. milit. Vbi expressè dicitur , jure militari surdum & mutum testari posse ante causariam missionem : si qua pagano

pagano hoc nullo modo facere licet: qui jure communi semper testari debet; & ideo militi permisum hoc sit jure singulari: quatenus militet & in castris degat: aut ut Vlpianus loquitur, in numeris maneat. d. §. quin imò. d. l. 4 & l. 6. si quis. §. & si quis. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.

Nam & solo nutu miles fideicommissum aut legatum relinquere: & nuda voluntate hereditatem alteri dare posse creditur. *Sed non usq. Inst. de lega. d. l. in fraudem §. 1. ibi: miles nuda voluntate. l. 21. nutu. ff. de lega. 3. Alex. in d. l. discretus. Angel. cons. 257. Tiraq. de privil. pie cause. privil. 8. Vasq. lib. 2. de success. progress. §. 20. n. 44.*

Perinde ut & notis sive literis singulariis miles sapientiam suam voluntatem ordinare potest, pagan⁹ verò non potest. d. l. 40. *Lucius Titius. ibi. notario suo notis dictavit testamentum scribendum. Synop. Basil. lib. 35. tit. 3. §. 33. ubi hæc verba leguntur: Si testamentum miles dictaverit, & ante obitum perscribi nequiverit: notas pro testamento recipimus: ita tamen, si hæc ita esse gesta, legitimè probatum fuerit. De quo pluribus Car. Molin. in l. 1. § eadem. n. 12. cum seqq. Bresson. lib. 4. selector. c. 21. Walther. lib. 2. Miscell. c. 12. Cuiac. lib. 3. obfsc. 3.*

*Quamvis ergo quoad loquèlam mutus & surdus similis sit mortuo: non à quæ tamen quoad intellectum mentis, & animi judicium: quippe qui mentis compescit: & testamenti factiōnem probè intelligit: & si minùs verbis aut scripturā, saltem nutu & signis voluntatem tuam declarare, & suprema sua judicia rectè ita ordinare potest. d. l. discretis. & ibi communiter D. Vlpianus in fragm. 29 inst. c. 25. de fideicommissis. § etiam nutu, & ibi Cuiacius & lib. 2. observ. c. 3.*

Postremò de eo, qui ob carmen famosum damnatus est:

tus est, utrum jure militari testari possit, nec ne, quod ritur? Nam jure communis eum non testari posse manifestum est; quia lege est inestabilis; ut nec aliis ipse testimonium dicere, nec eis testimonium ab aliis dici potest. l. 18. is cuius lege. S. ult. l. 26. cum lege ff. Qui testa fac poss. Et constat, nec jure militari eum testati posse: quoniam, ut paulo antea dictum est, non ex militari delicto damnatus est. l. 1. ex militari. in pr. ff. de testa milit. l. 6. S. 3. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. 1. ff. de veteran.

Quo in locis animadvertisendum est illud, militum delicta sive admissa aut propria, aut cum ceteris communia esse. l. 2. in pr. ff. de re milit.

30 Propria sunt, quae in militibus quidem pro delictis habentur: sed in paganis delicta non sunt: veluti si miles arma amiserit, vel alienaverit: si ad hostem transfugerit: si dediderit se cui, non licet: si fugam in acie fecerit: si mandata non observaverit: si seditionem concitaverit: si conspirationem fecerit: si ad diem commeatus non venerit, l. 9. ff. eod. tit. Communia vero sunt, si miles eadem fecerit: si damnum dederit: si commilitonem verberaverit. Nam hec tam in privatis, quam militibus delicta sunt: segnitia vero, contumacia, desidia in paganis crimina non sunt. l. 6. omne delictum ff. d. tit.

Sed horum quidem delictorum militarium quae sunt leviora, veluti vagari a castris, aut emanere: unde emansor, qui diu vagatus, ad castra sponte regreditur. Deserteri vero, qui per prolixum tempus vagatus reducitur. a. l. 3. S. 2. & 3. & l. 4. S. 13. edictum: um S. seq. ff. d. tit. Cuiac lib. 6: obs. 26.

Quaedam vero sunt graviora, veluti sacramenti  
B b fidem

fidem rumpere, præfectum suum deserere, aut non protegere, prodere consilia sui Imperatoris, secreta hostibus renunciare, qui est proditor.

Quod si ergo ob ejusmodi delicta graviora miles damnatus sit, facere testamentum prohibetur: in ceteris vero levioribus delictis manet ei salvum testandi privilegium, sed de bonis castris duntaxat. d.l. ex militari, & d.l. I. in princ.

## C A P V T . V I I I .

### D E P R I V I L E G I I S E O- rum, qui ex testamento militis capiunt.

#### S V M M A R I A .

1. Militis ex testamento quicunque possunt, vel non.
2. Servus proprius an heres institui possit in militu testamento: & cur non? n. 3.
3. Ampliatio regula, licet tutor sit datus.
4. Declaratio eiusdem, nisi quatenus cum libertate sit institutus: & eiusdem replicatio, modo non in fraudem creditorum. n. 6.
5. Favore militia fideicommissum trahitur ad ius directum, si heres mortuus sit, antequam adeat. & num. 8.
6. Legatum sine libertate valet iure militari, non est iam paganico.
7. Fideicommissarius paganus an & quatenus transmittat ius ad heredem.

11. *Lege impediente nulla competit libertas, ne quidem ex testamento militis; & quatenus competat causa cognita. n. 12.*
12. *Servus pene a milite heres institui non potest, & quatenus possit. n. 14.*
13. *An deportatus & qui civis Rom. non est, capere possit ex testamento militari, & cur. n. 16.*
14. *Militis ius singulare in testamento inter liberos, quo ad præteritionem filii familij: quippe que pro exhereditatione valeat, & quatenus n. 18.*
15. *Miles & sibi & filio simul, immo etiam soli filio testamentum facere potest iure militari: immo & substituere, n. 20. & quando, & quomodo. n. 21. & 22.*
16. *Et quid si pater in unum casum substituerit.*
17. *Substitutio vulgaris expressa continet tacitam pupillarem: & quatenus non. n. 25.*
18. *Substitutio reciproca an & quatenus locum habeat.*
19. *Miles emancipato filio substituere potest: non item parenti: immo, & extranei, num. 27. & quibus verbis. n. 28.*
20. *Fideicommissi causa que propriè dicatur.*
21. *Focaria aut coquina an capiat legatum ex testamento militis; & cur non. n. 31. & an valeat donatio ei facta. n. 32. & quid de meretrice. num. 33. aut concubina. n. 34.*
22. *Clericus an possit donare focaria, vel concubina.*

**SEQVITVR** nunc de privilegiis eorum, qui ex testamento militis capiunt: cujusmodi sunt heredes, quibus cum testamenti factio est, saltem passiva.

Principiò autem tenendum est illud, quod pro regula

B b 2 traditum

traditum est: militibus liberum arbitrium supremis suis judiciis relinquendi quibus velint, concessum esse. Consequens est igitur, omnibus ex testamento militis capere licet: nisi id singulariter quibusdam prohibitum repetatur. l.s.C.de testam.milit. ubi sic scribit imp. Alex. Ex testamento militis sive adhuc in militia, sive intra annum missus honeste decessit, hereditas & legata omnibus, quibus relicta sunt, debentur: quia inter cetera, quae militibus concessa sunt, liberum arbitrium, quibus velint, relinquendi supremis judiciis suis concessum est; nisi lex specialiter eos prohibuerit.

Sed lege quidem specialiter prohibitum est primò servis militis testatoris. Nam miles servum proprium sine libertate non rectè instituit hæredem: nec rectè ei quicquam legat. l.13. idem est. §.3. si servum proprium, ff. de testam.milit. Ait Vlpianus: Si servum proprium, quem liberum esse credidisset, miles hæredem sine libertate instituit: in ea conditione est, ut institutio non valeat.

Ratio est, quoniam tunc abest voluntas: quæ sola in militis testamento spectatur. l.s.infi.C.eod.tit. Cuiuslib. 17. obf.c.21.

Nam & si tutorem ideo scriperit, quia liberum putavit: certissimum est, neque libertatem peti posse, neque tutelam libertatis prestationi patrocinari, secundum Papinianum in l.24. fideicommissaria, §.9. ff. de fideicommissar. libert.

Sed cum libertate tamen rectè miles servos suos hæredes instituit. l.7. ex his verbis. ibi, si non errore ductus. C. de milit. testam.

Nisi hoc fiat in fraudem creditorum: quo casu amplius, quam unum necessarium hæredem, instituere non potest. l.15. in fraudem, in pr. ff. de testam. milit. Vigl. in §.

- 7 in §. sed & si quis ante. Inst. eod. tit. Quod si miles alios quidem hæredes instituerit: unum primo, alterum secundo gradu; sed servo suo libertatem tantum directò, hæreditatem per fideicommissum reliquit: scriptis hæredibus postea, tam primo, quam secundo, ante testatorem, vel certè ante aditam hæreditatem mortuis: perinde habetur ac si eidem servo libertas simul & hæreditas directò data esset. l. 13. idem est. §. 4. cum l. seq; ff. de testa. milit.
- 8 Idem est si eodem casu miles servo per fideicommissum & libertatem & hæreditatem reliquerit. l. 42. Ante-  
vinus. ff. de fideicommissar. libert.
- Nam & legatum miles sine libertate restè reli-
- 9 quit jure militari: ut Fortunato liberto meo do lego. quod non perinde est, si & pagani testamentum proponatur: l. 7. ex his verbis. C. de testam. mil. & Novel. 78. c. 4. l. 40. Lucius Titius. §. 1. ff. eod. l. 65. hæreditas. ff. de hæredib. instit. l. 2. ff. de servo necess. har. instit.
- 10 Quod & in paganorum testamentis indulgetur tune, cùm vivo testatore & sciente hæredes deceperint: sin autem ignorantie eo, aut post mortem ejus, omnimodo subveniendum. l. 14. tract abatur. ff. de test. mil. l. 14 eam quam. C. de fideicom. Seba. Med. in tr. de morte. p. 2. concil. 44.
- 11 Libertatem quoq; ex testamento militis acquirere is nequit; cuius libertas L. Aelia Sentia, vel alia lege aliqua impeditur. l. 29. si à milite. §. 1. ff. de testam. milit. l. 4. C. eod.
- Lege enim impediente nulla libertas competit; ne quidem ex testamento militis: Quippe quæ hac in parte nec militib. remissa est: nisi causa manum intendi saltem probabili prius à judice cognita. l. 4. C. d. t. l. 3. ff. de manu-  
12 miss. test. Multò autem minus servus poenæ, (id est, liber homo, cui ob crimen admissum servitus irrogatur conde-  
13 mnatione sive capitali sententia) ex militis testamento

capere potest: quem si scribit heredem, institutio non valere dicitur, d.l. 13. idem est. §. 2. vers. sed si servum pœna.

Nisi tempore mortis testatoris in civitate reperiatur: quo casu incipit convalescere institutio, quasi nunc data hæreditate: Idque ob eam rationem: quod quos miles scribit heredes, institutio incepit vires habere, si mortis tempore tales inveniantur, ut à milite institui possint, d.l. 13. idem est. §. & generaliter, ibi Bald.

Deportati autem licet jure communis ex testamento capere non possunt: quia civitatem amiserunt, utpote ex civibus facti peregrini. l. 1. C. de hered. instit. l. 6. sed si. §. solemus. ff. cod. nihilominus tamen capiunt ex testamento militis: & heredes à milite institui possunt. d.l. 13. idem est. §. & deportati. l. 7. si deportati. §. si miles. ff. de lega. 3. l. 5. C. de testam. mil.

Planè enim jure singulari datum hoc est militib⁹: 16  
ut etiam qui cives non sunt, & quibus cum jure communi non est factio testamenti, heredes institui nihilominus, & ex eorum testamento capere possint: quoniam militū testamenta ad jus gentium reducta sunt, ut notat Bart. in d.l. 13. idem est. §. & deportati. & ibid. DD. communiter.

Porrò ad liberos quod attinet, de his quoque jus singulare introductum est. Neque enim miles liberos suos jure militari, & què ut jure communi, vel heredes instituere, vel nominatim exhereditare tenetur: sed impunè eos præterire, vel sine causa etiā exhereditare potest. § 6. sed si in expeditione. Inst. de exhered. liber. l. 9. sicut certi iuris. cum l. seq. C. de testam. milit.

Nam præteritio à patre milite facta, quasi exhereditatio est, & pro exhereditatione habetur: dum modò de voluntate ejus constet: & si liberos se habere, aut prægnantem esse

esse uxorem sciverit: aut si ignoraverit quidem, sed voluerit tamen, quisquis sibi nascatur, exheredem esse. l. 12. si patronus, in pr. ibi, filium silentio exheredaverit. & l. 47. Pauslus respon. ult. ibi, filii à patre militi prateriti pro exhereditatis habentur ff. de bon. libert. l. 7. qui iure. l. 41. miles ita. §. si miles ff. de testam. milit. l. 9. sicut. cum l. seq. C. cod. tit. Guid. Papa singul. 343. Cuiac. lib. 14. obs. 12.

19. Præterea potest miles tam sibi, quam filio, iure militari testamentum facere: imò & soli filio, tamet si sibi non fecerit testamentum. l. 15. in fraudem. §. s. Item tam sibi. & l. 41. miles ita. §. ult. ff. de testam. mil.

20. Sed & pater filio suo substituere potest, quamvis in potestate ejus maneat. d. l. 41. miles ita. §. miles. l. 28. cum filius fam. ff. de testam. mil.

Quin etiam post pubertatem liberis suis substituere potest; idque verbis directis & civilibus. l. 15. Centurio.

21. ff. de vulg. & pup. substit. l. 8. precibus. C. de impub. substit. Ita tamen ut verba directa trahantur ad fideicommissum: ac proinde patris tantùni bona cum fructibus substitutus petat, filio post pubertatem mortuo: eo autem ante pubertatem mortuo, petat & patris & filij propria, exclusis plenè legitimis. d. l. precibus. d. l. Centurio. ibi Zas. Alc. Ripa. & latè Bolognet. Cuiac. lib. I 1. obs. 25. & lib. 12. obs. 27. Fr. Man-  
tic. lib. 7. de coniect. ult. volvnt. c. 10.

22. Nec interest, ex legitimis sitnè mater, an alias agnatus, qui substituto præferri velit: contrà quam existimat Accursius cum sequacibus: qui inter matrem & alios legitimos distinguit, nulla lege aut ratione nixus.

23. Quod si in primum tantum casum impuberi filio substituerit: (veluti delata hereditatu) isque patri heres extiterit: non jam ad substitutum, sed ad legitimū bona omnia.

omnia pertinebunt. d.l. precibus. Siquidem in substitutione militum non est locus constitutioni D. Marci : qua substitutione filio impuberi facta in altero, (*velut adquisita hereditatis*) in utruq; casum facta intelligitur, sive filius heres non extiterit, sive exstiterit, & impubes decesserit. l.4. in pr. ff. de vulg. & pupil. subst. Vacon. decla. 16. & 64. lib. 4. Duaren. lib. 2. disp. c. 7. Paul. Leon. in tract. subst. sub Rubr. de vul. subst. n. 120. & sub Rubr. de pupill. subst. n. 49. & sub Rubr. de compendio. n. 38.

Quæ sane jura omnia aliter se habent in pagano. 24  
rum substitutione: quippe ab his facta impuberi filio substitutio verbis directis, planè est nulla: nec trahitur ad fidicem commissum. l. 7. verbis. ff. de vulg. & pup. subst. Sicut & ab iisdem facta substitutio in primum casum, alterum quoq; continet, ex constitutione D. Marci. d.l. 4. in princ.

Ideoq; si filius heres extiterit, sed intra pubertatem decesserit: bona ad substitutum pertinent: non ad legitimos: ne ad matrem quidem. l.45. Lucius. ff. de vulg. & pupill. subst. l. 2. C. de impub. subst. Nisi forte voluntas testatoris liquidò contraria fuerit. l. ult. C. de insit. & subst.

Plaue in eo similis est ratio pagano: quod si miles duos diversæ ætatis aut conditionis instituerit, veluti filiam impuberem & extraneum puberem: eosque iisdem verbis in vicem substituerit: hæc substitutio eo solùm casu locum habeat: quo pariratione potuit utriq; substituere; d.l. 4. §. 2. & d.l. 45. Lucius Titius in pr. & l. 6. in testamento C. cod. l. 2. C. de impub. subst.

Nisi tamen substitutus probârit, testatorem de utroque casu sensisse. d.l. 6. in testamento. Eo amplius miles emancipato filio quoq; substituere potest. d.l. 41. miles ita. 27  
§. miles. 4. quod alias secus est in pagano, qui filio emancipato non potest substituere. l. 2. in pr. ff. de vulg. & pupil. subst. Potest

Potest etiam iis, qui hæredes extiterunt, & extranctis à se institutis heredibus substituere: idque non tantum expressè, ut si certa ætas exprimatur, veluti si *Caius filius meus heres erit, & intra XXV. aetatis annum morietur, Sempronius heres esto*: sed etiam verborum compendio, ita ut nulla certa ætas exprimatur: veluti *Quando cum Caius filius heres meus diem suum obit, Sempronius heres esto*. Ex qua tamen substitutione ipse tantum militis testatoris, non etiam priuvi instituti heredis bona conséquitur, veluti ex causa fideicommissi. *a.l. precibus, d.l. Centurio, & l.s. milites, ff. de testam. milit.*

29 Propriè enim causa fideicommissi non est, ex qua substitutus filius bona militis patris à matre petere possit: sed potius ex privilegio militum. *h.e. ex jure militari substitutionis hoc ei conceditur, d.l. Centurio, ibi Socin. & d.l. precibus, & d.l. o. in testamento. Continuit lib. i. disp. c. 3.*

30 Præterea in testamento militis singulare hoc jus est: quod mulier, in quam turpis suspicio cadit, ex eo capere non queat: etiam si miles deceperit intra annum missionis honestè vel causatiæ, valente adhuc testamento militari. *d.l. 41. miles ita, §. mulier. ibi Bala.* Cujusmodi est mulier stupro vel incestu cognita: quæ in contubernio militis sit, quæ focaria alibi dicitur, quasi foco assidens, aut focum curans: & coquinæ causa plerunque habetur; est quæ culinaria. *l. 12. præstuum est. ff. de instruct. & instrum. leg. l. 2. C. de donat. int. vir. & uxor.*

Nam & si legatum ei relictum sit, tanquam indigentia personæ auferitur, & fisco applicatur. *l. 14. mulierem. ff. de his quæ ut indign. aufer. Paul. lib. 3 sent. c. 5. §. 37.*

31 Ratio hujus juris hæc est: partim quia illegitima conjunctio est, & stupri species quædam: partim quia militæ

litia impedimentum censetur: ne scilicet miles ex amorem a seco seductus, indigna personae bona sua multo labore multisque periculis parta relinquat.

Quam ob causam nec donatio focariæ facta à militi subsistit. l. 2. C. de donat. int. vir. & uxor. Licet alias meretrici, saltem affectionis gratia, inter vivos donare possit. l. 5. ff. de donat. l. 4. §. 3. ff. de condic. ob turp. caus.

Qua de re hanc in sententiam rescripsit Imp. Antoninus. Si (inquit) ancillam nummis tuis comparatam esse Præsidii provinciæ probaveris: donationis è causa focariæ tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum: eam tibi restitui jubebit. Nam licet cessante matrimonii iure, donatio perfici potuerit: milites tamen meas à focariis suis hac ratione, fictisque adulacionibus spoliari nolo.

Aliud verò est in concubina: cui donatio facta valet: quoniam concubinatus legibus Romanis est species matrimonii, & conjunctio legitima censetur, licet hodie ex juris divini authoritate sit improbata. l. 3. §. Divus. l. 5. 8. si prædia. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 5. ff. de donatio.

Qua ratione quæritur, an idem statuendum sit de clericis & sacerdotibus, qui focariis suis donant; nam & hi pro militibus habentur. l. 3. 4. sacrosancta. C. de Episcop. & Cleric. Et placuit nullam esse ejusmodi donationem, exemplo militum: licet privilegia militaria non usque quaque ad clericos pertineant: de quo causa ita con-

culuit Rolan. à Valle cons. 98.

lib. 1.

## CAP V T IX.

## DE PRIVILEGIIS MILITUM TESTAMENTARIIS, QUÆ AD RES &amp; BONA IPSORUM SPECTANT.

## S V M M A R I A.

1. Militaris substitutio qua.
2. Miles ex certo tempore & usq; ad certum tempus hæredem scribere potest: & quid si utroq; modo hæres scriptus sit. n. 3. aut etiam unus duntaxat. n. 4.
5. Miles quo tempore intestatus erit, succedit ei legitimus hæres: & à quo legata debeantur.
6. Miles ex certa re, veluti fundo, hæredem patet institueret: ut & de parte bonorum testari: n. 7. Aliud est in veterano. n. 8. & multò magis in pagano. n. 12. & 13.
9. Miles pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest: & quando præsumatur. n. 22.
10. Ius accrescendi non habet locum in militari testamento & cur. n. 11.
11. Miles alium hæredem bonorum castrorum, alium paganorum facere potest: & quatenus ea ad legitimos hæredes pertineant, vel non. n. 15.
12. Idem de prædiis urbanis vel rusticis.
13. Idem de bonis paternis vel maternis: etiam in diversis locis sitis: & quomodo haec differant, quo ad artis alieni aut aliarum præstationum compensationem. n. 18.

19. In testamento militis cessat Falcidia.
20. Quid si unius audeat heres, alter repudiet ob eas alienum?
21. Hares ex quota institutus, an & quatenus totam hereditatem consequatur?
22. Miles in dubio iure communio an militari testari presumatur. & n. 26.
23. Miles ius commune ignorare censetur.
24. Ignoti nulla cupido.
25. Miles pro parte, ut bonorum, ita temporis decidere potest: non item paganus.
26. Conditionum eadem in milite ratio, que in paganis.
27. Captatoria institutio in militis testamento nullius momenti est.
28. Pana SC. Liboniani etiam locum habet in testamento militis.
29. Ius singulare militis in legatis & fideicommissis.
30. Bonorum possessio patrinon datur contra tabulas filii militis in bona castrensis.
31. Miles an & quomodo suo testamento tutorem possit dare liberis.
32. Miles in aliena potestate constitutus non potest dare tutorem.
33. Miles salva L. Aelia Sentia servos manumittere debet.
34. Miles si duo testamenta fecerit, utrum valeat, prius ne, an posterius, an utrumque, an neutrum. n. 37. & 38.
35. & quid si codicillos postea fecerit. n. 39. sive ante militiam. sive in militia. n. 40.
36. Miles codicillis an heredem instituere possit.

PORRO.

PORRO de privilegiis, quō ad res ipsas sive bona militum, aliaque quae in testamento relinquuntur, veluti legata, fideicomissa, libertates, tutelas, & similia pertinent, breviter videndum. Quo in genere in primis singularare est illud, de quo modo est dictum: quod miles non tantum instituere heredem potest, sed etiam substituere in instituto cuiilibet extraneo, qui haeres futur⁹ sit. l. 5 ff. de testam. milit. l. 6. in fi. C. eod. tit. Quæ species substitutionis dicitur *Militaris substitutio*: de qua suo loco copiosius dicatur.

Sed & ad tempus & ex tempore miles heredem instituere potest: id quod pagano facere non licet: perinde ut & ex conditione & in conditione. l. 15. in fraudem. §. miles. l. 19. quarebatur. §. ult. l. 41. miles ita. ff. d. t. l. 8. certe. C. eod.

Si quis igitur à milite haeres ad tempus puta *Quo ad vivit*, fuerit scriptus, & aliis ex tempore vel post tempus: posterior heres, id est, ex tempore scriptus non debet legata à priore herede relict⁹: nisi alia voluntas militis probetur. d. l. 19. quarebatur. in fi. .

Cujus consequens est, ut qui unum duntaxat haeredem scriptis: siquidem ad tempus, eo laps⁹ intestati faciat exitum: sin vero ex tempore, ut statim ab initio intestatus sit, donec dies veniat; id est, ut antequam dies veniat, quo admittatur institutus, intestati haereditas deferratur. d. l. miles ita. in princ.

Quamvis alioqui legata ab instituto relicita praestare substitutus teneatur: & ab instituto relicita, eadem à substituto repetita videantur voluntate testatoris. l. 74. licet. ff. de legat. I. Alcias. lib. 2. præsumpt. c. 35.

Præcipuum vero, quod ad res attinet, militaris testamenti

stamenti privilegium est: quod miles etiam ex certa re, veluti fundo, heredem instituere potest: ita, ut in ceteris rebus legitimi heredes ei ab intestato succedant. l. 6. si miles ff. de testa. milit. Id quod pagano facere nullo modo licet, inst. de hered. instit. l. 15. si certarum. in pr. l. 36. militis ff. h. t. l. 41. cohheredi, in ff. de vulg. & pup. substit.

Sic & de parte bonorum miles testari potest, & heredem facere castris saltem bonorum, aut paternorum tantum: ita ut cetera bona ad legitimos heredes ejus devolvantur. l. 1. ex militari. §. ult. cum ll. duobus, seqq. ff. h. t. l. 2. C. eod. tit.

Quod si tamen postea decedat veteranus universa bona, etiam paterna, ad heredem castris pertinere, ex sententia Marcelli scribit Vlpianus in d. l. 13. idem est. vers. Neque n. iam potuit de parte bonorum testari. ff. h. t. & in l. 19. re hereditate. §. 2. filius fam. ff. de cast. pecul.

Nam & miles pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest, d. l. 6. si miles. d. l. 19. filius fam. & l. 7. ius nostrum. ff. dereg. iur. Felin. inc. ex offici. de praescript.

Quo tamen casu si duobus à milite scriptis heredibus alter hereditatem omisit: pars alteri heredi non accrescit: sed pro parte ea intestatus decessisse intelligitur: & pars ejus ad legitimos heredes defertur: nisi aliud sensisse testatorem manifeste appareat, l. 37. si duobus. ff. h. t. & l. 1. & 2. C. eod. l. 42. filius. §. 1. ff. de bon. liber.

Siquidem in militis testamento non tam heredum qualitas, aut genera successionum, vel gradus; que omnia civilia sunt; quam nuda militis voluntas, spectatur: neque in eo, ut in paganico testamento, hereditas

ditas representat personam defuncti, in pr. Inst. de stipul.  
servor.

12 Aliud verò est in pagano: à quo ex parte institu-  
tus hæres, simul non adjectis cohæredibus, nihilominus  
assim obtinet: causa scilicet testati trahente ad se cau-  
sam intestati: ut in specie l. pen. ff. de iniust. rupt. & irri.  
testam.

13 Perinde ut ex die vel ad diem scriptus ab eo hæres,  
circumscrip<sup>t</sup>o die quasi mendo testatoris, & vitio tempo-  
ris sublato, statim fit hæres, manetque firma & rata insti-  
tutio. l. 3 4. hæreditas ff. de hæred. instit.

14 Præterea miles hæredem alium instituere potest bo-  
norum castrorum, alium verò cæterorum bonorum,  
quæ in paganico habet: ita, ut si alter bona sua adire no-  
luerit, alter nihilominus sua tantum habeat: reliqua ad  
legitimos perveniant, d. l. 1. & 2. & d. l. 17. si certarum, §. 1.  
l. 1. C. eod.

15 Nisi tamen is qui adiit, aut alteri substitutus fuerit:  
aut probarit in ilitem testatorem ejus, qui non adiit, par-  
tem ad se quoque pertinere voluisse, d. l. 1. d. l. si duobus.

16 Sie & miles unum prædiorum urbanorum, alte-  
rum rusticorum, tertium aliorum bonorum hæredem  
posse facere creditur. d. l. si certarum. in princ.

17 Sed & miles alium bonorum paternorum, alium  
maternorum: & rursus alium tertium Italicarum, alium  
provincialium: ac præterea alium honorum quæ in una,  
alium quæ in alia habet proyincia, hæredem facere po-  
test. l. 55. ex facto. l. 78. qui non militabit. ff. de hered. instit.  
l. 16. cog. §. sed & si miles. ff. ad SC. Trib.

18 Enim vero inter institutionem illam quoque,  
quæ partim sit in bonis castrorum, partim in  
cæteris

cæteris bonis : & inter eam quæ in solis paganicis fit : ita ut uni provincialia vel paterna, alteri Italica vel materna sint relicta: non parva est differentia, saltem quoad æris alieni aliarumque præstationum communicationem & compensationem: quippe in hac , aquæ ut in testamento privatorum, sit compensatio. d.l. si certarum, §. 1. l. 16. cum milites. ff. de compens. In altera vero illa non item, d.l. si duobus. & d.l. 78. qui non militabat.

Quamvis in Falcidia eadem utriusque institutio-  
nis militaris sit ratio. d.l. si certarum, in fin. cum l. seq. & l. 19  
l. 2. in testamento: C. d.t. l. 7. C. ad L. Falcid. & l. 17. si post mis-  
sionem. l. 95. maritus. §. ult. & l. ult. ff. eod. tit.

Quod si vero alterutra pars bonorum , veluti ca-  
strensum , suo æri alieno non sufficiat: & propter hoc 20  
castrensum haeres non adierit; compelletur alter pagani  
corum heres, qui adiit, aut totam haereditatem defendere,  
aut totam creditoribus solvere. d. l. si duobus. §. 1. vers.  
quod si.

An autem ex parte, ut vocant, quota sive assis, ut ex-  
triente , à milite institutus , reliquam omnem haeredita-  
tem habere debeat, dubitari potest. Sed hoc tamen ex 21  
voluntate militis definiendum videtur: ut si habere to-  
tam eam velit, consequatur: de quo est casus singularis in l.  
3. C. de testam. milit. Alias vero non item. d. l. 19. quere-  
batur. ibi, cum ex parte haeredem instituere possit.

Sed & magna controversia est inter DD. an si miles  
ex certis partibus unum vel plures haeredes instituerit, &  
de reliquis partibus nihil disponuerit, semper idecirco ex  
parte testatus, & ex parte intestatus decedere dicatur? Et  
sanè communis est DD. opinio , cùm liberum sit militi,  
vel jure communi , vel militari , testamentum facere. l. 3.  
l. 36

23 l. 36. militis. §. veteranus. ff. de testam. milit. eum in dubio potius jure communi, quam militari testari voluisse. Quod communiter probatur per l. 3. & l. 6. in testamentis ibi, sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit. C. d. t. & ibi. Br. Bl. Angel. Salic. Paul. de Castr. Dec. Corne. & alii. & per d. l. quærebatur. ibi. si specialiter hoc expresserit. & not. Det: in d. l. 7. ius nostrum. ibidemq. Cagnol. & VVesenb. cons. 17. nu. 37. lib. 1. & in addit. ad Schneid. Inst. eod. tit.

24 Sed contrarium tamen verius esse videtur: propterè, quod miles jus commune ignorare censetur. l. 1. C. de iur. ignor. l. ult. §. 1. ibi, arma magis quam iura milites scire debent. C. de iur. delib. & in pr. Inst. de milit. testam. Ideoque miles potius militari, quam communi jure testari voluisse creditur. d. l. 5. miles. ibi, creditum d. l. 37. si duobus. ibi, videbatur. Neque enim quod quis ignorat, velle præsumitur: quoniam voluntas notitiam præsupponit: & ut apud Poetam est, Ignoti nulla cupido. arg. l. 2 I. mater, in pr. l. 23. in repudianda. ff. de acquir. & omitt. hered. l. ult. §. sin autem nescius. C. de furt. cum similib.

Nec sanè credendus est quisquam genus testandi  
26 eligere ad impugnanda sua judicia: sed magis utroque genere uti voluisse propter fortuitos casus, quemadmodū plerique pagani solent, cum testamenta faciunt, per scripturam adjicere; velle hoc etiam vice codicillorum valere, ex sententia Pomponii, secundum quam etiam Divus Marcus rescripsit apud Vlpianum in l. 13. ff. de testam. mil. l. 8. §. 1. C. de codicillis.

Neque verò obstant leges supra allegatae, in quibus facti potius, quam juris, continetur quæstio. Facta autem in dubio non præsumuntur, nisi

D d proben-

probentur: ut omnino opus sit specialiter exprimi, jure suo militem discedere voluisse: alioquin in dubio jure communi testari voluisse non presumitur, de quo plura Easq. de success. creat. lib. 3. §. 24. lim. 1. n. 45. & lib. 3. de success. progress. §. 20. n. 10. & Ioseph. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1058.

Quemadmodum autem pro parte bonorum miles <sup>27</sup> decedere potest: ita etiam pro parte temporis. l. 25. in fraudem. §. miles. ff. de testam. milit. l. 8. certi. C. eod.

Longè secūs est in pagano. l. 65. hæreditas. ff. de hered. insti.

In conditionibus tamen, quæ adscribi solent insti-<sup>28</sup> tutioni hæredis, nihil speciale habet miles: veluti ne turpis, ne bonis moribus contraria conditio institutioni opponatur: quippe quæ æquè in militis, ac paganı, testamen-<sup>to</sup> rejicitur. l. 29. si à milite. §. edictum. ff. de testam. milit.

Nam & captatoria institutio tanquam indigna in-<sup>29</sup> genuo & libero homine & bonis moribus contraria, ut pote quæ expiscatur hæreditatem alienam potius, quam offert suam, in militis testamento nullius momenti est. l. 11. captatorias. C. de testam. mil. l. 70. captatorias. ff. de hered. insti.

Ac proinde si quis se scribat hæredem in testamen-<sup>30</sup> to militis non minus incidit in SC. Libonianum, & falsi poenam; quam qui in paganico testamento sibi hæreditatem adscribit. d. l. in fraudem. §. si quis. & i. t. Cod. de hu qui sibi adscribunt.

Sic & in legatis & fideicommissis nihil speciale <sup>31</sup> admodum habet miles: nisi quod legata ex testamento militis valent etiam ultra Falcidiam: quippe quæ in his le-  
gatis,

gatis, quæ testamento à milite data sunt, lócum non habet. d. l. si certarum. §. ult. cum l. seq. l. 12. in testamento. C. co-  
tit. l. ult. ff. ad Falcid. l. 7. C. d. t. sicut nec in bona castren-  
sia contra tabulas filii militis datur bonorum possessio, ex  
rescripto D Antonini Pii, de quo est apud Paulum in l.  
30. nam in bonis. & l. 29. si à milite. §. ult. ibi Bald. ff. de testa.  
mil. §. presbyteri. Auth. de sanctiss. Episc. Cuiac. lib. 8. obser. 5.  
23. Reward. de auctorit. prud. 5.

32 Præterea miles etiam dat tutorem testamento libe-  
ris suis imuberibus: in quo & ipso nihil speciale reperi-  
tur: nisi quod miles, æquè ac paganus, cum alterius inju-  
ria tutorem dare prohibetur: l. 28. cum filius fam. ff. de testa.  
milit. veluti si filius fam. miles filio suo impuberti, qui in

33 avi potestate est, tutorem dat, non potest miles hac in re  
jus avi minuere, in cuius potestate est filius militis: ideoq;  
non valet ea tutoris datio. d. l. 28. cum filius fam. & l. 5. ff. co.  
l. 2. ff. de testam. tut. l. 40. impuberi. ff. de admin. & peric. tut.  
& latè Socin. in d. l. centurio. n. 10. & seq. Hieron. Verin. in l.  
43. ex fasto. n. 107. ff. de vulg. & pup. subst. Aretin. ad princ.  
Inst. de pupil. subst. not. 1. Lancel. Polit. in tract. subst. - sub  
Rub. de pupil. subst. n. 58.

Neque enim is, qui in aliena potestate est, tutorem  
34 dare potest. d. l. 2. & miles ita. 41. §. nec tutorem. ff. de testa.  
mil.

35 Libertatis denique datio ad testamentum quoq; per-  
tinet: in qua & ipse nihil habet miles singulare: quippe qui  
salva lege Aelia Sentia servos suos manumittere debet. d.  
l. 29. si à milite. §. r. l. 4. C. cod. tit.

36 Postremò his addendum est illud, plura quoque  
testamenta facere militi licere: eaq; valere omnimodò:  
sive simul ea fecerit, sive separatim.

Quod si tamen utrumque testamentum de tota & universa hereditate fecerit prius tollitur per posterius: nisi expresse saverit, utrumque ut valeat. l. 19. quarebatur. & l. 33. si miles ff. d. t. Petr. Fab. in l. 7. ff. de reg. iur. Fortatul. Recyos mant. dial. 13. Sin autem de aliis rebus prius, de aliis vero posterius fecerit testamentum: quamvis ab eo specialiter non sit cautum, ut utrumque testamentum valeat: nihilo minus tamen ex tacita voluntate non infirmatur prius per posterius: sed utrumque valet testamentum: siquidem in dubio credendum est, quod miles jure suo uti voluerit. l. 92. si miles ff. ad Falcid. l. 8. Papinianus. §. Papinianus. in ff. de inoff. testam. l. 5. ff. de probat. l. 9. cum centum. & ibi gl. ff. de adim. vel transfer. legat. Vasq. lib. 3. de success. creat. § 24. lim. 24.

Quod si vero posteriore testamento miles posthumos instituerit: iisque non in lucem editis, se ad prius testamentum redire testatus fuerit: non tantum heredis institutio, sed cetera quoque erunt irrita: nisi ea nominatim confirmaverit. l. 27. Centurio. ff. de testam. milit.

Et si in posteriore testamento heredis fidei commiserit, ut prius valeat: utrumque valet testamentum: sed prius tamen illud non ipso jure, sed per fideicommissum valet: atque adeo in causam fideicommissi totum convertitur: non solum quoad legata & libertates, sed etiam quoad institutionem. d. l. 19. quarebatur. in fin. princ. & l. 12. posthumus prateritus. §. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. testa. Potest enim institutionem efficere precariam, quae erat directa, & e diverso: perinde ut & codicillos in potestatem institutionis redigere potest. d. l. 19. quarebatur. in pr. vers. Quin imo & si codicillos. ibi gl. Bald. & ceteri DD.

Sed & si miles testamentum fecerit, & postea codicilos

cillos: quibus partem dimidiā hæreditatis dederit: testamento scriptus licet ex āsse hæres, partem tantūm dimidiā habebit: legata autem testamento data communiter debentur. l. 3. 6. militis codicillis. ff. de testam. milit.

Quod si etiam miles testamentum quidem ante militiam, sed codicilos in militia fecerit: codicilli valent 40 jure militari: quamvis testamentum valeat jure communii. l. 8. conficiuntur. §. 3. si miles. ff. de iur. codicill.

E diverso autem si testamentum in militia, codicilos post militiam fecerit; & intra annum missionis moriatur: plerisque placet in codicillis regulas juris communis spectari: quoniam à milite facti non sunt: Cætero-quin militem codicilos facere posse jure militari, non est dubium. l. 4. 8. §. 3. & l. 9. Aristo. ff. de iur. codicill.

41 An autem miles codicillis hæredem instituere possit, quæritur. Et quamvis aliud quibusdam videatur: verius est tamen, non posse: nisi ad testamentum sint facti codicilli: quibus etiam hæreditas jure videtur dari. d. l. militis codicillis. l. 2. §. 1. l. 13. illud. §. 1. ff. de iur. codicill.

Cæterum hæredis institutionem & aditionem hæreditatis, quæ partim ad substantiam testamenti, partim ad executionem ejus pertinent, ne à milite quidem omititi posse, perspicuum est. l. 3. 3. si filius fam.

§. 2. ff. de testam. milit.

## C A P V T . X.

D E P R I V I L E G I I S M I -  
 litum in ordinandis testamentis,  
 eorumq; formâ & solen-  
 nibus.

## S V M M A R I A.

1. Septem testamenti paganici solennia pleragi militibus remissa.
2. Militis testamentum sola voluntate perficitur.
3. Militare testamentum non civili, sed gentium iure censetur.
4. Formula testamenti militaris.
5. In militis testamento non opus est scriptura aut nuncupatione solenni.
6. Testamentum militis notis scriptum valet, non item pagani.
7. Militi testatori vagina, clypeus, pulvis, humus charta loco esse possunt: sanguis pro atramento: ensis pro stylo, penna ac calamo.
8. Testamento militis qualibet scriptura est idonea.
9. Septem testium numerus aut presentia non requiritur in militis testamento: ut nec rogatio testium. nu. 11. nec signatio aut subscriptio eorum. nu. 18. nec unus contextus temporis. n. 24.
10. Glossa reprehensa de numero testium in militis testamento requisito distinguens.

12. Ad fidem faciendam testamenti militaris sufficiunt duo testes etiam non rogati: immo unus, & quandoque nullus in facti evidentia. n. 13. & in eo differentia inter testamentum militis scriptum & nuncupatum n. 14. & 15.
16. Non qualibet militis oratio heredem se aliquem facere dicentis, sed testatio pronunciata, vim testamenti habet: & cur. n. 17.
19. Imperfectum militis testamentum valet: non item pagani. n. 20.
21. Peregrini & foemine testes esse possunt in testamento militis. & cur. n. 22.
23. Hominis nomen virum & sexum complectitur.
25. Militis testamentum non infirmatur qualibet capitio diminutione, ut pagani: veluti adoptione aut emancipatione. n. 26. sicut nec fit irritum non adiuta hereditate. n. 27. nec rumpitur agnatione posthumus prateriti. n. 28. nec posteriore testamento. n. 29. nec in officioso querela. n. 30. nec bonorum possessione contra tabulas. n. 31.

**R**E LIQVM est, ut de privilegiis militum in ordinantis testamentis, quatenus scilicet forma eorum & solennitas consideratur, deinceps absolvamus. Supradictum dictum est, septem esse testamenti paganici solennia: quorum tamen pleraque militibus remissa sunt: neque ea solennia dant taxat: sed aliae quoque juris civilis regulae & leges, libertatem voluntatis militum, quae in testamento eorum potissimum spectatur, quoquo modo restringentes. l. 13. idem est. & l. 17. si certarum. ff. de testam. milit. l. 14. si a fratre. & l. penult. c. eod. tit.

Plenè.

Planè enim nudâ militis voluntate ntitur militare testamentum: nudâ, inquam, voluntate, id est, ea quæ præter animi motū nihil continet: & ab omni realiâ planè aliena est. arg. l. 7. iuris gentium. §. sed nulla, ibi, nuda patet. ff: de part cum similibus. h. e. quæ absque omnibus solennibus juris civilis per se ipsa subsistit: cùm alioquin multa in testamento paganico observentur necessariò: sed militibus justa ex causa, (ut suprà dictum est) remittuntur: quippe quorum testamenta jure gentium, non civili censentur: ut ea duntaxat, quæ rationem habent naturalem, tamque evidentem, & quæ facile à quovis homine, saltem judicio communi prædicto, perspici possunt: militibus observanda relinquantur: ac proinde milites facere possint testamenta, QVOMODO VELINT AVT<sup>4</sup> QVOMODO POSSINT: aut, ut in Basilicis legitur, διποτε τέσπω δύνανται νη βέλονται. Quibus verbis olim libertas & jus testamenti militaris, (ut suprà demonstratū est) à veteribus describi solebat. §. sed hactenus. l. i. l. 40. Licius Titius. l. uli. ff. de testam. mil. l. i. & l. 15. milites. C. d. t. l. 1. ff. de bon. poss. ex test. mil.

Rectè enim Imperator Iustinianus: Militibus aut armatis civilium causarum ignorantia est: & solius circa bella concupiscentiæ causa est studiosa, & justè laudabilis, ut est in Novel. 74. Quib. mod. nat. eff. c. §. Quisquis autem. Et verò (ut Livius lib. 4. ait.) bellorum necessitates non exspectant humana consilia: ac propterea (ut Caliodorus lib. 2. var. c. 17. monet) mens militis devota præliis nec debet aliis cogitationibus occupari: siquidem animus ipsius non potest esse in audaciam pronus, qui diversa fuerit curâ sollicitus. Multa ergo ex eo consequuntur ὡρίσμata: quæ tanquam exempla hujus regulæ breviter perstrin-genda sunt.

Primum

5 Primum igitur solennis illa in testamento militis scriptura aut nuncupatio non requiritur, de qua supra dictum est. Nam & notis sive literis singulariis scriptum militis testamentum valet. l. 40. *Lucius Titius in pr. ff. de testa. mili.* Cūm alioqui testamentum commune, quod notis 6 perscriptum est, nullo jure valeat. l. 6. sed cūm. S. ult. ff. de bon. poss. Sic enim ibi scribit Ictus: Notæ (inquit) non sunt literæ: & tale testamentum neque jure civili, neque Prætorio valet, si factum sit à pagano: à milite factum valet.

7 Sed nec interest, militis testamentum in chartis scriptum sit atramento, an in vagina, aut clypeo, vel thorace literis sanguine suo rutilantibus: aut etiam in pulvere, hasta, vel gladio signatum: saltem in ipsa acie & discrime. d. l. 15. *milites. C. de testam. mil. & Novel. Leon. 40.* De quo est etiam in Synopli Basilic. lib. 35. tit. 3. ex tit. 21. ca. 51. τοῖς μὲν οὐ νόμος λογοισμοῖς ἔχεται, καὶ τοῖς ἔχεται εἴτε ἐν τῇ ξιφῷ θήκην η τῇ αποιδί γράμματι τῷ ιδίῳ αἴραται, ἐγυθραινομένοις σημειώσεται, εἴτε τὸν κοινοεργόν, τατέστιν εἰς τὸν γῆν ἐγγράψει τῷ ξιφεῖ, εἴτε αὐτῷ τῷ καρφῷ, εἴτε εν τῷ πολέμῳ τῆς ζωῆς τὸν κλῆρον καταλιμπάνει, τοιαύτῳ τῷ βέλησιν οχυρῶς εἴναι προσῆκεν, id est, Iuris rationibus licuit ac semper licet, si quid vel in vagina, vel clypeo, literis sanguine suo rutilantibus adnotaverit: aut in pulvere, hoc est, in terra, gladio inscripserit, sub ipso tempore, quo in prælio vitæ sortem derelinquit: hujusmodi voluntatem firmam & stabilem esse oportet.

De hoc præclarè admodum Hegesippus lib. 5. Histor. Verē (inquit) bellicum sive militare testamentum est: non atramento scriptum, sed sanguine; non in charta, sed in mucrone.

Planè enim scriptura quævis idonea est: modò in 8.  
telligatur, & ea militis fuisse voluntas appareat d.l.milites.

Deinde in militis testamento nec septem testium numerus aut præsentia: neque rogatio eorum, multò mi-<sup>9</sup>  
nùs eorundem subscriptio aut subsignatio requiritur, in  
pr. Inst. cod. tit. ubi Imp. sic ait: Quamvis milites neq; legi-  
timum testium numerum adhibuerint: neque aliam so-  
lennitatem impleverint: nihil o minus recte testantur.

Quanquam enim vulgo ab interpretibus tradita  
est, & communiter recepta illa distinctio: militem, qui in ca-  
stris versatur, duos tantum testes rogatos adhibere debere:  
in acie autem nullo planè teste rogato opus esse, secun-<sup>10</sup>  
dum gloss. in §. planè ibi, convocatis ad hoc hominibus. Inst. de  
milit. test. a. & in d.l.milites. verb. sub ipso tempore. & d. l.  
24. Divus. verb. convocatis. & in l. 39. Pamphilo. §. proposi-  
tum. verb. contubernali. ff. de lega. 3. Zas. conf. 6. n. 22. lib.  
1. Mynsing. Resp. 6. n. 5. dec. 5. Geil. lib. 2. obs. 118. num. 17.  
Tamen hæc distinctio nusquam in jure expressa est: sicut  
nec de solenni testium rogatione in militis testamento  
uspiam quicquam traditum legitur.

Nam generaliter jure civili constitutum est, ut mi-  
litis valeat testamentum ex nuda ipsius voluntate quo-  
quo modo declarata, d.l. milites. §. planè ibi, quoquo modo  
declarata. l. 1. in pr. l. 15. in fraude. §. 7. ff. cod. l. 35. miles si.  
in vers. nam militis testamentum sola perficiunt voluntate.  
ff. de testam. mil.

Sed nec ius gentium, quo militare testamentum <sup>11</sup>  
censetur, hoc exigit, ut rogati testes adhibeantur. Nam  
ne quidem in testamento parentis inter liberos, vel ad pi-  
as causas, in quo & ipso pariter juris civilis solennia ab-  
rogata

rogata sunt, per leges testium rogatio necessaria est: ut supra est demonstratum.

12 Denique ubi rogatio testium desideratur: non potest dici simplicem & nudam voluntatem sufficere: Imo testium numerus, ut & probatio omnis, est facti: & ideo lege certa opus est; quæ nulla hoc casu profertur. Itaque si scriptura militis voluntatem continens producatur: duo testes, etiam non rogati, sufficiunt ad probationem legitimam. d.l. Lucius Titius.

13 Quin imo, si nulla sit falsitatis suspicio, saltem unus testis etiam non rogatus: aut si alioqui res evidens sit, etiam si nullus plane testis sit, in hoc casu sufficit. d. §. planè. Inst. cod. & ibi Theoph. & Vigl. n. 5. d.l. 40. Lucius. Connarus lib. 9 comment. iuris civil. c. 5. n. 9. Vasq. lib. 2. de success. creat. §. 12. n. 24. & lib. 3. §. 24. n. 19. Tiraq. de privil. pie caus. privil. 3. circa fin.

14 Est tamen inter scriptum & nuncupativum militis testamentum aliquod discrimen. Nam si miles in expeditione ultimam suam voluntatem scriptam reliquit: sanguine tunc non potest temerè testatus videri: & siquidem nulla falsitatis subsit suspicio: sufficit ipsa scriptura militis testari volentis: ne opus erit alia probatione. d. §. planè. & l. 24. D. Traianus. ff. cod.

15 Quod si vero dicatur miles viva voce nuncupasse ultimam suam voluntatem: omnino tunc probari illud necesse est: quod scilicet serio, & quidem testandi animo ac voluntate, pronunciaverit: non autem joco, aut ludericis verbis, fortè inter pocula, aut in sermone familiaris, quasi aliud agendo. d.l. Divus Traianus.

Idque per duos testes probandum est: qui non obiter militem audiverint jactantem: sed qui

certas referre circumstantias queant: ex quibus animus testandi certò possit colligi: qua ipsa in re tamen quandoque unus etiam testis cum adminiculo aliquo satis esse potest. d. §. planè. & ibi Theophil. in pr. Natta in l. 21. hac consultissima. §. ex imperfect. q. 30. & n. 160. C. de testa. Corn. cons. 149. & 215. lib. 2.

Cæterum si, ut plerunque fit, in convivio aut fa-<sup>16</sup>  
miliari colloquio aut per jocum miles alicui dixerit: *Ego te hæredem facio: aut Bona mea tibi relinquam:* quia hoc ci-  
viliter magis, quam ex animo, dixisse videtur: sanè non  
æquum est, si nihil aliud probetur, ex quo animus testan-  
di serius & indubtatus colligi queat, ea verba, pro militis  
testamento observari, d. §. pl. in è. ibi Theoph. & Raver. num.  
13. & seq. d. l. *Divus Traianus.* ubi in hunc modum Sta-  
tilio Severo (*Sic enim legendum, non Cæsareum.*) rescripsit Im-  
perator: Id privilegium, quod militantibus datum est, ut  
quoquomodo facta ab iis testamenta, rata sint, sic intel-  
ligi debet: ut utique prius constare debeat, testamentum  
factum esse, quod & sine scriptura, & à non militantibus.  
fieri potest.

Neque verò eujusquam alterius interest magis,<sup>17</sup>  
quam ipsius militis, cui id privilegium datum est: quosli-  
bet sermones pro ultima voluntate non haberi: quia ali-  
oquin non difficulter post mortem ejus testes existent:  
qui affirmarent se aliquem dicentem audivisse, se bona  
sua relinquere cui visum sit: quo ipso sæpenumero vera  
subverterentur judicia. d. l. *Divus Traianus. vers. ult.* & d. §.  
*planè. in fin.* Cujusmodi exemplum recitat Suetonius in  
*Domitiano c. 12.* Confiscabantur (inquit) alienissimæ hæ-  
reditates, vel uno existente, audisse se ex defuncto, cùm  
viveret, hæredem sibi Cæsarem esse. &c.

Præterea.

18. Præterea in testamento militis nec testium signis, nec subscriptione opus est. l. 35. miles. ff. de testam. mil.

Potest quidem miles, si vult, testes adhibere: sed non necesse est, ut testes, quos adhibuit, in conspectu ejus sint: aut ut subscribant, & signa sua apponant: maximè si in scriptis testamentum fecerit. Nam nec testibus quidem tunc planè opus est, ut paulò ante est dictum.

19. Quod si verò miles per nuncupationem testetur: non est opus, ut totius testamenti tenorem testes percipi-  
ant: & propterea etiā non omnia, quæ testator disponit, sed quædam tantum intelligent: non ob id vitiatur totum testamentum: sed omnino ea, de quibus testes deponunt, jure substitunt. l. 3. ff. de testa. milit. Vasq. lib. 2. de success. pro-  
gress. §. 2 a. n. 6. Tiraq. de privil. pia & caus. privil. 7.

20. Aliud verò est in testamento paganico: quod si nō sit signatum septem testium signis, imperfectum dicitur: & nec prætorio jure sustineri potest: nec à Prætore dari ex eo secundum tabulas bonorum possessionis. l. 22. ad testi-  
um. §. 1. cum l. seq. & l. penult. ff. Qui testa fac. poss. l. 8. hac  
consultissim. C. eod. §. sed cum paulatim, cum §. seq. Inst. de  
testam. ordin.

21. Sed & si miles in testamento testes adhibeat, qui in pagani testamento testes esse non possunt: rectè tamen in testamento militis adhibentur: cujusmodi sunt peregrini & mulieres: quibus cum aliâs communijure non est testamenti factio. l. 1. ibi D.D. C. de hared. inst.

22. Iure squidem militari quibusvis hominibus con-  
vocatis miles suam voluntatem testari potest, ut ait Imp.  
in d. § plane. & d. l. Divus. Vasq. d lib. 2. §. 12. n. 44.

23. Hominis enim appellatio generalis est, & utrumq;  
sexum complebitur, secundum Cajum in l. 152. hominis.

*ff. de verb. signif. adeoque commune nomen est homo vi-  
ris & mulieribus, ut ait Clemens Alexandrinus lib. 1. Pa-  
dagog. cap. 4.*

Iam verò, quod ad testandi actum attinet, non ut  
sunt communis paganicum, ita militare testamentum uno 24  
fieri contextu & tenore necesse est: ita scilicet, ut omnes te-  
stes simul maneant, donec suprema contestatio per-  
agatur: & ut uno eodemque tempore testandi  
actus perficiatur: neque alienus actus interponatur. l. 15.  
*hæredes palam. §. ult. l. 20. qui testament. §. & veteres ff. Qui  
resta. fac. poss. l. 1. hac consultissima. & l. 28. cùm antiquitas.  
C. de testam.*

Nam iure militari, aut more militia, quo omnis  
solemnitas civilis militibus remissa est, quoquo modo mi-  
litis testamentum subsistit: nulla alia testamentorum so-  
lemnitate observata, *in pr. Inst. de milit. testam. ibi: neg. ali-*  
*am testamentorum solemnitatem observaverit. l. 1. & l. 3. C.*  
*cod. tit. l. 8. casus mortis. C. de testib. Vasq. d. §. 20. nn. 4.*

Postremò his omnibus addendum est illud de vi-  
tiis testamentorum: militum iure militari testamentum  
militis non qualiter capit is diminutione, ut pagani: sed  
maxima tantum & inedia infirmari. l. 6. si quis. §. sed & si  
quis. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.

Neque enim, ut pagani, ita militis testamentum sit  
irritum minima capit is diminutione: velati emancipatio-  
ne aut adoptione. l. 22. miles filius fam. cum l. seq. ff. de testa.  
milit. quoniam capit is diminutio, cùm privati juris sit, nō 26  
imminuit jus publicum militum: neque filii in his, quæ  
publici juris sunt, jus potestatis sequitur, sed loco pa-  
tris familias habetur. l. 14. nam quod. ff. Ad SC. Trebell. l.  
penult. ff. de his qui sui vel alie. iuris sunt.

Prater.

Præterea hæreditis quoqæ defœctu, id est, non adita  
 27 hæreditate, sit irritum quidem testamentum militis, æ-  
 què ac pagani: sed nihilo tamen minus in eo valet sub-  
 stitutio, l. 32. si lecundum, l. 41. miles ita. §. ult. ff.  
 d.t.

28 - Sed nec agnatione posthumæ in testamento præ-  
 teriti rumpitur testamentum militis: propterea quod certa  
 voluntas tunc facit, ut liberis jam natis valeat militis te-  
 stamentum, l. 7. quo iure. & l. 43. si filios fam. ff. d.t. l. 10. si  
 cum vel in utero. C.eod.

29 Quemadmodum & si plura testamenta miles fe-  
 cerit: posteriore testamento prius non rumpitur: æquè ut  
 pagani: saltem si utroque miles decedere voluerit, idque  
 specialiter expresserit. d.l. 19. querebatur. & d.l. 36. militis  
 coacillis. §. 1. & ult.

30 Denique inofficiosi querela testamentum jure mi-  
 litarum factum non infirmatur, l. 8. Papirianus. §. si quis in  
 militia: l. 27. si instituta. §. 2. ff. de inoffic. testa. l. 9. de inoffici-  
 oso. l. 24. testamentum militis. & l. ult. in pr. C.eod. l. ult. C.  
 Qui test. fac. poss.

Nam nec contra tabulas patris militis liberis e-  
 mancipatis datur bonorum possessio. l. 29. si à milite. §.  
 31 ult. cum l. seq. ff. de testa. milit. Quamvis alijs patrono &  
 patri manumissori ea non derogeretur. l. 7. §. est & alijs. ff. si  
 à parent. quis manum. fuer. l. 3. §. 2. l. 42. filius. §. castrensem.  
 ff. de bon. libert.

Sed de his omnibus suo loco copiosius agetur in  
 sequenti parte materiæ testamentariae: in qua ex professo  
 de vitiis testatorum tractabitur.

CAPVT

## CAPVT XI.

TESTAMENTI MILITARIS EXEMPLA ALIQUIT EX ANTIQUITATIBUS DEPROMPTA.

## SUMMARIA.

1. *Testamentum militare Galli Favonii Iocundi in agro Lusitano.*
2. *Sempronii Tucidani Testamentum militare in antiquo Rom.*
3. *Testamentum incerti auctoris in agro Neapolitano.*
4. *Lucii Titii testamentum apud Scævolam in l. 88. ff. de lega. 2.*

POSTREMO pro colophone adjicere huic libet unum aut alterum exemplum testamenti militaris, ex reliquiis antiquitatum Romanarum depromptum: quod collatum cum paganico testamento, quod superius ad calcem tertiae partis testamentariae descripsimus, perspicue ostendet libertatem & privilegium militum in testamento faciendo. Sunt autem ejusmodi testamenta duo antiquissima à Fr. Baldvino in Institut. sub tit. de milit. testa. relata: quorum alterum Romæ, alterum in Lusitania repertum est. Prius illud à Barth Marliano in descriptione urbis Romæ editum: & à Georgio Fabricio ex meliore exemplari, quod Alex. Ferax Vicentinas ei communicauit, hoc modo correctum legitur inter antiquitatis monumenta.

IOCUNDI

# IOCUNDI TESTAMENTVM MILITARE.

Ego Gallus Favonius locundus (pro Iucundus) Pub.  
 Favonii Filius, qui bello contra Viriatum occubui, locundū &  
 Pudentem (Marlianū legit Prudentem) filios, è me & Quintia  
 Fabia coniuge mea ortos, & bonorum locundi patrī  
 mei, & eorum, quæ mihi ipse acquisivi, hæredes relinquo : hac  
 tamen conditione, ut ab urbe Roma huc veniant: & ossa hinc  
 mea intra quinquenium exportent: & via Latina condant in  
 sepulchro iussu meo condito, & mea voluntate: ( Post hæc  
 verba in Topographia urbis multa à Marliano addita præ-  
 ter rem, Sic autem legendum, ut sequitur. Nam alia illa  
 hoc translata ex L. Sylonis Sabini epitaphio, qui etiam  
 bello contra Viriatum cecidit.) In quo velim neminem  
 mecum neg, servum, neg, libertum ingeri: & velim ossa quo-  
 rumcunq; sepulchro statim meo eruantur, & iura Rom. ser-  
 ventur in sepulchris ritu maiorum retinendis iuxta volun-  
 tam testatoris. Et si secus fecerint, nisi legitima orientur  
 cause, velim ea omnia, quæ filiis meis relinquo, pro reparan-  
 do templo Dei Sylvani, quod sub Viminali monte in urbe est,  
 attribui: manesq; mei à Pont. Max. & à Flaminibus Diali-  
 bus, qui in Capitolio sunt, opem implorent ad impietatem li-  
 berūm (pro liberorum) meorum ulciscendam: Teneanturq;  
 Sacerdotes Dei Sylvani, me in urbem referre, & in sepulchro  
 me meo condere. Volo quoq; vernas, qui domi mea sunt, o-  
 vines à Prætore urbano liberos cum matribus dimitti: sin-  
 gulisq; librā argenti puri & vestem unam dari,

N. REVSNERI  
 IN LVSI TANIA, IN AGRO  
 VIII. CALEND. QVINTILEIS  
 BELLO VIRIA FINO.

Alterum testamentum obscurius est, eò quod no-  
 tis quibusdam scriptum sit, quas in testamento militum  
 tolerari constat, exemplo l. 40. Lusius Titius ff. de mil. te-  
 stam. sed in Epigrammati urbis depravatissimum legi-  
 tur: correctius editum à Georg. Fabricio, à quo descri-  
 ptum Neapoli est in ædibus Hadriani Gulielmi, ex anti-  
 quitatibus Ioannis Pontani.

S E M P R O N I I T U C I D A N I T E S.  
 MIL. D. O. M.  
 K. L. S. X.

L. MALLIO ET Q. TORQVATO COSS.

S Empronius Tucidanus Testamen. Iur. Mil. quod ipse facio.  
 LL. abses, ob Pœnum Italia pulsum Fund. Baleares. Senatui  
 P. Q. R. D. D. Aurelius Tucidanus tacitam Pecu. si via Lat.  
 Off. meis Re. monumentum suo sump. edificaverit, abeto.  
 Hermeti Lib. Aug. Vind. Ma. Aur. C. X. D. D. sunt. & Tu-  
 cia Agresti Vxo. bene mer. mundum Mulieb. Quemve è La.  
 Par. D. D. Caius Tucidanus, quod pupillam, cuius iussu meo  
 Cur. Ge. contra decretum. Ampliss. Ord. Vxo. Dux. Ex. esto.  
 Dodrant. Luci Celse Testament. quod Epheso scripseram. Adi.  
 Pamphilo Vicario Pecu. id Instrumen. Rustic. quod Epiro para-  
 veram. Vehic. ve DD. sunt. Si filii, si Nepotes mihi non fe-  
 cerint, Marcellus Tucidanus ex Dam. sunt. Cohi. Hared. que.  
 Leg. esto.

Notas.

Notas in hoc testamento ita legi posse censet Fa.  
bricius, salvo tamen cruditorum judicio.

*Testamen. iure Mil:*) Testamentum jure militari.

*LL. absēs)* Legibus absens: Litera N. in quibusdam vo-  
cibus omissa: ut *pragnas*, pro *prægnans*, in Pan-  
dectis Pisanis.

*Fund. Baleares)* Fundos.

*P.Q.R.D.D.)* Populoque Romano do, dico.

*Pecu. si via Lat. Oss. meis Re.)* Pecuniam si via Latina ossib.  
meis relatis, viis, n. extræ Romæ homines sepeli-  
ebantur.

*Abeto)* pro habeto. omissa aspiratione.

*Hermeti Lib. Aug. Vind. Ma. Aur. CXDD. sunt)* Her-  
meti liberto, Augurali vindicta manumisso,  
aurei CX. dari donati.

*Vxo. bene me.)* Vxori bene meritæ.

*Mundum mulieb.)* Muliebrem.

*Quæve è La. Par. DD.)* Quævè è lana (vel lanificio) pa-  
raverit dō dico.

*Cu. ge.)* Curam gesserat.

*Contra decretum Ampliss. Ord. Vxo. Dux. ex. esto)* contra  
decretem Amplissimi Ordinis uxorem du-  
xit, ex hæres esto.

*Dodrant.)* Dodrante.

*Pecu id Instrum. Rusti.)* Peculiare id instrumentum ru-  
sticanum.

*Vehic. ve DD. sunt)* Vehiculavè data donata sunt.

In extremo aliquid videtur esse depravatum: quod se in-  
vestigando non potuisse consequi, ibidem fatetur Fabri-  
cius.

Sed & vetus inscriptio Neapolitana memoratur à Cujacio in Recit: ad Cod. in qua antiquo titulo monumenti voluntaris suæ quidam hæc verba p̄escribit: *Delus malus & Iurisconsultus abesto. In hoc monumento ius a titus, ambitus, libertis libertabusq; omnibus pateat: Mille s̄fertium dato ad sacrificia facienda, quoriescunq; opus erit.* Si mīle hujus testamentum commemorat Scævola in l. 88. *Lucius Titius. §. 17. ff. de lega. 2.* quod & ipsum clausule loco asseribere placet: *Lucius Titius hoc meum testamentum scripti sine ullo Iurisperito: rationem animi mei potius secutus: quam nimiam & miseram legum diligentiam.* Et si minus aliquid legitimè minusvè peritè fecero: pro jure legitimo haberri debet hominis sani voluntas. Sequitur deinde hæredum institutio. &c.

Enimverò non satis apparet: an militare sit hoc testamentum, quòd à milite factum: & ut maximè ea sit voluntas militis: eò quòd contemplerit legum diligentiam & solennitatem: non tam pro testamento, quam codicillo habenda est: ac propterea intestati ejus bona pertinent ad legitimos hæredes: à quibus tamen hæredes scripti portiones assignatas talitem ex fideicommissi cauā petere possunt, detracta Falcidiā. d. l. *Lucius Tit. §. 17. Cuius in Repet. solen. ad tit. Cod. de testam. mil.*

Denique corollarii loco adjicere buc lubet unum aut alterum testamentum per breve ex monumentis Antiquitatis Petri Appiani & Georgii Fabricii depromptum.

TESTA-

TESTAMENTVM Q. LÆLIITI-  
BVRTINI

Inventum Dianii, urbe Hispania,

**V**ALE CONIVNX: VALETE NATI: VALEAT  
TIBVR PATRIA. VLTIMA Q. LAELII MO-  
RENTIS HAEC SVNT: VT TIBVRTINAE  
DOMVS, SVBVRBANI FVNDI, ET PRAEDIA  
MANEANT MOENIA TAGENTIA. TITA MAR-  
CELLINA CONIVNX FIDA, PVBLIVS ET QVIN-  
TVS FILII DVLCISSIMI COHAEREDES SINT.

TESTAMENTVM MIMI.

Patavii in hortulo prope portam, ut vocant,  
Portelli.

**S**E IOVI MIMVS RĒM RELIQVIT:  
LIBEREI SIBEI QVAERANT.  
TV VIATOR VALE. AD AQVAS.

In quo pro *Liberei Sabei*, legendum. Liberi sibi: ad finem aliquid additum præterea fuit: sed obtrito terra lapide legi non potuit.

Et hæc quidem haec tenus in parte quintâ hujus tractatûs de militari testamento di-  
xisse satis sit.

NICOL.

NICOLAI REVSNERI  
 LEORINI IURIS-  
 CONSULTI  
 DE JURE TESTAMEN-  
 torum, & ultimarum voluntatum  
 Tractatus  
 PARS SEXTA  
 In qua agitur  
 DE VITIIS TESTAMENTO-  
 rum, & quibus modis ea infir-  
 mentur.

CAPVT I.  
 DE TESTAMEN-  
 TORVM CAVSIS  
 corruptientibus.  
 SVM MARIA.

1. Generatione, progressu, & corruptione omnes res con-  
stant.
2. Ius omne in quo consistit.

*3. Metho-*

3. Methodus Iuriſconsultorum in iure tradendo, per exempla declarata.
4. Tria causarum genera, secundum Logicos.
5. Testamenti causa constituens, conservans, & corruptio-
- pens.
6. Testamenti perfectio consistit partim in voluntatis dis-
- positione, partim in solennitate iuris civilis.
7. Nuda voluntate nec dari nec adimi potest hereditas.
8. Iure contracta, contrario iure pereunt.
9. Eadem destructionis, que constructionis ratio.
10. Passiones seu vitia testamentorum.
11. Sedes ordinaria huius materie.

**Q**UAMADMODVM omnium rerum, quæ sub Sole  
fiunt, sua est generatio, sua progressio, sua corruptio:  
ita & jus ipsum, quod hominis causa constitutum est, su-  
um habet ortum, suum progressum, suum denique exi-  
tum: ut pulchre hoc declarat Fern. Vasquius in Prafa. o-  
peris sui de success. creat. progress. & resolut. n. 1. & seqq.

**N**am &, auctore Vlpiano, totum jus consistit aut  
in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo. Aut  
enim hoc agitur, quemadmodum quid cujusque fiat :  
aut quemadmodum quis tem vel jus suum conservet: aut  
quomodo alienet vel amittat : ut est in l. ult ff. de LL, & in  
§. 2. & §§: seqq. Inst. de interdict.

Similiter & Iuriſconsulti eundem juris ordinem  
3 in jure tradendo & interpretando observare solent : ut  
post definitionem alicujus rei ejusque divisionem, primò  
de personis, per quas ea constituantur, tanquam de causa  
conficiente: deinde de rei ipsius natura, cœu formâ atque  
substantiâ, & quemadmodum ea jure subsistat; ac postre-  
mò de :

mò de fine & integritu ejus, & quemadmodum id ipsum  
jus constitutum rursus esse desinat, aut quomodo tollatur  
vel saltem infirmetur, ordīne tractetur. Cujus rei exem-  
pla in libris juris extant quā plurima à juris nostri au-  
toribus tradita de multis juris articulis: veluti de legibus,  
de partia potestate, de nuptiis, de tutelā & curā, de servis  
tutibus & usuca pionibus, de testamentis & legatis, de ob-  
ligationibus & contractibus, de actionibus & judiciis, &  
similibus: in quibus plerisque methodus hēc & ratio do-  
cendi observata esse legitur.

Eadem quoque ratione Logici tria faciunt causa-  
rum genera: unum earum, quæ rem ipsam constituūt: al-  
terum earum, quæ rem conservant, & sine qua ea consi-  
stere non potest: tertium earum, quæ rem corrumpunt.  
Primi generis ἀτα ποιητικὰ , alterius Φυλακτικὰ , tertii  
Φθαρτικὰ Græci nominant.

Sic nimirum testamenti (ut ad materiam proposi- 5  
tam hoc accommodemus) causa constituens ex persona  
ipsius testatoris est voluntas, quę totum facit in testamen-  
to: conservans autem causa, & sine qua non potest illud  
constare, solennitas est civilis pro forma legibus requisi-  
ta: denique ea. Corrumpens est contraria testatoris vo-  
luntas saltem ritè ac solenniter declarata.

Nam etsi sola voluntas testatoris, quo ad disposi-  
tionem rerum spectatur potissimum: non tamen ea sola 6  
sufficit, quo ad testamenti perfectionem. §. ex eo solo. Inst.  
Quib. mod. testam. infirm. Quippe duo hæc simul in te-  
stamenti factione concurrere oportet: nimirum dispositi-  
onem testatoris, & solennitatem testandi. 4. ff. Qui test.  
fac. poss. quorum alterum ex voluntatis sententia, alterum  
ex juris auctoritate dependet. Illa facit, ut sit: hæc verò , ut  
legiti-

legitima & justa sit ultima voluntatis testatoris sententia,  
de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. l. I. ff. d. tit.

Ac proinde ut nuda voluntate non dari, ita nec a-  
7 dimi potest hæreditas, d. §. ex eo solo. & §. ult. Inst. de iur. co-  
dicill. cùm nihil sit tām naturale, quām eo genere unum-  
quodque dissovi. quo colligatum est, secundum Vlpianum  
in l. 35. nihil tām naturale, ibi Cagnol. n. 8. ff. de reg. iur. At-  
8 que adeo omnia, quæ jure contrahuntur, contrario jure  
percunt, ut ait Catus in l. 100. omnia. ff. cod. tit.

Nam & secundum Paulum, ferè quibusunque  
modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur;  
& quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis  
9 rursus amittimus: ut est in l. 153. ferè quibus. ff. d. t. ita ut ea-  
dem plerunque destructionis, quæ constructionis argu-  
menta sint aut esse debeant, ut vult Dec. in d. l. omnia, n. 6.

Cæterū testamenti infirmatio ista & quasi con-  
vulso, ut Harmenopulus loquitur, ex vitiis quibusdam  
contingere solent: quomodo & vitia Iurisconsultus nomi-  
nat in l. 1. §. 3. ibi, siue ruptum sit testamentum, siue in que a-  
lio vitio sit: quæ Græci interpretentur τὰ πάθη διαθηκῶν, hoc  
est, passiones testamentorum vocant: qui & totidem nu-  
merant vitia, quot Rubrica in tit. Pand. de iniustorupto &  
irrito testamento: in quo sedes est ordinaria hujus materie:  
ut & in tit. Inst. ibid. Theophil. Quib. mod. testam. infir. &  
pad Harmenopul. in Epitom. lib. 5. tit. 5. Quæ qua-  
lia sint, deinceps sequenti capite  
exponemus.

## C A P V T I I.

QVIBVS MODIS TESTAMEN-  
ta infirmentur.

## S V M M A R I A.

1. Testamentorum vitia varia & diversa , tam interna ,  
n. 2. quam externa . n. 3.
4. Inofficiosa causa an sit vitium testamenti , & cur non.
5. Praterito filiofam. datur bonorum possessio contra tabu-  
las rescissoria.
6. Alii modi infirmandi testamenti , non tam ex lege ,  
quam voluntate testatoris , quæ facti est , penden-  
tes.
7. Optima divisio quæ , secundum Platonem.
8. Summa divisio vitiorum testamenti bipartita : eorumq;  
Subdivisio duplex , n. 9. & 10.

**S**ciendum autem est , vitia hujusmodi , ex quibus testa-  
menta infirmantur aut inutilia reddituntur , non esse uni-  
usmodi : sed variorum & diversorum generum . Nam  
ex his quedam sunt (ut DD. volunt) interna , quædam  
externa .

Prioris generis sunt , quæ statim ipso jure testamen-  
tum vitiant , & formam ejus substantiamque perimunt ;  
idque vel ob defectum solennitatum : cuiusmodi est te-  
stamentum *Iniustum* in specie ita dictum : vel ob filiifami-  
liâs præteritionem , quod propriè *Nullum* aut nullius mo-  
menti testamentum vocatur .

Poste-

Posterioris verò generis sunt ea, quæ ex pòst facto,  
3 & ut Dialetici loquuntur, κατὰ συμβεβηκός, id est, per  
accidens, jus testamenti, quod per se aliàs justum & vali-  
dum est, infirmant: cuius generis est *Ruptum & Irritum*  
testamentum.

De his quatuor testamentorum vitiis in hunc mo-  
dum scribit Papinianus lib. i. *Quastionum*: Testamentum  
aut non jure factum dicitur, ubi solennia juris defuerunt:  
aut nullius esse momenti, cùm filius qui fuit in patris po-  
testate, præteritus est: aut rumpitur alio testamēto, ex quo  
hæres existere poterit, vel adgnatione sui hæredis: aut in  
irritum constituitur, non adita hæreditate.

Similiter & Harmenopulus in d.lib. 5. t. 5. in princ.  
Testamentis (inquit) impedimento sunt tria vitia: Aut e-  
nim rumpuntur, aut irrita fiunt, aut imperfecta sunt atq;  
injusta.

Præter hæc verò vitia etiam *falsum* testamentum &  
lege interdictum his, qui factionem testamenti non ha-  
bent, aliaque id genus nominat: Ulpianus in l. 1. §. 2.  
cum seqq. & l. 2. & 3. ff. de tabul. exhib. Ait: Interdictum  
Prætoris non tantum ad testamenti tabulas, verùm ad o-  
mnia, quæ ad causam testamenti pertinent, utputa & ad  
codicillos pertinet. Sive autem valet testamentum, sive  
non, vel quodd ab initio inutiliter factum est, sive ruptum  
sit, vel in quo alio vitio: sed etiam si falsum esse dicatur:  
vel ab eo factum qui testamenti factionem non habuerit  
dicendum est, interdictum valere. Sive supremæ tabulæ  
sint, sive non sint, sed priores: dicendum interdictum hoc  
locum habere. Itaque dicendum est, ad omnem omnino  
scripturam testamenti sive perfectam sive imperfectam,  
interdictum hoc pertinere. Proinde et si plures tabulæ sint

testamenti, quia saepius fecerat: dicendum est, Interdicto locum fore. Est enim quod ad causam testamenti pertinet, quidquid quoquo tempore factum exhiberi debeat. Sed & si de statu disceptetur, si testator filius fam. vel servus hoc fecisse dicatur: & hoc exhibetur. Item si filius fam. fecerit testamentum, qui de castrensi peculio testabitur, habet locum interdictum. Idem est, & si is qui testamentum fecit, apud hostes decessit. Hoc interdictum ad vivi tabulas non pertinet: quia verba Prætoris reliquerunt mentionem. Sed & si deletum sine dolo sit testamentum: vel totum, vel pars ejus: locum habet hoc interdictum. &c.

Enim verò mirum videri poterat, cur in his locis inter vitia testamenti etiam non recenseatur *In officiosum*:<sup>4</sup> de quo tamen conjunctè hic agit I. mp. Justinianus in proximo titulo, qui inscribitur *de in officioso testamento*. Ad hoc respondet prædictis istis vitiis ipso jure affici testamentum: adeò ut nec testamentum, nisi per abusionem verbi, ita appellari possit. l. 2. §. 1. ff. *Testam. quemad. aperi.* l. 221. *Paulus ff. de verb. signif.*

Causa autem inefficiendi testamentum ipso jure non afficit: sed omnino opus est actione rescissoria: ac proinde causa in officiosi vitium non est,

Similiter præteritio filii emancipati ipso jure testamentum non afficit: sed necessaria est præterito bonorum possessio contra tabulas: quod est Prætorium auxilium: quo Prætor tabulas testamenti rescindere solet, §. *emancipatos. Inst. de exher. liber.* Sic nimirum, quoniam vitia hęc testatorum, de quibus hic agitur, juris civilis sunt: idcirco in officiosum testamentum, vel in quo filius

filius emancipatus præteritus est , propriè testamentum est , siquidem ipso jure , ut modò est dictum , causa ista non afficit testamentum : sicut vitia illa superiora : ac proinde opus est rescissione .

Porro præter hæc vitia , & præter modos istos , quibus testamentum jure perfectum etiam invito testatore infirmatur , sunt adhuc nonnulli alii modi , quibus saltem volente ita testatore fit irritum ipsius testamentum : ut est resignatio aut deletio sive cancellatio testamenti : aut etiam simplex testamenti revocatio : & alterius testamenti ordinatio : si forte cum prioris sui testamenti , aut instituti hæredis poeniteat ,

Nam horum aliquid si ab eo factum sit : consulto commutatur aut solvitur ipsius testamentum ; quo mutato , omnia ex integro facienda sunt . l . 12 . si unus . § . de his au- tem . C . Qui testam . fac . poss . l . 1 . § . sed consulto . & l . 2 . ff . de his qua in testam . delen . induc . vel inscrib . Dona l . lib . 6 . Com- ment . iur . civil . c . 16 .

Cæterum ut omnis hæc doctrina de vitiis testa-  
mentorum commodiùs tractetur , & faciliùs percipiatur :  
nos Platonis auctoritatem secuti , qui omnem divisionem  
esse vult *diueṇ* aut saltem *τεμεṇ* , hoc est , duarum vel tri-  
um partium : ad duo vel tria summa capita , omnia testa-  
mentorum vitia revocabimus hoc modo : Testamentum  
omne infirmatur , aut extra voluntatem testatoris , aut ex  
voluntate ipsius .

Prius illud aut infirmatur statim ipso jure , quod  
9 propriè *Iniustum* , & non jure factum dicitur : aut ex pòst  
facto & per accidens , cuiusmodi est testamentum *Ru-  
ptum* & *Irritum* .

Et sic tria sunt testamenti vitiosi summa genera, *Iniustum*, *Ruptum*, & *Irritum*: Partes autem plures generum singulorum, quorum singulæ causæ sive species singulis appellationibus, singulisque regulis distinctæ sunt : ut ostendit *Rubric.* *Pand.* de *iniusto* *rupto* & *irrito* *testamento*. Nam & totidem genera à Græcis interpretibus recensentur: nimis *ἀτέλεια*, *πρόξενος κακός* *ἀκυρωσία*, hoc est, *imperfectio*, *ruptio* & *irritatio* *testamenti*: *ut est apud Harmenopulum in Prompt. lib. 5. t. 5.*

Posterioriùs verò genus est, si quid fortassis à testatore sponte & ultrò in *testamento* vel *deletum*, vel *inductum*, vel *in scriptum* est: *de quo est tit.* *Pand.* de *bis que in testam. delen. induc. vel inscrib.* Quæ omnia qualia sint, ordine viden-  
dum.

### C A P V T III.

## D E I N I U S T O T E- stamento.

### S V M M A R I A,

1. *Iniustum* *testamentum* *quod propriè sit*, & *quomodo* *verbū* *hoc in iure accipiatur.*
2. *Iniustum* *propriè* *testamentum* *non dicitur*, aut saltem *per verbī abusionem.*
3. *Testamentum iniustum* *variè definitum* à *iureconsulitū* *veterib.*
4. *Ritè* & *Rectè* *factum* *quomodo* *inter se differunt.*

s. Testamentum iniustum quibus modis dicatur, eiusq; va-  
ria & diversa genera. ut imperfectum, n. 6. ut ins-  
terdictum, n. 7. ut nullum vel nullius momenti, nu-  
8. ut illicitum vel inutile, n. 9. ut falsum sive adul-  
terinum, n. 10.

**D**PROPOSITIS hoc modo vitiis testamentorum, ordo  
postulare videtur: ut de singulis causis & speciebus vi-  
tiorum seorsim pertractetur: adductis scilicet iis capitibus,  
quaे in Pandectis partim leguntur: & ad ordinem Rubri-  
cæ accommodari debent. Primum autem de injusto testa-  
mento videndum est.

Quo in loco animadvertisendum primò illud, pro-  
priè non esse aut dici testamentum, nisi justum sit, hoc  
est, jure, id est, secundum regulas juris factum: in quo sci-  
licet solennia juris omnia intervenerunt: quomodo ita  
appellatur *iustum testamentum* à Paulo in l. 22, vers. nam  
ut quis ibi, veluti agnatus proximus iusto testamento hæres  
scriptus: & iusta hereditas, id est, quem jure aut saltem legitimi-  
mo jure obvenit proximo agnato. l. 3. §. 2. ff. *Pro socio.*  
*Varro lib. 2. de re Rustica.* Quomodo & iusta nuptia, hoc  
est, secundum præcepta legum inter cives Romanos  
contractæ, aut saltem legitimæ jure *Quiritum*, in princ. In-  
de nupt. & iustum matrimonium, apud Vlpian. c. 5. Inst. &  
iusta uxor, hoc est, legitima, quaे civiliter, hoc est, secun-  
dum juris civilis regulas nupta est. l. 28. filius à patre. §.  
3. si quis eo tempore ibi postea Titia uxor iusta tibi fuerit. ff.  
de lib. & posthu. l. 31. si senatori. ff. de rit. nupt. Sueton. in Calig.  
& Vespas. perinde ut & iustus pater & iustus filius, hoc est,  
qui ex iustis nuptiis pater filiusve est. l. 44. Lege Iulia. §. 3.  
ff. de rit. nupt. l. II. Paulus. cum l. seq. ff. de stat. homi. & iusti  
parentess.

parentes ac liberi. l. 25 ff. de captiv. & postlim. revers. Deniq;  
 & pacta iusta dicuntur ea, quæ neq; legibus, neque bonis  
 moribus repugnant, neque ab æquitate naturali abhor-  
 rent: qualia sunt ea, quæ Prætor le servaturum edixit. l. 7.  
*iuris gentium.* §. ait prætor. ff. de pact. l. 95. Stichum. §. 4.  
*naturalis.* ff. de solut. & liberat. eodemque sensu iusta con-  
 ventionis causa & iusta obligatio vocatur. l. 16. si convene-  
 rit. ff. de pact. & l. 1. c. si in causa iudica. pign. capt. sit.

Quod si igitur testamentum non jure factum sit,  
 aut in eo condendo aliquid eorum omissum, de quibus  
 suprà dictum est, hoc est, si solennia juris ea deficiant, quæ  
 legibus & jure civili præscripta sunt: nullatenus testamen-  
 tum, aut saltē per abusionem verbi in justum testamen-  
 tum, hoc est jure non factum dicetur: sicut in Rubr. Pan-  
 ita inscribitur de injusto testamento: & in l. 1. ibidem, non  
 jure, id est, non ritè factum testamentum definitur: in quo  
 scilicet solennia juris defuerunt.

Præsuppositis itaque his fundamentis, quid & qua-  
 le sit testamentum injustum, facile est definire.

Testamentū ergo injustum est, quod nō jure factū  
 est, ut Papinianus ita definit in d. l. 1. aut, ut Africanus,  
 quod ritè non est factum. l. 6. in vers. Prius enim oportet. ff.  
 ad L. Cornel. de fals. aut denique, ut Vlpianus, quod ab ini-  
 tio inutiliter factum est, l. 1. §. 3 ff. de tabul. exhib.

Quod enim nō jure, aut non ritè, aut inutiliter  
 factum dicitur: idem συντόμω λέγω, ut Theophilus loqui-  
 tur, id est, verbi compendio, iniustum dicitur testamen-  
 tum: hoc est, quod secundum regulas juris non est fa-  
 tum: veluti si solennia juris defuerunt, ut declarat hoc  
 idem Papin. in d. l. 1. in pr.

Nam

Nam & eodem modo hoc verbum *Rite*, hoc est, non jure aut more solenni usurpatum in d.l.6. vers. Prius enim à quo multum differt alterum ibidem positum verbum *Recte*: nam hoc quidem jus naturale: illud vero jus civile sive ordinem juris civilis aut solennitatem denotat. Vnde non male Isidorus in *Etymolog.* Rite non est recte: sed ex more, quod est solenne.

Sic miles jure suo privilegiario recte, hoc est, justè & validè, sed non rite, id est, solenniter testatur: ut supra demonstratum est: de quo plura annotat Cuiac, in tractat.

Afric. lib. 3. Quast. ad d.l. 6.

Pluribus autem modis injustum testamentum in jure civili dicitur.

Primùm quò ad formam testamenti, quod non jure, hoc est, non rite aut solenniter factum est: & propriè Testamentum *Imperfectum* appellatur, & pro infecto habetur. l. 21. hac consultiſſima. §. Non signatum. cum §. seq. C. de testam. & §. ex eo solo. cum §. seq. Inst. Quib. mod. testam. infirm.

Secundò quò ad testatorem, utpote si ab eo factum sit, qui testamenti factionem non habet, quod propriè *Interdictum aut Prohibitorium* vocatur. l. 1. §. 3. ff. de exhib. tabul.

Tertiò quò ad hæredem institutum: veluti si fortè à patre filius fam. simpliciter sit præteritus, vel sine justa causa ex hæredatus, quod propriè *Nullum* nominatur. l. 17. filio. §. 1. ff. de iniust. testam. & in princ. Inst. de inst. & ex hæred. liber.

Quartò quò ad res ipsas & bona, veluti si non sint in commercio, aut ejusmodi, de quibus testamento iniuti. liter disponitur: quod propriè *Inutile* & *Illicitum* appellatur.

H h latur.

latur. §. non solum autem, vers. sed si talis sit res, cuius commercium non est. Inst. de legatiz.

Postremo, quo ad personam ejus qui scribit testamentum, veluti si quis legatum sibi adscriperit, aut testamentum subjecerit vel amoverit, quod Falsum seu Adulterinum testamentum nuncupatur. l. 2. l. 6. & passim ff. ad L. Corn. de fals. l. 14. cum quidam falsum testamentum. ff. de honor. pess.

De his igitur omnibus testamenti injusti generibus seorsim erit pertractandum.

## C A P V T IV.

### D E T E S T A M E N T O P A- ganico imperfecto,

#### S V M M A R I A.

I. Primum genus injusti testamenti, nimurum Imperfectum: & quibus modis Imperfectum dicatur. nu. 2. vel generaliter. n. 3. vel specialiter. n. 4. Idg. vel ratione solennitatis, ut Minus solenne testamentum. n. 5. vel ratione voluntatis. n. 6.

**P**RIMA testamenti injusti species est Testamentum imperfectum: quod propriè Injustum dicitur, hoc est, non jure aut non ritè factum. l. 1. ff. de injust. testam. l. 6. ff. ad L. Corn. de fals.

Sed

- 2 Sed imperfectum quidem testamentum in jure civili bifariam dicitur: generaliter scilicet & specialiter.
- 3 Generaliter quidem pro eo quod quocunque vitio laborat: sive minus solenne sit: sive injustum ob præteritionem sui hæreditis: sive ruptum ob agnationem posthumum: sive irritum ob capitis diminutionem: sive denique falsum ob fraudem in eo commissam. Nam hæc omnia generali testamenti imperfecti appellatione continentur.  
*L.2 I. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. l.1. §. si-  
ve his. ff. de liber. exhib. l.1. §. I. si modò. ff. Testam. quemad-  
aper. l. 11. si duobus. §. si primi. ff. de bonor. possess. contr. tab.*
- Specialiter vero & propriè, ut hic, imperfectum testamentum dicitur, quod minus solenne est, & omni jure imperfectum: veluti si non signatum sit, aut subscriptum: deficiente non modò solennitate testium, sed & voluntate testatoris: in quo summum vitium est, & summa imperfectio testamenti. *d.l. hac consultissima. §. non sub-  
scriptum. & d.l. 6. ff. ad L. Cornel. de fals.*
- 4 Atque de hac posteriore imperfectione testamenti specialiter considerata hic potissimum agitur: quæ quidem duobus præcipue modis contingit: aut ratione voluntatis, aut ratione solennitatis.
- 5 Ratione quidem solennitatis, Imperfectum testamentum dicitur, si in eo solennia juris civilis defuerunt: quod propriè testamentum Minus solenne appellatur.
- 6 Ratione vetò voluntatis, si quoquo modo in eo deficiat voluntas testatoris: quod quibus modis fiat, paulò pòst explicabitur,

## C A P V T V.

D E T E S T A M E N T O  
minùs solenni & imperfecto.

## S V M M A R I A.

1. Minus solenne testamentum ceu imperfectum quid.
2. Testamentum per as & libram solenne quod & quale.
3. Testamenti solennia qua hodie sint.
4. Testamentum minùs solenne quot modis dicatur.
5. Testamentum notis factum minùs solenne & imperfectum est.
6. Proprium ius testamenti imperfecti, eiusq; effectus.
7. Emendatio s, non subscriptum autem in d.l. hac consultiſſ. C.de testam.
8. Factum contra ius infectum habetur.
9. Testamentum iniustum ceu ipso iure nullum non rumpitur, aut infirmatur.
10. Privatio presupponit habitum.
11. Testamentum imperfectum nullo iure valet, nec testamenti, nec codicilli, nec fideicommissi: & exceptio à regula triplex, n. 12, & 14, & n. 23, lmo nec iure Pratorio, n. 15, & ampliatio regula de Imperatore barede instituto n. 16.
13. Pagani testamentum imperfectum an valeat iure codicilli.
17. Princeps an & quatenus solutus sit legibus.

18. *Ab uno patre non nisi malus Princeps scribitur heres.*
19. *Princeps litis causa heres indecorè instituitur.*
20. *Lex Gücia de inofficio an habeat locum in Imperatore herede instituto.*
21. *Pareto legi, legem quisquis dixerit.*
22. *Legatum aut fideicommissum ab Imperatore herede instituto valet.*

**M**INVS SOLENNE ergo testamentum propriè Imperfectum, & sèpiùs injustum dicitur: in quo scilicet solennia juris (saltem civilis) defuerunt: ut definit Papiianus in l. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.

**N**am & veteri jure civili Romano, si testamentum verbis directis ac solennibus factum non esset: aut saltem sine mancipatione, id est, imaginaria venditione: non adhibitis quinque testibus, & libripende, civibus Romanis puberibus præsentibus, & eo qui familiae, id est, hæreditatis emptor dicebatur: quæ olim erant juris solennia: pro vero & justo testamento non habebatur. §. 1. Inst. de testam. ordin. Vlpian. in fragm. Inst. c. 19. & 20.

Quæ autem hodiè testamenti solennia sint, suprà in parte tertia prolixè expositum est: nimirùm, ut coram septe testibus præsentibus, iisdemq; rogatis, uno eodemq; tempore ordinetur: hærede à testatore vel scripto vel nuncupato: idemque postea à testibus subscribatur & signetur. §. sed cum paulatim, Inst. de testam. ordin. l. 2 I., hac consultissima. §. non subscriptum autem. C. de testam.

**A**c Imperfectum quidem, aut minus solenne testamentam quinque potissimum fit modis, auctore Harnepulo, in Prompt. iur. civil. lib. s. tit. s. de imperf. testam.

Primum si non presentibus septem aut quinque testibus secundum regulas juris factum sit testamentum.  
l. 9. si non speciali. & l. 11. si unus. C. de testam.

Deinde si cum adessent testes, non omnes tamen subscripterint. l. 22. ad testium. §. si quis ex testibus. ff. Qui testa. fac. poss.

Tertiò, si subscripterint quidem omnes, sed non omnes signaverint. d. l. hac consultissima. §. non subscriptum autem ac signatum.

Quartò, si testator propria manu haeredis nomen nec scripserit, nec in conspectu testium nuncuparit. l. 19. iubemus. C. eod. tit. l. 21. haeredes palam ff. Qui test. fac. poss.

Postremò si cum quis aut filios in potestate, aut ex his nepotes haberet, hos neque haeredes, neque exhaeredes scripserit: idque etiam si eos contigerit vivo adhuc testatore decedere. in princ. Infrt. de exhaered. liber. ibid. Theophil.

Priores illi quatuor modi propriè hinc pertinent: postremus vero iste singulare genus constituit injusii testamenti, quod propriè nullum & nullius momenti dicitur, de quo paulò post seorsim tractabitur.

Eo amplius Imperfectum quoque testamentum dicitur, quod notis sive cyphris, non literis conscriptum est: quod in milite quidem valet, sed non etiam in pagano. l. 5. §. ult. ff. de bon. poss. ff. l. 40. Lucius in pr. ff. de test. mil.

Proprium igitur testamenti imperfecti jus & qua- 6  
si effectus est, ut quia sine dubio nullum est, statim ab initio inutiliter factum esse intelligatur. l. 1. §. 3. ff. de lib. exhib. adeoque ipso jure deficiat: ac imò potius nullo jure valeat: quia scilicet non jure factum, hoc est, jure civili ritè non perfectum, & sic ratione saltem juris civilis, non naturalis injustum est.

Sic

Sic enim Imp. Dioclet. & Maxim. in d.l. 11. rescri-  
pserunt: Si unus (inquiunt) de septem testibus defuerit,  
vel coram testatore omnes eodem loco testes suo vel alie-  
no signo non signaverint: jure deficit testamentum.

Et Imp. Iustinianus in d.l. hac consuliſſima: Non sub-  
scriptum (ait) testamentum à testibus, nec subsignatum,  
pro infecto haberi convenit, hoc est, pro eo quod nun-  
quam factum est, & quod in rerum natura non extitit.  
Quo in loco tamen pro Infecto restiū fortassis legitur,  
7 Imperfecto: cùm propriè testamentum imperfectum sit il-  
lud, quod à testibus non est subscriptum aut signatum:  
ut suprà quoque notatum est: quanquam nihil incom-  
modi habet etiam altera illa lectio.

8 Nam & quod contra juris civilis regulas factum  
est, pro infecto ac imò potius pro eo, quod nec fieri posse  
credendum est, habetur: neque ratum aut perfectum cen-  
fetur. l. 28. contra iuris. in princ. ff. de pactis. l. 16. filius. in fin.  
ff. de condit. institut. nullumque adeò vim aut efficaciam  
habet. l. 6. pact. que contra leges. C. 4. tit. & quod jure non  
subsistit, nullum est, nullumque parit effectum. §. I. Inst.  
de testam. ordin.

Ac proinde testamentum quoque imperfectum,  
quia injustum & ipso jure nullum est, non rumpitur, aut  
alio quodam modo infirmatur: sicut illud quod jure fa-  
ctum est. l. 5. nam & si sibi, ibi, gradum non rampit, quia nul-  
bus est. l. 13. si bona. in fin. ibi, superius testamentum non est ru-  
ptum, quia sequens nullum est. ff. de iniust. rupt. & irrit. te-  
stam. l. 18. si iure. ff. de lega. 3. l. ult. C. Famil. ercisc. siquidem  
privatio præsupponit habitum, per vulg. Theor. in l. 116. de-  
cem. ff. de verb. oblig.

Et quoniam ipso jure nullum est, nullo  
11 plane jure valet ejusmodi testamentum. d. l. si non  
speciali:

speciali, ita ut neque testamenti, neque codicilli, neq; u-  
deicommissi jure valeat, l. 11. fideicommissa, §. 1. ff. de legat.  
3. l. 1. ff. de iur. codicill. l. ex testamento. C. de fideicom. nisi qua- 12  
tenus forte clausula codicillaris expressè adjecta sit. l. ult.  
S. 1. C. de codicill. l. 3. ff. de testam. mil. l. 4. 1. cohæredi. §. 3. quòd  
si hæredem. ibi, nisi hoc expressum est. ff. de vulg. & pupill. subst.

Nam & si is, qui paganice testamentum facit, di-  
xerit se velle suum testamentum vice codicillorum vale- 13  
re, ratum est testamentum, licet imperfectum inveniatur,  
ut est in Synopsi Basilic. lib. 35. ex cap. 3. tit. 21.

Aut nisi alumno ex causa fideicommissi aliquid sit 14  
traditum, vel transactum. l. 38. in testamento, ibi Bald. ff.  
de fideicom. libert. & §. ult. Inst. de fideicom. hæred.

Quin imò testamentum ejusmodi, quod plane 15  
imperfectum est, non solùm jure civili, sed etiam præto-  
rio destituitur: ita ut ex eo Prætor non det bonorum pos-  
sessionem secundum tabuias: quam aliqui non denes-  
gare solet, si alio vitio laboretestamentum: utpote si aut  
injustum aut ruptum sit. l. 12. posthumus. ff. de rupt. testam.  
l. 7. cum tabula. ff. de bon. poss. sec. tabul.

Et quod dictum est, testamentum imperfectum 16  
saltem ratione solennitatis, nullo jure valere, usque adeò  
verum est: ut neque Princeps aut Imperator ex eo capere  
aut adire hæreditatem possit.

Quod Imp. Justinianus similiter Senatusconsulto  
Pertinacis Cæsarlis ita cautum fuisse testatur his verbis:  
Eadem oratione expressit, non admissurum se hæreditati-  
tem ejus, qui litis causa Principem hæredem reliquerit:  
neque tabulas non legitimè (id est, ritè ac solenniter) factas,  
in quibus ipse ob eam causam hæres institutus erat, pro-  
baturum: neque ex nuda voce hæredis nomen admissu-  
rum:

rum: (veluti si quis iactet se Principem hæredem facturum. l. ult. ff. Qui testam. fac. poss. Paul. lib. 5. tit. 2.) neque ex ulla scriptura cui juris auctoritas desit. aliquid adepturum. §. ult. Inst. Quib. mod. test. infirm.

Meminit ejusdem Senatusconsulti quoque Cipitolinus in vita Pertinacis Cæsar: Legem (inquit) tulit, ut testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent; nevè ob hoc fiscus aliquando succederet: ipseq; professus est, nullius se aditum hæreditatem, quæ aut adulacione alicujus delata esset: aut lis perplexa; ut legimi & necessarii hæredes privarentur. Addiditque Senatusconsulto hæc verba: Sanctiās est P. C. in opem Rem. pub. obtinere, quam ad divitiarum cumulum per dedecorum atque discriminum vestigia venire. *Hæc ille.*

Quam in sententiam extat quoque rescriptum Alexandri Severi Imp. in l. 3. C. de testam. Ex imperfecto (inquit) testamento nec Imperatorem hæreditatem vindicare posse sèpè constitutum est (nam & à Severo & Antonino Imp. sapiss. mē ita rescriptum esse testatur Imp. Iustinianus in d. §. ult. quorum tamen rescripta non extant) 77 Licet enim lex Imperii [ id est, Lex Regia. §. 6. Inst. de iur. nat. gent. & civ. l. ult. ff. Qui testa. fac. poss.] solennibus iuris Imperatorem solverit: nihil tamen tam propriū Imperii est, quam legibus vivere, d. l. 3. l. 4. digna vox, C. de LL.

Simile rescriptum Imp. Honor. & Theodos. ad populum urbis Constantinopolitanae, & omnes provinciales exstat in l. 5. C. Theod. de testa. cuius verba huc adscribere placet. Nolumus (inquiunt) convelli deficien-  
tium scriptas jure ac solenniter voluntates: dum quoddā morientis supremum & non scriptum processisse confir-

matur arbitrium: tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim privatis & militantibus interdicimus, ne hujusmodi perhibeant testimonia: & falsi criminis reos teneri præcipimus; si cum scriptæ jure ac solenniter deficientium extremæ voluntates, non scriptum aliquod sub nostrorum nominum mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus (*testamento*) hæres, vel legibus ad successionem vocatus (*b. e. legitimus*) nostru vel potentium nomen horret: nemo ferre testimonia in hunc modum, vel suscipere in gestis hujusmodi voces audeat nostro, vel etiam privatorum potentium nomine. l. 20. nolumus. C. de testam.

Sed & notum est Taciti Imperatoris illud, à bono 18 patre non scribi hæredem, nisi malum Principem.

Quò etiam pertinet Pauli sententia illa lib. 5. Sent. tit. 1 2. §. 8. Imperatorem litis causa hæredem institui, invidiosum est. Nec enim calumniæ facultatem ex Principali maiestate capi oportet. Quæ sententia extat in l. penult. ff. de hæred. instit. quam Baldus ibi aureis literis notandam esse monet. 19

Itemque altera illa ejusdem Pauli aurea sententia in l. 23. ff. de lega. 3. Ex imperfecto testamento legata vel fideicomissa Imperatorem vindicare, inverecundum est. Decet enim tantæ maiestati, eas servare leges, quibas ipse solutus esse videtur.

Sic & in Synopsi Basilie, lib. 35. tit. 2. §. 1. legis in modum concepta hæc sententia legitur: Διὸν ἀτελῆς δια- θήκης μήτε βασιλεύς κληρονομέτω, hoc est, ex imperfecto testamento nec Imperator vindicato.

Quin imò testamentum in quo Imperator scri- 20  
ptus

ptus est hæres, in officiosum argui posse, idem Paulus affirmat lib. 4. Sentent. tit. 5. §. 3. ita ut non solutus sit Principe lege Glicia. Idque sàpissimè ita rescriptum esse testatur Vlpianus in l. 8. Papinianus. §. si Imperator. ff. de inoff. testam.

21 Eum enim qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare convenit: ut ibidem præclarè scribit Paulus: ita scilicet, ut cùm hæredes instituuntur Imperator vel Augusta, jus commune cum cæteris habere debeant: Quod & in codicillis & fideicommissariis epistolis jure scriptis observandum: ut rescripserunt Impp. Valens Valent. & Gratian. in l. 7. C. Qui test. fac. poss.

22 Nam & ab Imperatore hærede instituto legatum & fideicommissum dari potest: eodem teste Paulo lib. 4. Sentent. c. 1. §. 3. quod olim tamen non admissum fuisse intelligitur ex l. 2. C. Theodos. de testam.

Cæterùm de paganico testamento imperfecto quod dictum est, nullo planè jure illud valere: exceptionem si ve limitationem illam habet: Nisi scilicet privilegiarium sit testamentum: cuiusmodi est non solum militare 23 testamentum, de quo suprà dictum est: verùm etiam testamentum ad pias causas & inter liberos, saltem ratione solennitatis, non etiam voluntatis, imperfectum: de quo est in d. l. hac consultissima. §. ult. cum Auth. seq. & in Auth. de testam. imperfect. Novel. 107. & in Epitoma Harmenopoli lib. 5. tit. 5. §. in imperfecto testamento. Sed de his testamenterum imperfectorum generibus jam anteà expositum est: ut denuò ea inculcare, & actum, (quod ajunt) agere non sit necesse.

## C A P V T VI.

D E T E S T A M E N T O I M-  
 perfecto ex defectu voluntatis  
 testatoris.

## S V M M A R I A.

1. *Testamentum imperfectum ratione voluntatis quod, eius effectus. n. 4. & duo genera. n. 9.*
2. *Omnium actuum humanorum principia, voluntas & facultas.*
3. *In testamento totum facit voluntas.*
4. *Testamentum ratione voluntatis imperfectum, nec testamenti, nec codicilli iure valet: licet in eo expressa sit clausula codicillaris: ne quidem inter liberos. n. 5. immo nec ad pias causas. n. 6. quo ad pias causas. & quatenus valeat n. 8.*
7. *Aliud est in testamento imperfecto ratione solennitatis, saltem quo ad pias causas, & inter liberos con-  
stituto.*

PRAETER testamentum minus solenne, de quo mo-  
 dò est dictum, adhuc aliud est genus testamenti imper-  
 eti: quo & ipsum pro injusto aut infelito testamento nō  
 immerito habetur: quando scilicet ratione voluntatis &  
 dispositionis ipsius testatoris imperfectio aliqua aut incer-  
 titudo testamenti apparet. Siquidem omnium actuum  
 humanorum duo sunt principia; nimirum voluntas &  
 facultas,

facultas: quorum concursu omnia fiunt: ita ut altero eorum deficiente, nihil prorsus fieri dicatur.

<sup>3</sup> Quin imò voluntas est, quæ totum facit in testamento. l. 33. ex facto. §. 3. in princ. ff. de hered. instit. l. 19. in conditionibus. in pr. ff. de condit. & demonstra. quæ ubi deficit jure deficit testamentū: ita ut nihil ex eo debeatur. l. 25 si quis testamentum. & l. 29. ex ea scriptura. in pr. ibid. DD. ff. Qui testam. fac. poss. siquidem defectus ille non tam jus civile, quam naturale, in quo dispensatio locum non habet, concernere creditur: per not. in d. l. si quis testamentum. & d. l. ex ea scriptura. & d. l. fideicommissa. §. 1.

<sup>4</sup> Ac proinde ejusmodi dispositio imperfecta, ne quidem quò ad ea, quæ facta sunt, tenet: neque ut testamentum, neque ut codicillus valet: non solum quò ad institutionem, verùm etiam quò ad legata & fideicommissa; tametsi clausula in eo codicillaris sit expressa. d. l. ex ea scriptura. in pr. ibi Bald. I mol. & ceteri DD. l. 11. fideicommissa. §. 1. ff. de legat. 3. Gloss. & DD. in d. l. si quis testamentum. ibid. Paul. de Castr. n. 1. & 2. cum seqq.

<sup>5</sup> Nam ne quidem inter liberos ejusmodi valet testamentum, saltem ratione voluntatis testatoris imperfectum. d. l. si quis testamentum. & d. l. ex ea scriptura. d. l. fideicommissa. §. 1. licet alias testamentum ratione solennitatis civilis imperfectum, ceteris paribus, sustineatur: d. l. hac consensu. §. ex imperfecto. ibi Bald. n. 1. 2. & 3. Salic. n. 7. Paul. de Castr. & in d. l. si quis testamentum. ibid. Cuiac. novissimè. l. alii. C. Famil. ercisc. tal. Clar. in d. §. testamentum. q. 9: Crass. in §. testamentum. q. 12. n. 7.

<sup>6</sup> Quemadmodum nec ad pias causas simpliciter e-jusmodi testamentum valere, cōmuniter traditum est, ut vult Bald. in d. §. ex imperfecto. n. 1. 2. & 3. in d. l. si quis

testamentum. ibid. Angel. & Paul. de Castr. n. 3. & DD. in d. l. fideicomissa. §. quoties. Clar. in d. §. testamentum. q. 7. Gras-  
sus ibid. q. 19. quamvis aliâs ratione solennitatis civilis im-  
perfectum testamentum utroque casu valeat tamen inter li-  
beros, quam ad pias causas. d. §. ex imperfecto. cum Auth.  
seq. & Nov. 108. persot. & c. relatum, de testam.

Quanquam quod ad piæ causæ testamentum, etiam  
ratione voluntatis imperfectum attinet, à quibusdam ita  
distinguitur: ut siquidem non respectu ipsius dispositio-  
nis, de qua agitur, sed totius testamenti duntaxat, volun-  
tatis sit quædam imperfectio: saltem ad pias causas, non et-  
iam inter liberos, tunc valere debeat illud testamentum,  
per ea qua notat Traq. de priv. l. piæ causa, privil. &c. & 7. ubi  
in fine communem esse dicit, per l. 38. in testamento quod per  
servum non erat, ibi, pios tamen filios. ff. de fideicom. liberta-  
tib. quem ad hoc allegat & sequitur Vesebec. in d. §. ex eo  
autem solo. in verb. morte preventus. n. 3. Inst. Quib, mod. te-  
stam. infirm.

Cæterum hoc testamenti genus bifarium considera-  
tur: Aut enim ex parte tantum imperfectum est: aut in  
totum. Prioris generis est, quod cæptum est, nec dum ju  
re perfectum.

Posterioris verò, quod aut errore, aut vi vel metu;  
aut dolo malo factū est: aut deniq; quod in sensu & intel-  
lectu suo obscurum atque perplexum est. De his omnib.

& singulis quid juris sit, ordine  
videndum,

## C A P V T VII.

D E T E S T A M E N T O C O E-  
pto, nec dum jure perfecto.

## S V M M A R I A.

1. *Testamentum cœptum, nec dum iure perfectum quod sit; eiusq; aliquot exempla.*
2. *Primum exemplum, de testamento posteriore affecto; non perfecto.*
3. *Secundum, de testatore in secundis heredibus nominandis obmutescente.*
4. *Tertium de scriptura non perfecta.*
5. *Quartum de parte bonorum intestata.*
6. *Quintum de nominibus heredum omnium vel aliquorum non scriptis vel nuncupatis.*
7. *Sextum, de conditionis omissione.*
8. *Septimum de legato saltē uno non expresso.*
9. *Octavum de publicatione testamenti omissa.*

**Q**VOD igitur ad primum genus testamenti imperfecti respectu voluntatis ipsius testatoris attinet: illud in eo potissimum cernitur: si testamentum cœptum quidem aut inchoatum, sed non planè absolutum, nec jure perfectum esse dignoscitur. Cujus sane generis aliquor causa seu exempla passim in iure civili reperire licet.

Primus

Primus casus à Justiniano Imperatore propo-<sup>2</sup>  
nitur in §. eadem ratione. Instit. Quib. mod. testam. insfrm.  
Si quis (inquit) post factum prius testamentum posterius  
facere cœperit: & aut mortalitate præventus, aut quia eum  
ejus rei fortassis poenituit, id non perfecerit: Divi Pertina-  
cis oratione (qua Senatus consultum præcessit, cuius verba  
quedam extant apud Cap. tolinum in vita Pertinacis impe-  
ratoris) cautum est: ne aliás tabulae priores jure factae irri-  
tare fiant: nisi sequentes jure ordinatae & perfectae fuerint.  
Nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est.

Secundus casus. imperfecti testamenti comme-  
moratur à Iavoleno lib. 5. Posteriorum Laleonis de testato.  
re in secundis hæredibus nominandis obmutescente: neq;  
voluntatis suę judicium planè exprimente aut absolvente:  
Si quis (ait) cùm testamentum faceret, hæredibus pri-  
mis nūcupatis, priusquam secundos exprimeret hæredes,  
obmutuisset: magis cœpisse testamentum facere, quam  
fecisse videtur: Itaque primi hæredes ex eo testamento nō  
futuri sunt. l. 25. si quis cùm testamentum ff. Qui testam. fac.  
poss.

Tertius casus à Paulo lib. 1. rēsponsorū recensetur +  
de scriptura testamenti saltem affecta, non perfecta: Ex ea  
(inquit) scriptura, quæ ad testamentum faciendum para-  
batur, si nullo jure testamentum perfectum esset, nec ea,  
quæ fideicommissorum verbæ habent, peti possunt. l. 29.  
ex ea scriptura ff. Qui testam. fac. poss. nam ne. quidem jure  
codicilli valet hujusmodi testamentum imperfectum. l.  
11. fideicomissa. §. 1. ff. de lega. 3 l. 29. C. de fideicommissis.

Quartus casus est de imperfecto testamento illo,  
quod quis fecit super portione bonorum duntaxat,  
& non supertota hæreditate, Nam et si de altera parte po-  
stea

Ita aliud testamentum fecit; non ut miles, ita paganus duobus aut pluribus cum testamentis, ut maximè omnia cetera valeant, decadere potest: ne pro parte sit testatus, & pro parte intestatus: quod jus civile abhorret: sed ultimum tunc valet elogium duntaxat: in quo pars hæredi ascripta assem ad se trahit. l. 35. miles ff. de milit. testam. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit.

Quintus casus à Iustiniano Imp adfertur in l. 29.  
iubemus. vers. Quod si non fuerit. ubi Cyn. & Ias. n. 9. C.  
6 de testam. Si (inquit) nomina hæredum non fuerint manu testatoris scripta, vel voce coram testibus muncupata: testamentum (ceu imperfectum) stare minimè patimur; vel in totum, si tota (id est, omnia) hæredum fuerint prætermissa: aut saltē in ejus hæredis institutionem, cuius nomen neque lingua neque manus testatoris significavit.

Sextus casus est in eo, qui conditionem destinans inserere, non addidit: nam hoc modo institutus pro non adjecto habetur. l. 9. quoties. §. 5. Tantundem Marcellus ff. de hæred. instit. Idque tunc maximè, si ea conditione testator imminuere volebat successionem hæredi relictam. Nam tunc ea tota dispositio pro imperfecta habetur: ut respondit Ruin. in consil. 204. n. 8. lib. 2. Ceteroqui verò omissione conditionis destinatae, quo ad institutionem & substitutionem, testamentum ceu imperfectum non vitiatur. veluti si testamentum ita scriptum reperiatur: Ille hæres esto secundum conditiones infrà scriptas: si quidem nihil est adjectum: neq; aliqua conditio in testamento posita est; supervacua erit conditionum pollicitatio: & testamentum puram habebit institutionem: ut rescripsit Imp: Iustin. in l. 8. C. de instit. & substit.

Quo in loco probat illud Imperator

perator auctoritate Papiniani: qui respondit, vicos Rei-pub. relictos, qui proprios fines habebant, non ideo ex si-deicommisso minus deberis; quod testator fines eorum, & certamini formam, quod celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum permisit: ac postea morte praeventus non fecit: ut est in l. 77. cùm pater. §. ult. ff. de s lega. 2. Bald. & Ias. n. 1. & Bart. Bald. Alberic. Castr. Inol. & alii in l. 25. si quis cum testamentum ibi, eleganter Cuiat. ff. Qui testam. fac. poss. Duaren. in Rubr. de effect. solennit. sentent. Cravet. conf. 147. n. 6. Menoch. lib. 4. præsumpt. 5. num. 6.

Septimus casus est, si legatum adscribere destinans, facta jam hæredis institutione & substitutione, postea illud mortalitate praeventus facere omisit. Nam & tunc totum testamentum illud, etiam si unum duntaxat legatum supersit, imperfectum ratione voluntatis demonstratur: nisi superstes adhuc diu testator poenitentia, ductus fortassis legatum illud destinatum omnino postea intermisit: ut vult Gloss. in l. ult. in verb. neg. impletum. C. Famili. ercisc. & ibid. Bart. num. I. Bald. n. 6. Angel. n. 4. Salic. nu. 3. Castr. n. 3. Idemq. volunt D. D. omnes in d. §. ex imperfe-cto. ibi Bart. num. 5. Bald. n. 1. Castr. n. 2. & 3. Alex. n. 3. Ias. n. 2. & in Auth. ex causa. num. 25. C. de liber. prater. & conf. 8. col. 5. vers. Secundo ad idem. lib. 3. Run. conf. 204. n. 8. lib. 2. Paris. conf. 27. n. 17. lib. 2. Curt. lun. conf. 12. num. 2. veri. Tertiò ad idem. lib. 3. Fr. Hotom. conf. 55. nu. 2. Menoch. d. præsumpt. 45. n. 5. Iul. Clar. d. §. testamentum. q. 7. num. 4. & q. 9. Grass. ibid. q. 12. Mynsing. obseru. 28. cent. 5. Gayl. ob-seru. 112. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1352. num. 70.

Postremus casus est, si scriptura testamenti à te-  
statore

statore publicari destinata , coram testibus & notario pos-  
tēdē publicata non sit: juxta l. 11. fideicomissa. §. 1. ff. de le-  
ga. 3. Bart. in d.l. si is qui. ff. Qui testam. fac. poss. Angel. cons.  
400. col. 2. vers. Primò quia notarius. Alex. conj. 96. nu. 9.  
lib. 3. Decius cons. 488. num. 15. vers. Praterea. Ias. consil.  
68. col. ult. lib. 1. Ruin. cons. 15. num. 11. vers. & in primis. lib.  
2. & cons. 1. num. 8. lib. 3. Fr. Hotom. cons. 55. num. 12. & 13.  
Menoch. cons. 42. n. 14. lib. 1. & d. præsumpt. 5.  
n. 7. cum aliis ibi allegatis.

## CAPVT IX.

DE TESTAMENTO ER-  
rōneo, sive per errorem con-  
ditō.

## S V M M A R I A.

1. Alterum genus testamenti imperfecti in totum , eiusq;  
species & genera.
2. Testamentum Erroneum quid.
3. Errantis nulla est voluntas.
4. Error ob defectum consensus omnem contractum viti-  
at: adeo ut nulla ex eo oriatur obligatio , ne qui-  
dem naturalis. n. 5.
5. Scientiam certam desiderat , quod animi destinatione  
agendum.
7. Error viciat testamentum , & ipso iure nullum  
redit.

8. Primum exemplum de errore in heredis corpore commisso.
9. Secundum, de patris errore in herede instituendo tanquam filio, qui non est filius.
10. Tertium, de eo qui pro fratre per errorem institutus est.
11. Quartum de errore in corpore rei legata commisso.
12. Et quid si in fundi vocabulo erratum sit.
13. Rerum vocabula mutantur; hominum non item.

**A**LTERVM genus Imperfetti testamenti est, quod voluntate in totum deficitur: quod quidem pluribus modis fieri potest; sive per errorem; sive per vim & metū: sive per dispositionis perplexitatem: ut paulò antè dictum est. Sed de erroneo testamento in hoc capite agemus: de cætetis verò in duobus capitibus in sequentibus.

Testamentum erroneum voco illud, in cuius institutione à testatore erratum est. Planè enim errantis nulla est voluntas: l. 2 a. sed hoc ita. ff. de aqua & aq plu. arcen. neque ullum consensum error habere dicitur. l. 15. si per errorem. ff. de iuriis dict. l. 2. in pr. ff. de iudic. ac propterea si per errorem aliquid fiat, non valet, quod actum est. d. l. 4. si per errorem. l. 14. si filius fam. & l. 18. si ego pecuniam. ff. de reb. cred. sicut & omnem contractum error vitiat: Quippe cum nihil tam consensiui contrarium sit, quam error; qui imperitiam aut ignorantiam detegit. d. l. si per errorem l. 116. nihil consensiui. §. ult. ff. de reg. iur. l. 2. ff. de confessis. l. 1. se semper adversus possessorem. §. 5. sed si is sit locus. in fi. ibi magna & iusta ignorantia causa interveniente. ff. Quod vi aut clam. adeò ut nulla ejus sit obligatio, quod per errorem

rem auctum est: ne quidem naturalis: multoq; minùs civilis: tanquam omni destitutum consensu l. 37. si quis. ibi, quoniam erroris fideiūssio nulla est. ff. de fideiūss. l. 9. dolum. C. de dolo. De quo eleganter ita Pomponius lib. 36. ad 2. *Mutium* scribens: In omnibus (inquit) negotiis contrahendis: sive bona fidei sint, sive non sint: si error aliquis intervenit: ut aliud sentiat, puta qui emit, aut qui conducit: aliud qui cum his contrahit: nihil valet, quod auctum est. Et idem in societate quoque coeunda respondendum est: ut si dissentiant, aliud alio existimante: nihil valeat ea societas, quæ in consensu consistit: ut est in l. 57, in omnib. ff. de oblig. & action.

<sup>6</sup> Nam & in totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi verâ & certâ scientia perfici possunt: ut ait Papinianus in l. 76. in totum. ibi Dec. n. 7. ff. de reg. iur.

<sup>7</sup> Quod vel maximè fieri debet in testamento: quod est justa voluntatis testatoris sententia de eo, quod post mortem suam fieri vult: in quo si quis per errorem hæres institutus sit, ipso jure deficit testamentum: quoniam voluntate deficitur: quæ aliâs totum facit in testamento, d. l. si per errorem. Cujus rei aliquot exempla ex jure civili huc annotare operæ precium fuerit.

Primum exemplum est de errore in hæredis corpore commisso: cuius exemplum aptissimum est in Esau & Iacobo, Gen. c. 27. extatque casus apud Vlpianum lib. 5. ad Sabinum: Quoties (ait) volens alium hæredem scribere, alium scripterit in corpore hominis errans (*vñti Frater meus, Patronus meus*) placet, neque eum hæredem esse, qui scriptus est, quoniam voluntate deficitur: neque eum, quem voluit, quoniam scriptus non est: ut est in l. 9.

quoties, in princ. ff. de hered. instit. Alterum exemplum <sup>9</sup> est de patre testatore per errorem instituente hæredem tanquam filium, cùm filius non esset: quæ institutio pro non facta habetur. l. 5. ff. de testam. mil. Quem casum his verbis decidit Imp. Gordianus in l. 4. C. de hered. instit. Si (inquit) pater tuus quasi filium suum hæredem instituit, quem falso opinione ductus suum esse credebat: non instituturus, si alienum nosset: isque postea subditus (id est, supposititus) esse ostensus est: auferendam ei successionem Divorum Severi & Antonini placitis continetur.

Tertium exemplū est de eo, qui ut frater institutus à fratre errante, restè institutus non esse existimatur: de quo casu ita rescriperunt Imp. Dioclet. & Maximian. in l. 7. C. de hered. instit. Nec apud peregrinos (id est, apud eos, qui extra Romanam habitant) fratrem sibi quisquam per adoptionem facere poterat. Cùm igitur, quod patrem tuum voluisse facere dicis, irritum sit: portionem hæreditatis, quam is, adversus quem supplicas, veluti adoptatus frater hæres institutus tenet: restitui tibi Proles provinciæ curæ habebit,

Quartum exemplum est de errore in rei legatæ <sup>11</sup> corpore commisso: qui legatum vitiat. Sic enim scribit Vlpianus in d. l. quoties. §. 1. Si in re quis erraverit: utputa si dum vult lanceum relinquere, vestem leger: neutrū debet. Hoc, sive ipse scripserit, sive scribendum (notario) dictaverit. Simile exemplum adfert idem Vlpianus in l. 4. ff. de lega. 1. Si quis (inquit) in fundi vocabulo erravit, & Cornelianum pro Semproniano nominavit: debebitur Sempronianus. Sed si in corpore erravit,

(Tunc

(Tunc enim testator non scripsit, quod voluit: scripsit, quod noluit) non debebitur. Quod si quis, cum vellet vester legare, supellecstilem adscripsit; dum putat supellecstile appellazione vestem contineti: Pomponius scripsit, vestem non deberi. Quemadmodum si quis putet, auri appellazione electrum vel aurichalcum continebitur. vel (quod est stultius) vestis appellazione etiam argentum contineri.

Rerum enim vocabula immutabilia sunt: hominum mutabilia: In illis nemo censetur errare: in his facilè fit, ut error admittatur, & quis decipiatur, nomine scilicet fundi aut possessoris mutato. d.l.

4. ibi Goto fred. & Ferrand. lib. 1. cx.  
plicat. c. 31.

## CAPUT IX.

DE TESTAMENTO VI,  
metusvè causâ condito.

## S V M M A R I A.

1. Quod vi metusvè causa gestum est, ratum non est.
2. Metus & vis contraria consensit & bona fidei.
3. Testamentum vi aut metu factum, ipso iure nullum. & num. 8.
4. An coacta voluntas sit voluntas, & quatenus non.

5. Testandi

N. RAVSNERI

5. Testandi libertas absoluta; neq; ex alieno pendens; arbitrio.n.6. ut nec legatum.n.7.
9. Pœna civilis & criminalis eius, qui testari aliquem prohibuerit vel coegerit.
10. Testamentum an & quando metu conditum non presumatur.
11. Primus casus, de notario in conspectum testatoris venire prohibito.
12. Secundus, de testibus prohibitis.
13. Tertius, de querela testatoris, aut etiam protestatione insolita, quod non metu, sed sponte testatus sit.
14. Quartus de testatore in morbo gravi minis aut molestius crebris affecto: & quid si ob nimiam reverentiam sic testatus est.

**Q**VEM ADMODVM si quid per errorem actum est, nihil valet quod actum est, ut modò est demonstratum: ita quod vi metusve causa gestum est, propter necessitatem impositam, contrariam voluntati, metu instans, vel futuri periculi causa mentis trepidatione; minimè ratum habetur, sed immò potius ipso jure nullum est. l. 1. & paß. D. & C. Quod vi metusve causa gestum erit.

Neque enim iuti quidquam tam inimicum est, quam vis, ut ait M. Tull. Cicero in Orat. pro Cæcinna: nihilque consensui, qui & bonæ fidei judicia sustinet, tam contrarium est, quamvis atque metus: quem comprobare contra bonos mores est, teste Vlpiano in l. 116. nihil consenjui. in princ. ff. de reg. iur. Harmenopul. in Prompt. iur. civ. lib. 6. c. 2: &c. ut in Basiliis legitur, εδεν ετως οι πεντηον τη αγαθη ωνται, ως η βια κριτοβοσσο, id est, nihil tam contrarium est bonæ fidei, quamvis atque metus: ut est in Eclog. lib. 2. s. 3. c. 115.

Ac

Ac proinde si quis testamentum vi aut metu coactus fecit, statim ipso jure nullum est: quoniam voluntate, quam vis & metus excludit, deficitur: adeò ut non sit necesse rescindi illud edicto Prætoris, quo per vim & metum facta infirmantur. arg. c. cùm locum, ibi Panorm. n. 2. & 6. & c. veniens. ibi Panorm. n. 5. & 7. de sponsal. & matrim. & Auth. sacramenta puberum, ibid. Ias. n. 5. & 43. C. si advers. ven. & in l. 12. pacta novissima. n. 13 ff. de pactis. & in l. 13. interpositas. n. 2. C. de transact. Gloss. in l. 1. §. ult. verb. non valet. ff. de auctor. & consen. tut. Guid. Pape sing. 969.

Quanquam enim coacta voluntas etiam voluntas est: ut quamvis ea si libera esset, fortassis noluit, tamen <sup>4</sup> coacta voluisse dicatur: arg l. 21. si mulier. §. penult. ibi, tam coactus volui. ff. Quod met. cau. ibid. gloss. in verb. volui, recensens hunc versum:

*Et sic facta volet, quod nollet velle coacta.*

minimè tamen ejusmodi voluntas coacta est voluntas, absoluta, ut ait Panorm. in c. maiores. §. ult. de baptis.

<sup>5</sup> Cujusmodi sanè voluntas libera & absoluta vel maximè in testamento requiritur.

<sup>6</sup> Nam & si alieno sit permitta arbitrio, vitiosa est tota institutio: propterea quod testamentorum jura ipsa per se firma & libera esse oportet, non ex alieno pendere arbitrio, secundum Cajum in l. 32. illa institutio, in pr. ff. de hered. instit. sicut nec legatum in alienam voluntatem conferti potest. l. 52. nonnūquam. in si. ff. de conditio. & demonstr. l. 65. si ita legatum. 8. ff. de lega. r. l. 68. si quis. vers. At qui si quis. ff. de hered. instit. ne quidem hæreditis ipsius, ne dum extra nei. l. 43. Senatus. §. pen. ff. de lega. r. l. 46. si deicommisaria libertas. §. 3. & 4. ff. de fideico libert. Caia. lib. 2. Obs. c. 2.

Multò ergo magis viciosa erit illa institutio , quæ per vim aut metum facta est; quippe quæ voluntati testatoris planè aduersa & contraria est. l. i. ff. Quod vi metu vè causa , veluti si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit : de quo est singularis titulus ita conceptus his verbis in D. & C. & in Basil. l. b. 35. tit. 4. & apud Paul. lib. 5 sent. §. 3. & in oratione Isai Rhetoris Craci ἀπὸ κεκληρούμενος αληγει.

Quin imò in eum, qui liberam testatoris voluntate impedit, jure civili pœna statuta est , non solum civili, ex constitutione D. Hadriani . qua omnibus actionib. ei denegatis, hæreditas ab eo aufertur, & fisco applicatur, ut est in l. i. in pr. ff. Si quis aliquem testari prohib. vel coeger. verùm etiam criminalis ex rescripto Alex. Severi Imp. cuius verba hæc sunt in l. i. C. eod. tit. Civilis ( inquit ) disceptationi crimen adjungitur: si testator non sua sponte testamentum fecit: sed compulsus ab eo, qui hæres est institutus, vel à quolibet alio, quos noluerit, scripsit hæredes,

Quo in loco tamen glossa in verb. crimen. non publicum, sed extraordinarium crimen exponit: quod plerunque, maximè si metus solus, hoc est, absque vi & dolore, intercessit, judicis punitur arbitrio: de quo latius Bart. Alexan. & alii ibid. & Aegia. Bess. in tract. crimin. caus. tit. de his qui prohib. aliq. test. & iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. q. 83. vers. compellens.

Quanquam vero testamentum vi aut metu conditum non ita facile præsumitur: licet in carcere illud sit factum: ac ne Principe quidem hæerde instituto, cum sola potentia metum non arguat, l. 6. 12. invidiam. C. Quod met. cau. Bald. in conf. 350. col. 2. vers. Dico quod. & vers. item dico, lib. 3. quem sequitur Manic. lib. 2. de canect. ult. volun.

volun.tit.7.n.2. & Menoch.de prasumpt.lib.4.prasumpt.11  
n.2. & 3.cum seq.

Sunt tamen non pauci casus, ex quibus prohibitio ista vel coactio colligitur : de quibus lauissimè idem Menoch:lib.2.de arbitr.indic.quaest.cent.4.cas.395.per tot.ubi quatuordecim casus recenset, una cum poenis in eos constitutis, ac præterea certos quosdam modos, quib. ea probari possit, exponit: quò brevitatis causa vos remitto.

Sed ut melius tamen intelligatur, quomodo hoc fieri soleat, saltem unum aut alterum exemplum allegare operæ precium fuerit.

**11** Primum ergo exemplum est, si is, qui captat hæreditatem legitimam, vel ex testamento, prohibuit testamentarium, (id est, norarium, siue scriptorem testamenti) introire, volente eo facere testamentum, vel mutare, de quo est in l.1.in pr. ff. si quis aliq. testa. prohib. Bart,in l. alt. num. 3. ff.eod.

**12** Alterum exemplum est de eo, qui impedit solenne aliquod à lege requisitum: puta si quis dolo malo fecerit, ut testes non veniant: & per hoc deficiatur facultas testamenti faciendi: quo casu denegantur actiones ei, qui dolo fecerit: siue legitimus hæres sit, siue priore testamento scriptus.l.2.ff.d. tit.l.2. §. ult. ff. si quis cautio. Salic. in l.1.in si.ibig. Bald.n.14.C.eod. Deci.in l.5.in actionib.n.13. & ibi Ias.n.17. ff. de in litem iur. Plotus in l.9. si quando. nu. 725.C.unde v. Bald.conf.285.lib.3.Corne.conf.55.& conf. 84.lib.2.Socin.Sen.conf.55.col.2.vers. Præterea.lib.1.Soci. Iun.conf.148.n.4.& 38.lib.2.Paris.conf.67.n.5.& 43.lib. 3.cum aliis relatis per Menoch.d.cas.395.n.36. & 37.

**13** Tertium exemplum est, si vel ex assertione, vel protestatione insolitâ ipsius testatoris appareat,

se metu coactum fecisse testamentum: eodemque metu  
impeditum se testamentum jam conditum revocare non  
potuisse. Bart. in l. ult. n. 14 ff. si quis aliq. testa. prohib. Bald.  
in l. 1. n. 15. C. cod. Corne. d. cons. 56. in fr. Paris. d. cons. 67. n.  
119. Socin. lun. d. cons. 1. 48. n. 14. Gratus cons. 20. n. 2. lib. 2.  
Bosius in loc. præall. Menoch. d. cas. 395. n. 49. & d. præsum.  
11. n. 7.

Quartum exemplum est, si constet testatorem  
graviter ægrotantem aut minis territū, aliisve molestiis af-  
fектum, aut etiam nimia reverentia uxoris, in qua metus<sup>1</sup> 4  
subest, permotum, fuisse hoc modo testatum, ut decidit  
*Afflictus in decis. 69. num. 4. & Tiber. Decian. in cons. 65.*  
*n. 2. lib. 2. quos sequitur Menoch. lib. 4. præsumpt. 11. n. 9. & in*  
*d. cas. 395. n. 41. cum plurib. ibi alleg.*

Cæterū inter monumenta Italiae memorabile  
exemplum legitur de Petro Barotio Episcopo Patavino:  
qui cùm pertinaciter urgeretur ad coadendum testamen-  
tum, tale condidit: *Ego N. relinquo animam meā Deo: cor-*  
*pus terra: facultates vero quascumq. possedi, si que restant, re-*  
*linquo quibus de iure debentur.* Exstat ejusdem Epitaphi-  
um Patavii in sacra æde, quam vocant, Eremitarum:

PETRO BAROTIO BELLVNENSI PRIMVM  
ANTISTITI, PONTIFICI DEIN PATAVINO,  
SANCTIMONIAE, PIETATIS, ERVDITIONIS,  
BENEFICENTIAE INCOMPARABILIS, SENAT,

VENET. M. H. F. CV.

RAVIT,

CAPVT

## CAPVT X.

DE TESTAMENTO PER  
dolum aut fraudem condito.

## SUMMARIA.

1. *Testamentum dolo conditum an præsumatur, & quantum.*
2. *Testamentum dolo factum, nullius momenti est.*
3. *Fraus & dolus nemini prodeesse debet.*
4. *Petens ex testamento contra voluntatem testatoris, exceptione doli mali repellitur.*
5. *Quibus modis dolus in testamento commissus probetur.*
6. *Primus casus, de nimia persuasione, quæ plus est quam violenta compulsiō. n. 7.*
7. *Mutuis affectionibus iudicia morientium provocare, an lege sit permisum.*
8. *Secundus casus, de insolita convocatione notarii & testimoniū, non scientie testatore.*
9. *Tertius, de hæredis institutione ad alterius interrogacionem facta, & quantum.*
10. *Quartus, de suspecto testamento noctis tempore ab aliis tribus luminibus condito.*
11. *Quintus, de omisso hærede legitimo, & alio extraneo instituto.*

PROXIME ad testamentum metu conditum accedit illud, quod dolo factum est; qui & ipse licet non præsumatur, æquè ut metus. l. merito ff. Pro socio. l. o. dolum. C.

de dolo malo. ibi Bald. Salic. & Alex. fit tamen nonnunquam, ut perspicuis indiciis probetur: eoque pacto testamentum non modò suspectum, sed etiam vitiosum redditur: ita ut ipso jure nullum sit, tanquam injustum, & non jure factum: cō quod & in eo defuncti testatoris voluntas deficiat: quæ totum facit in testamento: l. 35. ex facto. §. 3. ff. de hered. instit.

Nam & aliās si dolo malo quid factum esse dicatur, nullius momenti est: ne scilicet cuiquam malitia sua sit lucrota, aut simplicitas alteri decepto damnosa, l. 1. in pr. & l. 12. ne ex dolo. ff. de dol. mal. cum simil.

Ac propterea si quis quid ex testamento contra voluntatem testatoris petat, per exceptionem doli mali repellitur. l. 4. §. 10. prate, ibi, quia voluntatem non habet. §. de dol. mal. except. Prōbatur autem dolus in testamento aliquot modis: quos plerosq; refert Menoch, lib. 4. præsumpt. 5 12. per tot.

Primus caſus est, si testator nimia & quasi violenta persuasione alicujus adductus, fecit testamentum. Quippe quæ dolum arguit, & vim habet violentia. l. 1. §. persuadere. ff. de servo corrupto. l. 31. cūm quis, ibi Bart. ff. de dol. mal. Gloss. in l. 4. apud Celsum. §. 10. praterea. ff. de dol. mal. & met. except. Cravet, conf. 192. n. 12. Afflict. decis. 69. n. 7. Idq; tunc maximè, si persuasio ista minas vel verbera subsecuta fuerit, secundum gloss. in l. ult. C. si quis aliq. testa. prohib. Ias. in l. 1. n. 4. C. cod. Socin. Sen. in l. 1. §. si quis ita. n. 2. ff. de verb. oblig. Paris. d. conf. 67. n. 10. Socin. lun. d. conf. 148. nu. 16. & conf. 113. n. 13. lib. 3. Dec. conf. 489. n. 1. & 6. Sylvan. conf. 54. n. 10. Menoch. d. cas. 395. n. 41. & d. præsumpt. 12. nu. 8. & 9.

Cateroquin uxoris judicium postrenum in se provocare maritali sermone, non est criminofum ex reser- pto

pto Imp. Dioclet. & Maximin. l. ult. C. si quis aliq. testa. prohib.

Quod & Papinianus hoc modo respondit in l. ult. ff. eod. Virum. (ait) qui non per vim pec dolum quo minus uxor contra eum, mutata voluntate, codicilos faceret, intercesserat: sed (ut fieri ad solet) offensam ægre mulieris maritali sermone placaverat: in crimen non incidisse respondi: nec ei, quod testamento fuerat datum, auferendum.

Planè enim mutuis affectionibus provocare judicia, præsertim eorum, qui ab intestato veniunt, legi improbatum non est, eodem Papiniano teste in l. 70. capit. 10. ff. de hæred. instit. las. in l. 1. n. 4. C. si quis aliq. testa. prohib. Paris. d. cons. 67. n. 56. Socin. tun. d. cons. 148. nu. 15. & 30. R. sin. cons. 2. n. 10. & cons. 73. n. 5. lib. 2. Menoch. d. cas. 345. n. 42. & 44.

<sup>9</sup> Alter casus est, si testamentum ex eo suspectum redditur, quod antequam de voluntate testatoris aliquid constaret, scripto testamenti & testes eo ignorantibus accisi fuerint: quod cum aliâs in solitum sit, ex eo dolus arguitur, c. super his, de fid. instrum. gloss. in c. in tantum, verb. anticipat, de Simonia. & in l. 7. si quis sub conditione ibi q. Bald. ff. de condit. instit. las. in l. 17. testamentum. n. 4. C. de testam. Decius in cons. 65. n. 11. lib. 2 & cons. 448. n. 23. Menoch. d. præsumpt. 13. n. 3. cum ibid. alleg.

<sup>10</sup> Tertius casus est, si testamentum ad interrogacionem ejus, qui hæredem se institui desiderat, factum sit: præsertim si is accessit cum testamento scripto: aut si testes vel notarium injussa testatoris adduxit: quando animum & voluntatem testandi non habuit.

Tunc enim hoc potius egisse videtur, ut se ab ea interrogationis molestia liberaret: quam ut ita

ut ita testaretur: & si forte fuisset alia de re interrogatus, idem respondisset: ut tradit Cyn. in l. 29. iubemus. col. 2. v. ultimò queritur. C. de testam. Roma. cons. 306. Alex. cons. 12. n. 6. vers. Et idē licet. lib. 1. & cons. 33. n. 8. lib. 4. Socin. Sen. cons. 229. n. 7. vers. Præterea subdit. lib. 2 & cons. 92. n. 17. in fin. lib. 3. Paul. de Castr. cons. 156. col. 1. & 2. lib. 1. las. cons. 196. col. 3. vers. Item diligenter. lib. 2. Socin. lun. cons. 183. n. 31. cum seq. lib. 2. Ruin. cons. 9. n. 14. lib. 2. & cons. 8. n. 7. & 9. lib. 3. Corne. cons. 103. in fi. lib. 1. & cons. 77. num. 8. lib. 4. Paris. cons. 31. n. 3. & 6. cum seq. Grass. cons. 30. nu. 21. lib. 2. Sylvan. cons. 54. nu. 10. Petr. Peck. in tract. de testam. coniug. lib. 1. c. 5. n. 9. Menoch. d. præsumpt. 12. n. 3. & latè in dem lib. 4. præsumpt. 8. n. 39. & per tot. de quo etiam iam ante à suprà dictum est in part. 2. c. 16. n. 11.

Quartus casus est. si à Notario testamentum no-  
dis tempore conditum est: non adhibitis luminibus; qui-  
bus persona ipsius testatoris & testium dignosci posset:  
quia scilicet tenebræ ad decipiendum aptiores sunt. arg. l.  
1. §. tria luminaria. ff. de venter. inspici. Nam & tune dolus  
arguitur: & suspectum esse incipit testamentum, quasi  
dolo factum: si præsertim noctis illud tempus, quo testa-  
mentum conditum est, à notario non sit expressum.  
*Decius in cons. 65. n. 20. & 21. lib. 2. & cons. 354. num. 1. las.*  
*cons. 50. lib. 3. Socin. lun. cons. 31. n. 49. lib. 2. Cravet. cons. 34*  
*n. 11. Menoch. d. præsumpt. 12. n. 6. & 7.*

Quintus casus est. si testator omisso hærede legiti-  
mo, alium extraneum instituit, absq; causa justa & legitima.  
Nam tunc dolo inductus ab eo, qui hæres institutus  
est, creditur. Ita respondit Paul. de Castr. in cons. 339. n. 1. lib.  
2: Hier. Gabriel. cons. 16. n. 43. lib. 1. quos refert Menoch. in d.  
præsumpt. 12. n. 10.

## CAPUT XI.

DE TESTAMENTO  
perplexo sive obscuro.

## SUMMARIA.

1. Testamentum Perplexum quid, & ipso iure nullum & inutile. n. 2.
3. Perplexitatis duplex ratio.
4. Prima, in obscuritate verborum testamenti: Altera in repugnancia duorum testamentorum posita, num. 7.
5. Incertitudo personae, vitiat legatum libertatis.
6. Idem est in tutori incerto in testamento dato.
8. Perplexitas omnem actum vitiat: & quatenus non, num. 11.
9. Pugnantia inter se in testamento, rata non sunt: ut & ea que non intelliguntur, nu. 10.
12. Et quid si in testamento ambiguè aut perperam scriptum sit?
13. In dubiis & obscuris quomodo interpretatio facienda. & num. 15.
14. Quæstio voluntatis defuncti est in estimatione iudicis.

**E**ST & adhuc aliud vitium, quo testamentum, saltem ex defectu voluntatis ipsius disponentis, imperfectum redditur: si nimicum adeò obscura & tortuosa sit testatoris

M m

dispo-

dispositione ut quæ ejus voluntas fuerit, certò sciri aut intelligi nequeat quod genus testamentum vñ gō Perplexum appellatur.

Cujusmodi testamentum non modò suspectum 2  
est, ut vult Oldrad. in cons. 142. in si. & Cravet. in cons. 143.  
n. 11. verum etiam proutius inutile & nullum : siquidem  
perplexitatis ratione impossibilitas quædam inducitur,  
quæ indissolubilis est, & propterea actum vitiat; ut tradit  
*Roman. in l. uni. n. 24. vers. non obstat illud argumentum, C.*  
*Quando non perent. partes perentib, ad cresc.*

Sed hoc quidem perplexitatis vitium nascitur vel  
ex obscuritate verborum ejusdem testamenti: vel ex di-3  
versitate duorum testamentorum, sibi invicem repu-  
gnantium: cum non constat utrum sit prius aut poste-  
rius.

Primi generis exemplum tale est apud Martianum 4  
lib. 4. 1<sup>o</sup> institutionum: ut si testator ita dixit: Si Titius hæres-  
rit, Sejus hæres esto: Si Sejus hæres erit, Titius hæres esto:  
ob perplexitatem inutilis est hujusmodi institutio, ex lu-  
lianis sententia: cum conditio existere non possit: ut est in  
l. 1 c. 8. *Si Titius, ff. de cond. monib. instit.* Nec enim conditio  
precedere potest effectum dispositionis, ut ibidem notat  
*Bartolus & reliqui interpres, & pulchrè Menoch. lib. 4. pra-*  
*sumpt. 16. n. 33.*

Similiter & si quis de pluribus unum manumitti  
voluerit: nec appareat, de quo manumittendo testator  
sensit: nulli eorum fideicomissa competit libertas, ut  
ait Modestinus in l. 27. *si quis de pluribus, ff. de reb.*  
*dubiis,* Nam & tunc ratione perplexitatis & incerti-  
tudinis

tudinis personæ, vitiatur legatum libertatis. l. 10. si fu-  
erit legatum relatum, in si. princ. & l. 13. si is qui du-  
centa. §. 3. in si. ibi, illius effectus est, ut neutrū fiat. ff. de  
reb. dub. §. libertas quoq. inst. de legat.

Perinde ut & si testamento tutor incertus datus  
sit, non valet ea tutoris datio. l. 20. tutor incertus. &  
l. 30. duo sunt Titii. ff. de testam. tute. ubi in hunc modum  
scribit. Paulus lib. 6. Questionum : Duo sunt Titii,  
pater & filius : datus est tutor Titius : nec apparet, de  
quo sensit testator : quero, quid sit juris & respondit : Is  
datus est tutor, quem dare le testator sensit ; si id non ap-  
paret : non jus deficit, sed probatio: igitur neuter est tu-  
tor.

7 Alterius generis exemplum est, si duo diversa &  
inter se repugnanta testamenta scripta sunt à testatore,  
& ignoretur, utrum prius sit vel posterius. Nam &  
tunc neutrū valet ob vitium incertitudinis & perple-  
xitatis, secundum gloss. in l. omnes, in verb. missus. C. de  
præscript. 30. vel 40. annor. & ita communiter ibi tradunt  
omnes, ut Olara. Raynut. Odofred. Cynus. Angel. Bart.  
Salic. Calcan. Paul. de Castr. Alex. Cornues & Ias. qui  
communem testatur num. 35. & Decius num. 52. & Man-  
tua in lect. 1. num. 210. Papiens. Pract. in form. libel. quo  
hereditas ex testamento petitur, in gloss. iniuste. num. 3.  
vers. & si fortasse. Socin. Iun. conf. 2. num. 12. lib. 2.  
Boer. quast. 152. num. 9. Afflict. decis. 387. ad fin. Tira-  
guel. in tratt. de iur. primogen. q. 17. opin. 6. n. 6. ques refert  
& sequitur Menoch. d. pralump. 10. n. 34. & in Comment.

de arbitr. iudic. quest. lib. 2. cas. 188. n. 1. & latissimè in tract.  
de adipisc. possess. remed. 4. quest. 95. n. 7. s. i. cum seqq. ubi ali-  
quot declaratio[n]es huius sententia recenset.

Plan è enim incertitudo & perplexitas omnem a  
statum vitiat. d. l. si Titius. & d. l. duo Titii. & ubi pugnantia  
inter se in testamento jubentur, neutrū rātū est , sc.  
tundum Celsum in l. 188. ubi pugnania. ff. de reg. iur. Quæ  
sententia in Basili, ita expressa legitur: τὰ δὲ διαθήματα  
λοις ἐναρτίσουσα εἰς ἔργων, h. c. Quæ inter se pugnant in te-  
stamento, rata non sunt : ut est in Eclog. lib. 2. n. 3; cap.  
184.

Denique in testamento quæ scripta essent, neque  
intelligerentur, quid significarent. ea perinde haberi , ac 10.  
Si scripta non essent, ait Alfenus Varus in l. 2. ff. de his que  
pro non scriptis habentur.

Quod si tamen conjectura aut interpretatione ali-<sup>11</sup>  
qua benigniore perplexitas ista explicari aut dissolvi poter-  
rit, non vitiatur testatoris illa dispositio: arg. l. 14. per ser-  
uum. §. 1. in si. ff. de usu & habit. & l. 1. ff. de adim. lega. Ro-  
man. in d. l. uni. n. 25. Bart. in l. 88. qui quadringenta. in pr.  
ff. ad L. Falc. Menoch. in d. presumpt. 10. n. 31. & 34. in fin.

Nam & alias cùm in testamento ambiguae , aut  
etiam perperam scriptum est, benignè interpretari , & se-<sup>12</sup>  
cundum id, quod credibile aut magis verisimile est cogi-  
tatum, credendum est: ut eleganter ait Marcellus in l. 24.  
cùm in testamento. ibi Socin. ff. de reb. dub.

Semper enim in dubiis benigniora præferenda  
sunt. l. 56. semper ff. de reg. iur. & in obscuris sequimur, id <sup>13</sup>  
quod est verisimilius. l. 114. in obscuris. ff. de reg. iur. c. inspi-  
cimus. 45. lib. 6. eod. ibid. Dyn. n. 5. ubi tamen gradus quo-  
dam in eo servari debere vult: ita ut in obscuris & ambi-  
guis.

guis prius voluntas spectari debeat: deinde id quod verius similius est: cum propria verborum significatio: denique id quod minus est; id si non appareat, actum pro invalido habendum esse.

**Quod vel maximè in voluntate defuncti interpre-**  
**14 tanda observandum est: cuius quæstio cum sit in æstima-**  
**tione judicis. l. 7. & l. 15. quamvis. C. de fideicom. l. 12. Sti-**  
**chus ff. de lega. 3. plerunque ea plenius interpretanda est:**  
**15 ut valeat potius, quam pereat: etiam si à verborum signifi-**  
**catione propria recedendum sit. d. l. 7. & d. l. 15. quamvis.**  
**l. 6. 9. non aliter. in pr. & §. 1. vers. Non enim in causa testa-**  
**mentorum ad definitionem utiq. descendendum, ibid. Götfred.**  
**cum ibid. alleg. & l. 9. 5. quisquis. ff. de lega. 3.**

Sed de hac re alius erit commodior fortassis pluribus agendi locus. Atque ita de primo genere testamenti injasti, quod Imperfectum nominatur, ejusque partibus & speciebus omnibus & singulis, hactenus dixisse sufficiat.

## C A P V T XII.

D E T E S T A M E N T O I N-  
terdicto sive prohibitorio.

## S V M M A R I A.

1. Secundum genus testamenti iniusti Interdictum sive Prohibitorium, & quod. n. 7.
2. Interdictum legibus à testatore frustra precipitur, & pro infecto habetur. n. 3.
4. Editum de testamentis est prohibitorium.

s. Testamenti factio publici iuris est, omnibusq; permissa &  
libera. n. 5. Testamenti factio quibus lege vel na-  
tura adempta sit, remissivè.

**S**EQVITVR deinde alterum genus testamenti injusti:  
quod propriè Interdictum sive Prohibitorium appellatur,  
hoc est, lege vel natura prohibitum arg. l. 1. & pass. C. de  
tab. exhib. & l. 1. & 2. ff. de interdict. & §. prohibitoria. insti-  
cod. tit.

Quomodo & aliás Interdictum matrimonium  
dicitur, de quo est in Rubr. & pass. C. de interdicto matri-  
monio inter pupillum & tutorem seu curatorem, filiosq; eo-  
rum: & in tit. Decretal. de matrimonio contra interdictum  
Ecclesie contracto: quia scilicet interdictum juris est, ex-  
emplo l. 8. prædia. C. de prædiis & alijs reb. min. sine decre-  
non alien. vel oblig.

Neque enim interdictum legibus præcipi à testato-  
re convenit, l. 1. C. de his que pena nomine in testam. vel codi-  
cili. scribunt. vel relinq. Vbi Imp. Iustinianus in fin.  
Scribit, quod si aliquid vel legibus interdictum, vel etiam  
probrolum, vel etiam impossibile: hæres vel legatarius  
vel libertate donatus facere jussus fuerit: tunc sine ullo  
damno, etiam neglecto testatoris præcepto, servetur; per-  
inde ut & aliás quod ab eo contra interdictum juris civi-  
lis sit, pro injusto & infecto meritò habetur. l. 20. creditor  
C. de donat. inter vir. & uxor. & l. 5. C. de LL. & constit.  
ubi præclarè Imp. Theod. & Valent. ita rescripsierunt:  
Ea que lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non  
solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur: li-  
cer

cet legislator (& sic quoque testator, cuius voluntas pro lege habetur) fieri prohibuerit tantum: nec specialiter dixerit inutile esse debere, quod factum est. Sed & si quid fecerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est: illud quoque cassum atque inutile esse præcipimus, &c. .

3 Sic nimirum & Edictum de testamentis, æquè ac de nuptiis sive matrimoniis, prohibitorum est: quo certis quibusdam personis testamenta facere lege interdictum aut prohibitum est: de quibus est tot. tit. Instit. Quib. non est permis. fac. testam. & tot. tit. D. & C. Qui testam. fac. possunt vel non.

5 Ceteroqui verò, quoniam testamenti factio publici juris est. l. 3. ff. 1. tit. tanè omnibus aliis, quibus ea lege vel natura non est adempta, omnino libera & permitta esse censetur. l. 4. ff. de adim. vel transfer. lega. adeò ut nemo, uno Principe excepto, alteri eam dare vel adimere queat. l. 5. 2. cum duobus §. Idem respondit. ff. Pro facio.

Quod igitur ab eo, cui lege vel natura adempta est factio testamenti, factum est: injustum testamentum est, ceu legis interdictum: & statim ab initio inutiliter factum est: quia scilicet contra leges & juris civilis regulas factum est ab eo, qui testamenti factiōnem non habuerit: ut est, apud Ulpianum in l. 1. §. 3. sive autem, ff. de tabul. exhib.

Quibus autem lege vel natura adempta sit factio

factio testamenti: de eo suprà in parte secundâ hujus tractatus satis prolixè & copiose expositum est. Naturâ quidem, vel ob animi, vel corporis defectum, de quibus agitur ibidem cap. 4. & seqq. Lege autem, vel ob statum, vel ob potestatem, de quibus est in c. 22. & seqq. Sed hæc denuò hoc loco inculcare non est  
necessæ.

## C A P V T XIII.

D E T E S T A M E N T O  
inutili sive illicito.

## S V M M A R I A.

1. *Tertium genus Iniusti testamenti, Inutile sive Illicitum, & quomodo utrumq; hoc verbum in iure civili usurpetur. n. 2.*
3. *Testamenti factio non solum ratione persona, sed & rei ipsius, lege adempta est.*
4. *Testari de re aliena non est licitum: idq; per exempla declaratur. n. 5.*
6. *Primum exemplum illiciti testamenti de re, cuius non est commercium.*
7. *Alterum, de re aliena; & quatenus de ea testari licet. num, 16.*
8. *Plus iuris aut commodi nemo ad alium transferre potest, quam ipse habet.*
9. *Legatum rei aliena an & quatenus valeat: & quid si res sit ipsius heredis. n. 10. aut legatarii. n. 11.*
12. *Dualiter in causa in unam personam & eandem rem*

rem concurrere non possunt: tam in contractibus,  
quam ultimis voluntatib. n. 13. & quatenus possunt  
n. 14.

15. In re ineſt estimatio, non autem ē diversa.
17. Pater liberis suis impueribus substituere potest, & quo-  
modo, n. 18.
19. Pupillare testamentum pars & sequela est paterni te-  
stamenti.
20. Tertium exemplum illiciti testamenti de peculio servi  
& filiis familias, & quatenus.
21. Quartum, de bonis feudalibus.
22. Quintum, de ære alieno testatoris.

**TERTIVM** injusti testamenti genus est, quod pro-  
priè *Inutile*, appellatur: eò quod ab initio inutiliter  
factum est, saltem lege prohibente: quomodo & inutiles  
nuptiæ in tit. C. de incestis & inutilibus nuptiis, & inutiles  
stipulationes, in tit. Inst. de inutilibus stipulationib. dicun-  
tur, hoc est, lege saltem civili prohibitæ, & quæ inutiliter  
contrahuntur: neque ullam obligationem producunt,  
utpote contra juris formam interpositæ.

Idem quoque interdum *Illicitum testamentum* no-  
minatur, hoc est, de his rebus factum, de quibus testari  
jure non est licitum vel permisum. Nam & quod illicite  
scriptum est, pro non scripto habetur. l. 14. *filius fam. in pr.*  
*ff. ad L. Corn. de fals.* Qua ratione etiam in jure civili ad-  
optio illicita, hoc est, contra jus & leges, veluti à muliere  
facta, in l. 8. si is contra quem. C. de *præscript.* long. temp. &  
illicita pactio l. ult. C. sine censu. vel reliq. fund. compar. non  
posse. & l. 4. C. de *monopol.* & *illic. pactionib.* itemque spon-  
sio illicita, l. 10. qui explicandi. C. de *accusatio.* & illicita  
venditio.

venditio, l. i. C. de usucapio pro empto vel transact. & illicitum foenus, l. 14. si ex pactione. C. de usuris, & denique illicitæ merces, hoc est, res quæ vendi aut exportari lege prohibitæ sunt, de quibus est in l. 14. & 2. C. Quæ res vend. non poss. & in l. 1. & pass. C. Quæ res export. non poss. & l. 11. Citem. in pr. & §. 3. illicitarum. ff. de publicanis.

Quemadmodum igitur lege civili adempta est fa  
ctio testamenti quibusdam ratione personæ: veluti si non sit paterfamilias, hoc est, civis Romanus, & Princeps suæ familiæ: de quo superiore capite dictum est: Ita eadem lege civili adempta est testamenti factio quibusdam ratione rei ipsius, veluti si aliena sit, aut ejusmodi, de qua testari non est licitum.

Planè enim lege XII. tabularum utrumque hoc in testatore desideratur: ut & sit paterfamilias: & ut super re pecuniariæ sua, non aliena, testetur: Sic enim verba ejus habent: Paterfamilias uti legassit super pecunia tutela vè sua, ita jus esto. l. 53, sape l. 120, verbis. ff. de verb. signif.

Quod si igitur quis testetur de re non sua & propria, sed aliena: quoniam de ea testari nemini utiliter licitum est, inutile ejus & illicitum testamentum appellatur. l. 8. conficiuntur, §. 3. si post factum. ibi, & de alienis quodammodo rebus testatur. ff. de iur. codicill. l. 77. cum pater. ff. mando §. 24. de lega. 2. l. 13. testandi causa. ibi de pecunia sua. & l. 15. quoniam indignum. vers. Et in postremis ergo. ibi, qui facultates proprias cupiunt ordinare. C. de testam.

Sed res quidem ejusmodi, de quibus testari non  
est lici.

est licitum , multa exempla adferri possunt.

Primum exemplum est de his rebus , quæ non  
sunt in commercio , nec in patrimonio aut dominio  
singulorum : quia publici juris sunt, non privati : cuius-  
modi sunt res sacræ ac publicæ : §. nullius. & §. uni-  
versitatis. Instit. de rer. divis. ac propterea nec inter  
vivos , nec in ultima voluntate , dari aut in alium  
transferri possunt : usque adeò ut ne quidem earum  
debeatur æstimatio. §. non solum autem. vers. sed si  
talis. Instit. de legat. §. 1. Instit. de inutil. stipul. l. 39.  
cùm servus. §. ultim. ff. de lega. 1. l. 1. §. si id quod ff.  
de oblig. & acti. l. 83. inter sacram. ff. ac verb. ob-  
ligationib.

Alterum exemplum est de rebus , quæ quidem  
singulorum sunt, hoc est , privatæ , non publicæ : sed  
tamen non propriæ , verum alienæ: de quibus & ipsis  
testator disponendi jus non habet : sed tantum de propri-  
is facultatibus. d.l., quoniam indignum.

Cujus juris hæc est ratio : quoniam testamentum  
est modus acquirendi rerum dominii: §. ul. 1. Per quas per-  
son,acquir. Nemo autem plus juris aut dominii ad ali-  
um transferre potest, quam ipse habet. l. 54. nemo plus. l.  
12. nemo plus commodi. ff. de reg. iur. c. nemo. lib. 6.  
cod.

Quomodo & in Basilicis ita legitur : ἡ δύναται  
ταῖς τισ τῷ λέοντὶ ἔχει διάδικτη μετάγειν εἰς ἐπεργον, ut est lib.  
2. tit. 3. cap. 55. & ut Seneca ait, nemo potest, quod non  
habet, dare, lib. 5, Controvers. c. 12.

An autem rei alienæ legatum valeat, & quatenus: 9  
 quæstionis est. Et sanè rem alienam legari posse certum  
 est, quatenus scilicet testator rem alienam esse sciatur: alio-  
 quin si hoc nesciat, & rem suam esse falsò existimat: sal-  
 tem favore testamenti receptum est, ut non sit inutile e-  
 jusmodi legatum. Tunc enim hæres eam rem cogitur  
 redimere vel præstare, aut si eam redimere vel præstare nō  
 potest, saltem æstimationem ejus dare tenetur: d. §. non so-  
 lum autem in princ. vers. Quod autem duximus. & d.l. cum  
 servus. in fi. l. 12. si pecunia. l. 6. unum ex familia. §. 8. si rem  
 tuam. ff. de lega. 2. l. 10. cum alienam. C. eod. ibi las. n. 11. c. fili-  
 us. de testam.

Nam & si rem obligatam creditori aliquis testamen-  
 to legaverit, necesse habet hæres eam laere, & præstare  
 legatario: quatenus scilicet defunctus rem obligatam esse  
 sciebat: hisi aliter expressum sit. §. sed eis rem. Inst. delega.  
 l. 5. 7. si res obligata. ff. de lega. 1. l. 15. scilicet. ff. de dot. praleg.  
 Quod totum sumptum est ex legato damnationis, teste  
 Paulo lib. 3. Sent. tit. 6.

Multò autem magis, si res testamento relicta sic 10  
 hæredis, valet ejusmodi legatum: quoniam una & eadem  
 persona cum testatore censetur, & factum ipsius præstare  
 cogitur. d. §. non autem solum. in pr.

Quod si tamen res aliena legata fuerit, cuius domi- 11  
 nus adhuc vivo testatore factus est: siquidem ex causa  
 onerosa, veluti emptionis; actione ex testamento preci-  
 um ejus consequetur: sin verò ex causa lucrativa, veluti  
 ex donatione; ad versus hæredem agere non potest. Tunc  
 enim rei alienæ legatum non valet, aut certè fit inutile: 12  
 quia regula juris est, duas lucrativas causas in eundem ho-  
 minem, & in eandem rem concurrere non posse, §. se  
 rcs.

<sup>13</sup> res aliena. Inst. de legatis. l. 84. huiusmodi. §. qui servum. ff. de  
lega. I. Quæ regula non solum locum habet in contra-  
ctibus, verum etiam in testamentis & legatis. l. 17. omnes.  
l. 19. ex promissione. ff. de oblig. & actio. l. 83. inter rem sacrā.  
§. si rem. ff. de verb. oblig.

<sup>14</sup> Qua ratione etiam, si ex duobus testamentis eadem  
res eidem debeatur: interest, utrum rem an estimationem  
ex testamento consecutus sit. Nam si rem habet agere  
non potest: quoniam nihil ei abest: sin estimationem,  
quia ei aliquid abest, id est, res ipsa, quam semper malit  
<sup>15</sup> habere, quam estimationem: sanè eo casu recte agere po-  
test. §. hac ratione. Inst. de legatis. l. I 98. si servus. §. Stichum  
ff. delega. I.

Porrò regula illa, neminem de re aliena testari pos-  
se, declarationem hanc recipit in patre, qui in suo testa-  
<sup>16</sup> mento non modò sibi, sed etiam filio fam. impuberi, cùm  
ejus ætatis sit, in qua sibi ipse testamentum facere non po-  
<sup>17</sup> test, hæredem instituere atq; assignare potest: quæ substi-  
tutio pupillaris dicitur: in qua sunt duo quodammodo  
testamenta: alterum patris, alterum filii: tanquam si ipse  
filius sibi hæredem instituisset: aut certè vnum est testa-  
mentum duarum causarum, id est, duarum hæreditatum.  
§. Igitur. Inst. de pupil. subst.

<sup>18</sup> Neque tamen liberis suis quisquam testamentum  
facere potest, nisi & sibi faciat, idque priore loco. Nam  
pupillare testamentum pars & sequela est paterni testa-  
menti. §. liberis autem suis. Inst. d. tit. sive, ut Vlpianus lo-  
<sup>19</sup> quitur, appendix est institutionis utraque substitutio, e-  
jusque solius firmamento nititur. l. 1. in fi. l. 2 §. I. & l. 9.  
plures. in ff. de vulg. & pupil. substit. l. 35. si quis hares. in fi. pr.  
ibi. Sunt enim appendices (Festo appendicia) præcedentis insti-

tutionis. ff. de acquir. vel omitt. here. Tertium ex 20  
 emplum est de peculio servi & filiis familias; ut neutri de  
 eo testari liceat, tanquam de re aliena, puta domini aut  
 patris. Quod in filios familias accipiendum est præci-  
 puè de protectitio peculio: quod totum patris est, tamen  
 proprietate, quam usufructu: itemque de peculio ad-  
 ventitio: cuius proprietas liberis, usufructus patri com-  
 petit: adeò, ut ne patre quidem consentiente de eo filius-  
 fam. testari posse credatur. §. i. Inst. quib. non est permis-  
 fac. testam. l. 5. ff. de pecul. l. 1. ff. Si à paren. manum fuer. l. 13.  
 certum est. C. Fam. ercisc. l. ult. §. 5. ipsum autem filium. C. de  
 bonis que lib. Itaque non nisi de castrensi peculio vel  
 quasi filius fam. suo quodam jure præcipuo testari potest:  
 quod totum & solidum ad eum spectat: & proprium est  
 filius fam. patrimonium: ex quo nihil omnino patri debe-  
 tur: & in quo ipse pro patres fam. habetur. d. §. 1. Inst. d. 1. l.  
 2. ff. ad SC. Macedon. l. 3. §. Pomponius ff. de minorib. l. 10.  
 ex nota. l. 14. filius fam. de Castr. pecul. l. 3. C. eod. tit. l. ult.  
 C. de inoff. testam. & l. ult. C. Qui testam. fac. poss.

Sed de hoc satis luculentè pertractatum est jam  
 anteā in parte 2. sub cap. 24. & aliquot capitib. in sequen-  
 tibus.

21

Quartum exemplum est de bonis feudalibus: ut  
 de his vasallus testari nullo modo queat: cùm directum  
 eorum dominium sit penes dominum feudi, ceu pa-  
 tronum: saltem utili dominio penes vasallum ma-  
 nente: neque tamen eo penes hunc solum, sed et  
 iam reliquos agnatos remanente: in quorum æquè ac  
 ipsius domini præjudicium de feudo tanquam de re

aliena

aliena testari omnino non potest. c. filius. de testam. c. uni. ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo valente. de success. feud. c. uni. de prohib. feud. alien. per Frider. in usib. Feud.

De quo cùm supra etiam prolixè expositum sit in secunda parte huius tractatûs, sub cap. 30. non est quod eandem rem iterum atque iterum inculcemos.

Postremum exemplum est de ære alieno, de quo utrum debitor testari possit, queritur. Et verius est, non posse: cùm proprium non sit, quod in ære alieno est. Potius enim creditoris esse dicitur: quia id ei abesse videtur, in quo obligatus est. l. 28. si quis man-  
datu. in fi. ff. de negot. gest. l. 94. planè. §. 1. ff. de  
lega. 1. & tot. tit. ff. Quæ in fraud. credit. de  
quo latius disputat Ioan. Vaud. lib. 1.  
var. quæst. c. 3 I. \*

## CAPVT XIV.

DE TESTAMENTO  
Falso.

## S V M M A R I A.

1. Quartum genus iniusti testamenti, Falsum sive adulterinum: & an rectè testamentum dicatur, & quomodo, n. 2.

2. Falsum

2. *Falsum testamentum quod.*
3. *Falsitas aut verbis, aut re committitur, & que eius sint requisita, n. 4.*
5. *Falsi crimen in testamento quib. modis committitur.*
6. *Primus modus, de clam aponente testamentum, & quid amovere significet. n. 7.*
8. *Secundus, de suppressore testamenti, & quis supprimere dicatur. n. 9.*
10. *Tertius de raptore eiusdem.*
11. *Quartus de eo qui delet alterius testamentum.*
12. *Quintus de eo qui interlinxit aut inducit, vel inscribit.*
13. *Sextus de subiectore testamenti, sive testamentario.*
14. *Septimus, de eiusdem resignatore.*
15. *Octavus, de scriptore falsi testamenti.*
16. *Nonus, de signatore eiusdem.*
17. *Decimus de eiusdem recitatore.*
18. *Vydecimus de eo cuius dolo eorum aliquid factum erit.*
19. *Duodecimus de filio patris sui testamentum abolente.*
20. *Tredecimus de eo qui aliquem testari prohibet.*
21. *Postremus de eo qui sibi ascribit in testamento, & de SC. Liboniano sive Claudi ano. n. 22.*
23. *Prima ampliatio, sive sit testamentum scriptum vel nuncupatum, sive sit codicillus.*
24. *Altera ampliatio, sive manu sua, sive alterius scriptum sit.*
25. *Tertia de personis, quibus & à quib. legatum adscriptum est: idq. exemplis aliquot declaratur. n. 26.*
27. *Quarta, etiam si dict ante testatore adscriptum sit.*
28. *Exceptio duplex, de matre & filia.*
29. *Quarta, de hereditibus eius, qui sibi adscripsit, à quibus legatum extorquendum.*

30. Et quid de herede ignorantie sit iuris.

31. Falsum ab initio testamentum, tractu temporis non firmatur.

**Q**UARTVM genus injusti testamenti est, quod Falsum propriè dicitur, hoc est, quod non modò suspeatum vel adulterinum, sed planè potius fictitium & vero contrarium est. Quod & ipsum inter vitia testamenti refertur ab Ulpiano in l. 1. §. 3. sive autem ibi, sed etiam si falsum esse dicatur. & l. 3. §. hoc interdictum. ff. de tabul. exhib.

Quod ita accipiendum est, non quod duplex sit testamentum, aliud verum, aliud falsum: & sic aliud justum, aliud injustum dicatur, cum quod falsum aut injustum est, quia pro nullo habetur, revera non sit testamentum: sicut nec falsa causa, causa est: nec falsus titulus, titulus est: l. 1. & p. 3. C. si tut. vel curat. fals. alleg. l. 3. C. de usucap. pro donato. siquidem verbum à veritate denominatur: & illud demum verbum est, quod verum est: falsum vero, revera verbum non est: ut censem Hierocles inter Pythagorazos versus allegatus à Fornetio in l. 22. Paulus. ff. de reg. iur.

Sed quod non nisi impropriè & per verbi abusio-  
nem ita dicatur: l. 2. §. 1. ff. Testam. quemad. aper. ita ut ver-  
bum hoc *Falsum*, privationis & negationis loco adjectum  
sit: ut scilicet contrarium ejus negetur: ac proinde cum  
falsum testamentum dicatur, eo ipso esse testamentum,  
saltē verum aut justum negatur.

Quod exemplo falsi tutoris & falsi modii demon-  
strat Paulus lib. 10 Responso. falsum tutorem cum vere  
dici, qui tutor non est: sive habenti tutorem datus est, sive  
non est: sicut falsum testamentum, quod testamentum

non est: & falsum modium, qui modius non est, d. l.  
Paulus.

Idem & de falso tute respondet Vlpianus in l. 1.  
ff. Quod falso tute gestum esse dicitur: ubi Edicti verba hoc  
modo recitat: Quod eo auctore, qui tutor non fuerit, si  
id actor ignoravit, dabo in integrum restitutionem.

Nam & eadem ratione *falsus* *empior* dicitur, id est,  
non verus, sed fictitious aut subjectus. l. 4. §. 5. ibi, si *falsus*  
*empior* *subjectus* sit. ff. de in diem addict. & *falsus* *procurator*,  
id est, *simulatus*, non verus, aut saltem sine mandato. l. 44  
§. in iussu. §. 1. & l. 80. si vendidero. §. 6. *falsus* autem *procura-*  
*tore*. ff. de furt. l. 18. si quis servo ibi, *simulanti* le *procurato-*  
*rem*. ff. de solut. l. 3. §. ult. ff. Rem rat. hab. l. 1. ff. Quod in iussu  
l. 19. *falsus* *procurator*. C. de furt. & serv. corrupt. ut & *fal-*  
*sus* *creditor*, id est, qui se dolo simulat creditorem. l. 43.  
*falsus* *creditor*. in pr. ff. de furt. & fallus donator. l. 34. *sanci-*  
*mus*, §. 3. ibi, *veros* non *falsos* esse *suos* *donatoros*. C. de do-  
natio.

Sic igitur falsum testamentum dicitur, quod te-  
stamentum non est: aut, ut Græci loquuntur,  $\pi\lambda\alpha\gamma\eta$   
 $\deltaia\vartheta\eta\chi\eta$ , οὐ μὴ στα διαδίχην: perinde ut & falso tabulae,  
l. 6. C. ad L. Corn. de falso. & falso codicilli. l. 47. cum ex falso  
codicillis. ff. de manum. testam. l. 2. C. de fideicom. libert. §. l. 8.  
l. 17 sicut falsi testamentii vel codicillorum. C. ad L. Corn. de  
falso.

Ac falsum quidem testamentum ita definitur ab  
Africano lib. 3. *Quastionum*. Falsum testamentum (in-  
quit) id demum recte dicitur: quod, si adulterinum non  
esset, verum tamen testamentum recte diceretur.  
**Quemadmodum & non jure factum** (id est, *injustum*)  
testamen-

testamentum id appellatur, in quo si omnia ritè facta essent, jure factum diceretur: ut est in l. 6. si quis legatum. ff. ad L. Cornel. de fals.

Nihil autem refert verbis, id est, dicto vel scriptura, an facto falsitas committatur: siquidem utrobius dolus est, alium laedens contra veritatem. l. 17 si servus non sit unius. ff. de interrog. in iure facien. Hosti. in Summa ad tit. C. de fals. §. qualiter committatur per tot. & ibid. Hippol. de Marsil. in Rubr. n. 10.

Semper enim dolus & mutatio veritatis falsitati adest, quò alteri nocutum sit, quorum alterum si deficiat, falsitas punibilis non est, ut notat Hosti. Azo & Tancred. in summ. per tex. in l. 23. quid sit falsum ff. ad L. Corn. de fals. & in l. 20. nec exemplum. cum l. pen. C. ad L. Corn. de fals. Petr. Anchor. cons. 23. & Paul. de Castr. cons. 49

Pluribus verò modis falsi crimen in testamento vel codicillis committitur: quos compendio quadam complexus exponit Paulus lib. 3. ad Sabinum his verbis: Qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subjecerit, resignaverit: quive testamentum falsum scripsit, signaverit, recita verit dolo malo: cuiusve dolo malo id factum erit; legis Cornelii sive Testamentariæ poena damnatur: ut est in l. 2. ff. ad L. Cornel. de fals. & apud Paulum lib. 4. Sentent. tit. 7. per tot. & lib. 5. Sent. tit. 25. in princ. & in §. Item lex Cornelii, de fals. Inst. de pub. iudic. & in Basil. lib. 3 s. c. 16. ex lib. 6 o. tit. 4 I. c. 2. ubi hec verba sunt: ὁ κλέψασδιαθήκης, η̄ κρίψες, η̄ αρπάσας, η̄ ἀπαλέψες, η̄ ταύτων, η̄ διοπλεγμάτων, η̄ πλαστός, η̄ κατὰ δόλου αναγνώσκων, η̄ δολεῶς παραπλάναται, ταῦτα γενέθαι, τῷ τῆς πλαστορεφίας ἐγκλήματοι ποιεῖται.

Primus igitur modus est, si quis testamentum alterius amoverit, hoc est, clām removerit aut subtraxerit. <sup>6</sup>  
*d.l.2. & d.tit. 7. & d.tit. 25.* Nam amovere secundum Donatum, non est auferre, sed removere: mitius aliquando verbum & lenius, quām contrectare, aut furto subtrahere: quo verbo plerunque utuntur lur sconsulticē suis hæredibus, in quibus notare furti infamiam nolunt: quasi non ex familia rem auferant. *l. 71. si servum. §. 3.* Prator ait. ff. de acquir. vel omitt. hæred. l. 6. rescriptum. ff. de his que ut indig. aufer. l. 27. & ancillarum. §. constat. ff. de pecul. l. 41. si in obscuro. §. 1. ff. de liber. cau. Perinde ut & in uxore: ex quo est nata actio rerum amotarum: quæ ~~in~~ <sup>ad</sup> omnibus iūdicio rerum furtivarum cōdictio est: ut est tot. tit. D. & C. de actio rer. amot. Itaque qui amovit testamentum furti non tenetur: quia non lucrificandi animo amovit: sed ut verum non appareat, testē Cuiac, apud Pauli lib. 4. Sent. tit. 7 §. +.

Secundus modus est, si quis alterius testamentum celaverit, hoc est, suppresserit. *d.l.2 & d.tit. 25.* & cūm habeat exhibendi ejus potestatem, non exhibuerit iis, quorum interest, puta hæredibus aut legatariis. Sic enim explicat hoc Paulus lib. 4. Sent. Testamentum (ait) supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem hæredum, legatariorum, fideicommissariorum, aut libertatum non profert. Supprimere tabulas videtur, qui cūm habeat & proferre possit, eas proferre non curat. Codicilli quoque si lateant, nec proferantur, supprimi videbuntur. *d.tit. 7. §. 3. 4. & 5. & ibid. Cuiac.* <sup>9</sup>

Sic & aliás qui reposcenti non reddit, sed occultat aut celat, supprimere & intercipere videtur. *l. 44. Pomponius. ff. de acquir. rer. dom. l. 2. §. 5 ff. de dol. mal. except.*

De utro.

De utroque hoc modo Imp. Diocl. & Maxim. ita rescripserunt in l. 14. cum qui C. ad L. Corn. de fall. Eum qui celavit vel amovit testamentum, committere crimen falsi, publicè nostrum est.

Nam & servum, si tabulae testamenti, quibus data erat libertas. supprimuntur, admitti ad suppressi testamenti accusationem, à Martiano responsum est in l. 7. ff. d. s. t.

<sup>10</sup> Tertius modus est, si quis alterius testamentum cripuerit, hoc est, per vim abstulerit. Nam aliud est rapere, aliud amovere. Potestque adeò testamentum absque vi amoveri: rapi autem sine vi non potest. l. 3. quo naufragium. §. non solum ff. de incend. ruin. & naufrag.

<sup>11</sup> Quartus modus est, si quis alterius testamentum deleverit, hoc est obliteraverit, sive totum sive magna ex parte. d. 4. 2. & 1. tit. 7. & 25. §. 1. Sic enim deleta in testamento vocantur, ut in l. 1. in pr. & §. 1. ff. de his que in test. deten. & in l. 12. si unus ibi, vel ab altero deleta sint. C. de testam. & apud Suetonium in Nerone.

<sup>12</sup> Quintus modus est, si quis alterius testamentum interleverit, hoc est, variis locis induxit aut superinduxerit vel superscripterit: quomodo inductiones & superinductiones vocantur, in d. l. 1. §. 1. & interlera sive superscripta in d. l. si unus. vers. de his autem.

<sup>13</sup> Sextus modus est, si quis testamentum subjecerit, hoc est, pro vero falso sum supposuerit d. l. 2. & d. tit. 7. & d. tit. 25 §. 1. quomodo hoc verbum accipit M. Fab. Quintilianus lib. 9. inst. orat. c. 2. de uxore cuiusdam, quæ subjecisse dicebatur marito testamentum: unde & subiecta testamenta. & subiectores testamentorum sæpiissimè in Latinis scriptoribus leguntur; quos & testamentarios nominat

*Callistratus in l. 15. Divus. S. ult ff. ad l. Corn. de falsi. M. Tul.*  
*Cicero lib. officior. 2. & pro Sestio.*

Septimus modus est, si quis alterius testamentum <sup>14</sup> resignaverit, hoc est, aperuerit, aut sigillum inde abstulerit: quo & ipso crimen falsi committitur: æquè ut si literæ alterius aperiantur. *Clar. lib. 4. Sent. in §. 4. vers. aperiens.*

Octavus modus est, si quis testamentum falsum <sup>15</sup> scripserit: qui & ipse falsi tenetur, æquè ac is qui instrumentum falsum scripserit, sive publicum, sive privatum. *d.l. 2. §. Item lex Cornelia. Inst. de publici iudic. l. penult. C. ad L. Corn. de falsi. l. 24. Athales servus. ff. eod.*

Nonus modus est, si fallas tabulas testamenti sciens dolo malo signaverit, aut sigillo suo firmaverit. *d.l. 2. & d. tit. 7. & d. tit. 25. §. 1.* Recitari autem testamentum dicitur, cum aperito testamento hæres recitatur. *l. 1. C. Quemadmodum testam. aperi. l. 6. in ff. ue ex ira ord. crim. Plin. lib. 7. c. 5. 2.*

Sic & advocatus, qui falsum instrumentum cognoscere Præside, sciens dolo malo recitaverit, poena falsi tenetur. *l. 13. falsi. §. 1. ff. ad L. Corn. de falsi. & l. 8. C. eod.*

Vndecimus modus est, si quis eorum, quæ superius memorata sunt, aliquid ut fieret, dolo malo curaverit. *d.l. 2. Neque enim tantum is, qui testamentum subjecit, suppressit, delevit, poenam legis Corneliaz coercetur: sed & is qui sciens dolo malo id fieri jussit, faciendum vè curavit: ut ait Paulus lib. 4. Sentent. tit. 7. §. 2.*

19 Præter hos undecim modos à Paulo in d.l. 2. v. 1 o  
 quasi fasce comprehensos est adhuc unus aut alter & qui-  
 dem in ordine duodecimus modus. si quis pannis sui te-  
 stamentum aboleverit, & quasi intestatus decessisset, pro  
 hærede gesserit, atque ita diem suum obierit. Nam tunc  
 justissimè tota hæreditas paterna ejus hæredi eripietur; ut  
 respondet Marcellus in l. 2. 6. & quis patrio ff. ad L. Cornel. de  
 testam. Potius enim apud magistratum vel in æde sacra  
 deponi, quam aboleri; aut interverti debent authenticæ  
 tabulae testamenti, que aliâs vendita hæreditate apud e-  
 um, qui majori ex parte hæres est, manere solent. l. 4. in ff.  
 ff. Famil. exercis. ibi Bald. & Gotofred. & in l. ult. ff. de fid. in-  
 strum.

20 Trædecimus modus est, si quis aliquem testari pro-  
 hibuerit nam & is in crimen falsi incidit: & aufertur ab  
 eo tanquam indigno hæreditas: & arbitrio judicis poena  
 extraordinaria punitur, ut communiter tenent D.D: in  
 d.l. Paulus & Ias. cons. 3. lib. 1. Socin. cons. 105. lib. 1. Calcan.  
 cons. 9. l. Cornel. cons. 5. 6. & 84. lib. 1. & cons. 20. 9. lib. 2. & cons.  
 110. lib. 4. Boſtus in tit. de his qui prohib. aliq. test. cum alii  
 relatis per Clarum lib. 2. Sent. S. f. Isum. S. Prohibens al. quem  
 testari. Sed de hoc modo jam antea leonisim copiosius  
 dictum est.

Postremus modus est, si quis sibi falso legatum  
 adscriperit. Nam & is tenetur poena legis Cornelie,  
 quamvis legatum inutile sit: dummodo testamentum  
 perfectum fuerit, hoc est, à septem testibus signatum  
 & subscriptum: licet aut non jure factum, aut postea ru-  
 ptum sit, secundum Africarum in l. 6. si quis legatum, ibi  
 ff. Cuiac. ad L. Cornel. de falso.

Quod

Quod ita Senatusconsulto Liboniano cautum est :  
 de quo est Rubr. ff. ad L. Cornel. defals. & S. C. Liboniano:  
 quod aliâs Senatusconsultum Claudianum dicitur in l. 3.  
 C. de his qui sibi adscribunt. ubi Imp. Alexander ita referi-  
 psit : Senatusconsulto & edicto D. Claudii prohibitum  
 est, eos qui ad scribenda testamenta adhibentur, quamvis  
 dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum  
 scribere: & poena legis Cornelie facienti irrogata est. De  
 quo etiam est apud Suetonium in Claudio c. 17.

Neque sanè interest, utrum in testamento an codi- 23  
 cillis: & quidem in testamento vel scripto vel nuncupati-  
 vo, sibi legatum adscriperit. l. 15. Divus. in princ. ibi, alte-  
 riūs testamentum vel codicilles. §. 2. ibi, testamento codicillis-  
 ve. Nam etsi in testamento nuncupativo suspicio falsi  
 propter ipsos testes, per quos voluntas testatoris probari  
 potest, cessare videtur: nihilominus tamen locum in co-  
 habet Senatusconsulti Liboniani dispositio: cum facile  
 obrepat iis, qui adfuerunt, oblivio & ignorantia rei alicui-  
 jus gestæ, præsertim illius, quæ ad ipsos non pertinet: secun-  
 dum Dyn. quem communiter sequuntur DD. ut testatur Boësi-  
 us in tit. de his qui sibi adscrib. n. 3. Clarus lib. 5. Senten. §. fal-  
 sum. in §. Ascribens sibi legatum. Bellon. cons. 80. nu. 5. cum  
 ibi alleg.

Sed nec interest, utrum sua vel alterius manu sibi  
 adscriperit. d. l. Divus. in princ. ubi ex edicto D. Claudii af- 24  
 serit Callistratus; scribere sibi legatum videri, non solum  
 cum, qui manu sua id fecit, sed etiam qui per servum su-  
 um vel filium, quem in potestate habet: ita scilicet, si e-  
 molumentum hujus rei ad patrem dominumve pertine-  
 at, ad quem pertineret, si filius servusve sibi adscripsissent.  
 l. 10. de eo qui ei. ff. cod. tit.

Præterea nihil refert, cui cuimodi sit persona, à qua sibi legatum adscriperit.

Nam & quæ in testamento uxoris maritus sibi sua manu legata adscriperit, pro non scriptis habentur: & legatis Corneliae poena, si venia impetrata non est, locum habet. l. 4. C. de his qui sibi adscrib. Quamvis alias uxori in alieno testamento adscribere non prohibemur. l. 18. uxor, in princ. ff. ad L. Corn. de falso.

Nam & maritus legatum sibi in servidotalis à se manumissi testamento adscribens, quia legatum inutile est, mulieri non tenetur. l. 14. filius. §. ult. ff. a. tit.

Quemadmodum & legatum servocommuni adscriptum, pro non scripto habetur, etiamsi alterius manu duntaxat adscriptum sit: d. l. 14. filius. §. 1. adeò ut nec legatum libertatis, quæ per se est favorabilis, eo casu valeat; quamvis hoc imperante domino servus sibi adscriperit. d. l. Divus. §. 3. & l. ult. C. de his qui sibi adscrib.

Nam & filius emancipatus iussu patris sibi adscribens legatum, non excusatur. d. l. filius. in princ.

Similiter & patronus sibi legatum in liberti testamento adscribens, à bonorum possessione, licet venia impetrata, repellitur. l. 6. si quis legatum. §. 2. si patronus. ff. ad L. Corn. de falso.

Eo amplius si institutus hæres ex hac redationem nominatim filii vel aliarum personarum adscribit, Senatus consulto tenetur. d. l. si quis legatum. §. 1.

Perinde ut & is qui libertatem sua manu ademit servotestatoris; & maximè cui à se legata vel fideicomissa data erant. d. l. si quis legatum. §. 2. similiter & iis.

Sed & nihil interest, utrum ignorantie testatore, an 27 eo dictante aut recognoscente hoc factum sit, d. l. Divus.

in fi. princ. & §. 3. Et quatenus ibi, se ea dictasse aut recognovisse. & l. 3. ibi, dictante testatore. C. de his qui sibi adscrib.

Aliud tamen est in matre, cui per servum suum , 23  
dictante filio, legatum scriptum est : perinde ut & in fi-  
lia, quæ dictante matre sua sibi legatum adscripsit. Nam  
utroque hoc casu sexui imbecilli venia datur & legis Cor-  
neliae poena remittitur ob juris ignorantiam, d. l. Divus.  
§. 4. & 5.

Deniq; falsi reus ob id, quod falso sibi legatum adscribi  
curavit, si ante crimen illatum , aut sententiam dictam ,  
vita deceperit: cessante L. Cornelia, quod scelere queſitū 29  
est, hæredi non relinquitur , sed ab eo ceu turpe lucrum  
meritò extorquetur. l. 4. in pr. & l. 12. cùm falsi reus. ff. cod.  
tit. l. ult. ff. ad L. lal. pecul.

Qui autem ignorans falso esse testamentum, vel 30  
hæreditatem adiit , vel legatum accepit, vel quoquo mo-  
do agnovit: falso testamentum dicere non prohibetur.  
l. 3. ff. ad L. Corn. de falso. l. 3. C. eod. l. 5. ff. de his que ut in-  
dig. aufer.

Postremò ut scriptura testamenti vera , quæ jure 31  
subsistit, non evanescit : ita falsi testamenti vel codicillo  
rum scriptura temporis intervallo firmari non potest : l.  
17. sicut falso. C. ad L. Cornel. de falso. Siquidem omnia ,  
quæ ex testamento proficiuntur, ita statum eventus (id  
est, effectus) capiunt , si initium quoque sine vitio cepe-  
rint. l. 20 r. omnia que ff. de R. l. aut, ut in Basilicis legitur,  
τὰ ἐπίσημα δοκεῖσθαι τῷ τελέσθαι τὸν θάρβαντι, ὅτε καὶ τὸν ἄρ-  
χην ἀνέψιγον ἐχήκατιν, ut est lib. 2. Eclog. 3. c. 197.

Nam

Nam & quæ ab initio inutilis fuit institutio , ex postfacto convalescere non potest. l. penal. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de regul. Caton. neque tractu temporis firmatur, quod ab initio vitiosum est, aut de jure non subsistit. c. non firmatur. de reg. iur. in 6. l. 29. quod ab initio ff. eod. qit. Et in Basili. lib. 2. Eclog. 3. c. 29. ubi hæc verba sunt : τὸ ἐξαε-

χῆς ἀνυπόστατον, & Βεβαιώτατη τῇ χρονίᾳ  
παραδομῆ.

## CAPVT XV.

## DE TESTAMENTO

Furtivo.

## SUMMARIA.

1. Testamentum post mortem testatoris subtractum, an valeat, nec ne.
2. Ratio dubitandi, quod res furtiva vitio non careat.
3. Ratio decidendi, quod furti vitium sit extrinsecum, saltem quo ad testamentum. Secùs quo ad usucaptionem. n. 6. Idq. maximè si iam antè publicatum sit. n. 4.
4. Publicato instrumento fides plena adhibetur , etiam non amplius existente.

P p 2 QVAERI

**Q**VAERITVR etiam non incommodè hoc loco de*t*  
testamento furtivo, an valeat nec ne. Furtivum au-  
tem appello testamentum, quod post mortem testatoris  
subtractum est.

Dubitatem movet, quod testamentum vitio,  
per contrectationem affici existimetur: si præsertim in te-  
statoris potestatem non revertatur. §. aliquando etiam furs-  
tiva. vers. Tunc enim vitio rei purgato. Inst. de usucatio. l. 2. 4.  
ipſi. ff. eod. tit. Quò sit, ut & res furtive aut vi possessa u-  
sucapi non possint. §. furtiva quoq. res. Inst. d. tit.

Sed verius est, omnino valere ejusmodi testamen-  
tum: propterea quòd furtum testamenti non vitiat te-  
stamentum. Est enim vitium furti, quod ad testamen-  
tum attinet, extrinsecum. Quod ab Imp. Dioclet. &  
Maximin. ita decisum legitur in l. 1. C. de testam. Non id-  
circò (inquiunt) minus jure factum testamentum suas  
obtinet vires, quòd post mortem testatoris subtractum  
probatur.

Quod multò etiam magis tunc obtinet, si scriptu-  
ra testamenti publicata sit, & posteā intercidat: ex rescri-  
pto Imp. Alexandri in l. 2. C. eod. tit. Publicati (inquit) se 4.  
mel testamenti fides, quamvis ipsa materia, in qua pri-  
mū à testatore scriptum relatum fuit, casu, qui proba-  
tur, intercidit, nihilominus valet.

Planè enim exemplo publicato creditur: neq; no-  
cet authentici omissione, l. 5. ff. de fid. instrum. ubi Callistratus  
in hunc modum scribit: Si(ait)res gesta; etiam sine litera-  
rum consignatione, veritate factum suum præbeat: non  
ideò minus valebit; quòd instrumentum nullum de ea  
intercessit.

Non obstat, quod exemplo usucaptionis per sur-  
tum 6.

tum vitio affici testamentum probatur. Separorum enim separata est ratio, per iura vulg.

## C A P V T XVI.

D E T E S T A M E N T O  
injusto vel nullo ob præteritionem  
liberorum.

## S V M M A R I A.

1. Quintum genus Testamenti Iniusti, quod propriè Nullum dicitur: eiusq; varia nomina, n. 2. & effectus, num. 4.
3. Maximum vitium testamenti præterire filium fam. Aliud est in filio emancipato. n. 5.
6. Pratorium ius multò benignius est iure civili: & quomo-  
do. n. 7.
8. Testamentum ut nullum sit, filius fam. præteritus palam illud improbare debet: aliis ex aequo & bono susci-  
netur patris voluntas, n. 9. saltem in fratribus,  
non etiam extraneis heredibus institutis, n. 13.
11. Intellectus verus Papin. L. 17. filio præterito, de iniust.  
testam.
12. Filio fam. præterito datur bonorum poss. : contra ta-  
bulas, modo rectè signatæ sint iure Pratorio.
14. Quoties inter fratres de bonis parentis lus est, aquitas potius, quam rigor iuris, spectatur. Idq; aliquot exemplis declaratur, n. 15.
16. Præteritus filius fam. aut directo hereditatem, aut nul-  
lum.

- lum declarari testamentum petere potest.  
 17. Actio præteriti & nullitatis annos 30. durat.  
 18. An Papiniani d.l. 17. abrogata sit per Novel. 115. ca.  
 2. & quod Novel. ista pertineat ad querelam  
 inofficiose, n. 19.

**S**VPEREST postremum genus testamenti iniusti, quod 1  
 propriè Nullum dicitur: quod scilicet nullius est mo-  
 menti, ut Papinianus loquitur: veluti cum filius, qui  
 in potestate fuit, præteritus est, eodem teste Papiniano  
 in l. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Quod testamenti  
 genus alias quoque iniustum appellatur. l. 3. §. ex his. l. 6.  
 & l. 12. posthumus. ff. d. tit. & in l. 3. in pr. C. de repud. vel ab-  
 stin. hered. Idemque & non iure factum alias vocatur.  
 l. 13. posthumorum. ibi, ne non iure factum testamentum. ff. de  
 iniust. testam. & l. 6. si cum legatum. in pr. ff. ad L. Corn. de  
 fall. ut & inutile ac ruptum interdum, l. 30. inter cetera. ff.  
 de liber. & posthu. hered. insti. itemq; Imperfectum dicitur,  
 l. 4. si duobus. §. si prius. ff. de honor. possess. cont. tabul. deniq;  
 idem & Irritum testamentum vocatur, §. Alio quoque  
 modo. Inst. Quib. mod. testam. infirm.

Ex quo liquet, omnibus vitiis id genus testamenti  
 laborare, in quo filius familias præteritus est: quodque;  
 in eo testamento vel maximum sit vitium, præterire fili-  
 um, l. 4. maximum vitium, §. sancimus itaq;. ibi, vel testa-  
 mentum ipso iure evertat: C. de liber. præter. Mynsing. in princ.  
 Insti. de exhare. liber. n. 6. & 7. cum principale & potissi-  
 mum sit jus, quod in ordinandis testamentis exigitur, de  
 liberis hereditibus instituendis, d.l. inter cetera. ac propter-  
 ea significantiore vocabulo ex præteritione filii, qui in  
 potestate

potestate est, testamentum non immēritō nullum & nullius momenti dicitur. d.l.1.

Planè enim quod ad effectum hujus testamenti 4 attinet, filio in potestate præterito, adeò nullum & nullius momenti est totum testamentum ipso jure: ut neque institutiones hæredum valeant: neque libertates competant: neque legata aut fideicomissa ( exceptis quibusdam personis) præstentur: denique ut nihil eo testamento valeat: æquè ut nec ex testamento in officioso: l.s. *Papinianus*. §. ult. & l. 28. cùm mater. in ff. de inoff. testam.

Atque hoc quidem ita se habet in filiofamilias, 5 qui in potestate est, præterito: at verò filio emancipato præterito aliter se res habet. Tunc enim testamentum jure quidem civili valet: sed rescinditur jure Prætorio per bonorum possessionem contra tabulas. Multò enim 6 jure civili benignius est jus Prætorium: in illo summum jus, in hoc æquitas naturalis dominatur: illud suos dun-taxat hæredes agnoscit, quibus solis defert hæreditatem testamentariam: hoc verò emancipatorum quoque rationem habet: quos jure civili præteriri posse salvo nihilo-minus testamento constat.

Enim verò jure Prætorio per bonorum possessio-nem testamentum, in quo emancipatus filius præteritus 7 est, rescinditur quidē: sed non ita tamen ut omnia, quæ in eo testamento scripta sunt, infirmantur: sicut hoc sit, cum filius familiæ præteritus est. Nam etiam si contra patris tabulas bonorum possessio petita sit: nihilominus ta-men substitutio pupillaris in testamento valet: & legata à substituto relicta, itemq; portiones hæreditatis, non exceptis tantum personis, sed omnib. à Prætore præstantur, secundum Africatum in l. 34. ex dueb. §. ult. ff. de vulg. & pupil. subfl. Cate-

Cæterum, ut filio præterito, qui fuit in potestate, 8  
 nullum aut nullius momenti testamentum sit: ita ut ni-  
 hil ex his, quæ testamento scripta sunt; valere debeat: o-  
 mnino opus est, ut filius familiæ præteritus suo jure uta-  
 tur: & testamentum paternum actione præteriti impro-  
 bet: & à fratribus avocet partem hæreditatis legitimam.  
 Alioquin enim si is jure suo non utatur; neq; faciat con-  
 troversiam fratribus hæredibus institutis; quia defuncti pa-  
 tris judicium approbare videtur: sanè tunc totum testa- 9  
 mentum ex æquo & bono sustinetur: & sic in effectu in-  
 utile non existit, nisi dicatur nullum. Tunc enim non  
 obstante nullitate, subest spes approbationis, sive expres-  
 sæ, sive tacitæ per lapsum temporis, secundum Mysing.  
*in pr. Instit. de exhaled. liber. n. 6.*

Quod eleganter ita explicat Papinianus lib. 5. Re- 10  
 sponsorum: Filio (inquit) præterito, qui fuit in potestate,  
 neque libertates competunt; neque legata præstantur: si  
 præteritus à fratribus (non etiam extraneis institutis) par-  
 tem hæreditatis avocabit. Quod si bonis se patris absti-  
 nuit: licet subtilitas juris refragari videtur: attamen vo-  
 luntas testatoris ex bono & æquouebitur. *l. 17. filio præ-  
 terito, ff. de iniust. rupt. & irri. testam.*

Quæ lex ut melius intelligatur, ponamus duos fra- 11  
 tres paterno testamento hæredes institutos fuisse: & ab eo-  
 dem tertium fratrem silentio præteritum: qui partem hæ-  
 reditatis tertiam avocare potuisset, si jure suo uti volu-  
 set. Nam si extranei instituti fuissent, filius præteritus eis  
 assent, hoc est, totam hæreditatem avocaret atq; evince-  
 ret; quasi ipso jure evacuato & nullo reddito testamento  
 paterno. Fratribus verò hæredibus institutis, si præteri-  
 tus jure suo non utatur, sed bonis patris se abstineat: et  
 iam si

iam si testamentum secundum regulam Catonianam ipso jure nullum sit: ex quo tamen & bono sustinetur voluntas patris testatoris: non quidem tanquam testamentum justum & solenne: sed tanquam ultima voluntas: favore scilicet testamenti paterni inter liberos conditi, à filio præterito saltem tacite, si minus expressè approbati: quo ipso iudicium patris defuncti tuebitur, id est, defendetur aut sustinebitur. Sic enim passim Tueri dixit Iurisconsultus, ut & alias saepius in l. 7. consilio, ff. de curat. furios. l. 6. filium. §. penult. ff. de legat. præstan. contr. tab. bon. possess. petit. l. 30. duobus parentibus. ff. de liber. cau. l. 3. C. de servi. tutib.

12 Nam & jure Prætorio hæredibus scriptis bonorum possessio contra tabulas datur, si filius præteritus sit: dummodo testamentum septem signis testium signatum sit, l. 12. posthumus. in pr. ff. de iniust. testam. l. 3. §. 5. & 6. ff. de bon. poss. cont. tabul. quæ bonorum possessio est cum re & effectu, ut Vlpianus loquitur in fragm. tit. 23. & 28. si scilicet non sit alius, qui jure civili hæredibus scriptis hæreditatem evincat: utputa si filius præteritus taceat. At verò jure civili ex bono & quo voluntas defuncti non sustinebitur: si tantum taceat filius præteritus, extraneis hæredibus institutis: sed si palam profiteatur se à bonis patris abstinere.

13 An autem extraneis hæredibus institutis, si filius præteritus bonis patris se abstineat, ex bono & quo voluntas testatoris sit tuenda: æquè ac fratribus scriptis hæredibus; non immerito dubitatur. Et sanè placet quibusdam, nihil interesse, quis in testamento scriptus hæres sit, dummodo filius præteritus patris voluntatem agnoscat: cum unusquisque juri suo renunciare queat: neque tam

hæredes scripti, quām testamenti ipsi<sup>9</sup> favor, hac parte cōsideretur: hoc est, ut patris defuncti voluntas, quæ amplius reformari non potest, conservetur: quam sententiam prolixè defendit Anton. Faber lib. 1. Conjectur. c. 19,

Sed verior sanè esse videtur sententia eorum, qui in extraneo hærede instituto eandem benignitatem locum non habere existimant: sed cum his potius summo jure civili agi: quo testamentum hujusmodi, in quo filius præteritus est, ipso jure nullum esse dicitur: ita ut hæres extraneus esse non possit; etiam si filius abstineat se bonis parentis, neq; patris impugnet judicium.

Nam & à Papiniano in d. l. filio præterito, expressè species ista de fratribus institutis hæredibus proponitur, qui suo jure ab intestato succedere possent: & aliâs sèpiùs in jure civili, quoties inter fratres agitur de bonis parentis vel maternis, sequimur id quod benignius est.

Cujus rei illustre adfert exemplum idem Papinianus lib. 3. Quæstionum de filio emancipato: qui cùm offerenda cautione beneficium bonorum possessionis exercere recusaret: licet possessionem ita repudiasse videretur: mustato postea consilio, à Prætore nihilominus admittitur: quia tunc meritò prævalet benignior sententia: maximè cùm de bonis parentis inter fratres disputetur; dum modò intra tempora delatæ possessionis, hoc est, intra annum, mutet consilium, ut est in l. 8. non nunquam ibi, benignior est diversa sententia. ff. de collat. bonor.

Planè enim, quoties inter fratres de bonis parentis lis est, non spectatur jus summum, quod regulis juris definitur: sed potius benignitas & æquitas.

Confirmatur hæc ipsa æquitas inter fratres observanda ab Ulpiano in l. 1. §. si frater. 10. ff. 1. sit, Si (inquit) 15 pec

per contumaciam (*in cautione*, scilicet collationis fratribus facienda) actiones denegatae sint: oblata postea cautione, frater pristinum jus recipit: ita scilicet ut non repellatur mutans consilium: etiam si ad fratrum injuriam pertinere videatur: siquidem sano consilio utitur, qui malum consilium revocat: quæ variatio jure concessa est.

Quæ exceptio est regulæ illius ab eodem Papinianno ibidem traditæ: quod nemo possit mutare consilium in alterius injuriam: quæ extat in l. 74. nemo potest. ff. de Reg. iur.

Simile quoque exemplum proponitur apud Paulum lib. 4. Sentent. tit. 5. §. 2. Post factum (ait) à matre testamentum filius procreatus, non mutata ab eo, cùm possit, voluntate: ad exemplum præteriti adversus fratres institutos in officioli quicelam rectè instituit.

Aliud exemplum est in l. 12. posthumus. in fi. princ. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. in qua disertè dicitur, postumo præterito, si vivo testatore natus decessit, convalescere testamentum jure Prætorio: si bonorum possessio data fuerit ei, qui rem ab intestato auferre possit; quod quomodo accipiendum sit, disputat latè Alciatus lib. 2. Paradox. c. 8.

Sed & multò clarius & distinctius hoc ipsum, quod ad fratres & extraneos institutos, definitum legitur apud Cajum in l. 12. si duobus filiis. §. 1. ff. de bonor. poss. cont. tab. Si (inquit) prius testamentum exstet jure factum, quo filius ex hæredatus est: sequens imperfectum, in quo præteritus sit filius, posteriore testamento præteritus rectè peret bonorum possessionem. Si remote quoq; filio (h. e. non subexistente, aut, ut in Basiliis legitur, μη ωόντες) potiores sunt in ea hæreditate, posteriore testamento scripti hæredes.

Et ita jus habet: ut cùm is, contra quem filius petit bonorum possessionem , amoto filio possit obtinere hæreditatem : filius quoque rectè videatur petere bonorum possessionem : si verò ille non possit obtinere hæreditatem,filius quoque excludatur.

Quam in sententiam exstat quoque elegans re-scriptum Imp. Severi & Antonini in l. 3. C. de inoff. testa. in quo disertè distinguitur, posthumo à matre præterito, quæ mutandi testamenti facultatem forte non habuit , cum aliis fratribus utiliter institutum videri : cum extra-neis verò non item. Nam tunc rumpi testamentum , & competere querelam in officiosi tantùm adversus ex-traneos:non etiam adversus fratres hæredes institutos.

Denique inferioris gradus cognato tanquam ab intestato succedenti, semper beneficium Edisti successorii datur, repulsis hæredibus scriptis: etiam si bonorum pos-sessionem secundum tabulas accepit: quippe quam in-ferioris gradus cognatus non cum re, sed sine re sustinet , ut loquitur Vlpianus in fragm. Instit. c. 28. de posseß. dam. S. ult.

Sed de hac re satis multa haec tenus diximus: & quæ de ea adhuc exponenda erunt, suo aliquando loco ( si ita Deus volet) persequemur in Commentario singulari, de jure institutionum & substitutionum: cùm de exhæreda-tione & præteritione liberorum erit dicendum.

Caterūm liberum est filiosam. præterito , aut sta-tim & directo petere hæreditatem à fratribus institutis : aut saltem nullum testamentum declarari postulare. Priore illo casu, si de testamento fratres excipiant, replica-ri ab eo poterit de nullitate. d. l. filio præterito, ibi, si præter-i-tus partem à fratribus avocari. Posteriore autem casu  
Simplici-

simpliciter officium imploratur judicis ad evertendum testamentum & restituendam hæreditatem. Bart. in d. l. filio. n. 24. & in l. 15. is qui. in pr. ff. de legat. 1.

<sup>17</sup> Atque hæc quidem actio præteriti , sive nullitatis durat annos triginta : & quamvis non præparata à defuncto, ad hæredes transmittitur. l. 34. si quis filium. C. de inof. testam. Myns. d. n. 6. & 7. VVeseb. in Parat. ff. de inoff. test. n. 8.

<sup>18</sup> Postremò quæri hoc loco solet, an quod hic dicitur, filio præterito neque libertates præstari , neque legata deberi, abrogatum sit per Novel. 115. c. 2. in Auth. Ut cum de appellat, cognosc, cuius summam Irnerius retulit in extremo tit. C. de liberis præteritis velexharedatis: quod scilicet ex causa præteritionis filiis familias nullum aut irritum sit testamentum, quantum ad institutiones : cætera autem firma permaneant.

Sed verius est, d. l. filio præterito eâ Novellâ non esse abrogatam : quippe quæ tantum pertinet ad ex hæredationem & præteritionem eam, quæ pro ex hæredatione habetur: veluti si mater filium, aut avus maternus nepotem, aut filius patrem prætereat : non autem ad eam, de qua in hac L. agitur: ubi parentis testamentum, ob filiisam, præteritionem, nullum dicitur: quippe cum ea præteritio pro ex hæredatione non habeatur. Filio igitur præterito à patre, nec libertates, nec legata etiamnum hodiè valent.

<sup>19</sup> Sed & eadem Novella generaliter pertinet ad querelam in officiis testamenti: quæ ex hæredatis competit, vel præteritis, qui pro ex hæredatis habentur non autem ad querelam injusti, quæ competit filiis familias præterito: sicut nec ad querelam testamenti rupti agnatione posthumis: nec denique ad bonorum possessionem contra tabulas, quæ filio emancipato datur.

Semper enim Novellæ constitutiones restrictius  
observantur; alioqui si ad hæc omnia d. Novella produ-  
cenda foret: totum jus civile & Prætorium, multis vigili-  
is inventum, atque a deo maxima pars Digestorum unà  
ista Novella sublata atque subversa esse diceretur: quod  
Iustinianus neutquam dissimulasset, si hæc ipsius mens  
fuisset tam multa ex jure veteri emendare aut corrigere:  
ut rectè monet Vigil. Zuich. in princ. Inst. de inoffic. testa.  
Ac proinde sententia, quæ in princ. d. l. filio præterito. de vi  
& effectu injusti testamenti proponitur, per d. Novel. 1. 5.  
non est abrogata: Qua de re prolixè tractant interpres  
in d. l. in filio. & d. Aush. ex causa. & hanc sententiam defen-  
dunt non modò veteres Azo, Petrus, Accursius & alii; ve-  
rū etiam recentiores in d. Novel. 1. 5. & in his Cuiac. ibid.  
& Vigil. in d. loc. & prater hos Imola in d. l. filio præterito. nu.  
4. 4. & seq. Deci. in l. 1. n. 13. C. de bon. possess. cont. tab. Cuman.  
in l. ult. ff. deliber. & posthu. hac. Rubicus in l. 87. Titia Seio. §  
Imperator. n. 62. ff. de lega. 2. Aretin. in §. eadem. Inst. de  
bared. quæ ab intest. defer. Iul. Clar. lib. 3. Sent. §. testamentum  
q. 52. cum seq. Bellon. lib. 4. Supput. c. 20. Matth. de Affl. &  
c. 125. n. 3. & Alciat. lib. 4. Parerg. c. 9.

Atque hæc quidem satis multa haec tenus de pri-  
mo vitio testamenti, quod Inustum & statim ab initio  
non jure fit, & ipso jure nullum est, deq; ejus generibus,  
& singulorum generum partibus, dixisse  
sufficiat,

CAPVT

## CAP V T XVII.

QVIBVS MODIS TESTAMEN-  
tum jure factum infirmetur.

## S V M M A R I A.

- 1. Alterum vitium testamenti, ex post facto & extrinsecus superveniens, cum ab initio iure factum est testamentum: & quomodo hoc infirmetur.  
num. 2.
- 3. Publicè interest, rata manere supra <sup>ta</sup>ta hominum iudicia.
- 4. Testamenti iure facti duplex vitium.
- 5. Promiscuus usus Rupti & Irriti testamenti.
- 6. Aliud est irritum esse, aliud irritum fieri testamentum.
- 7. Privatio presupponit habitum.
- 8. Desisse non videtur, quod nec incipit.
- 9. Causarum diversitas nominum distinctionem parit.
- 10. Rupti & irriti testamenti differentia.

**C**ONSEQVENS est, ut de altero vitio testamenti, quod ex post facto & extrinsecus accidit, deinceps ordine exponamus. Quod enim jure factum est testamentum, uique eò valet, donec rumpatur, irritum vñē fiat, ut ait Imp. Iustiniianus in princ. Instit. Quib, mod. testam. infirm. Id autem sc̄re eventu aut aliquo superveniente casu externo contingit; nullo scilicet interno vitio, quo ad formam & solennitatem, laborante ipso testamento: quod ab initio & justū & jure factum est.

l, t.

l. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. 6. si quis legatum. ff. ad  
l. Cornel. de falso.

Sed testamentum quidem jure factum infirma-  
tur duobus modis: si nimirum aut ruptum, aut irritum  
factum sit, teste Vlpiano infragm. Inst. c. 23. in princ. & tot.  
tit. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.

Quanquam enim testamenta ex naturali homi-  
num affectione rata sunt, & meritò esse debent: & publi-  
cè expedit, suprema hominum judicia exitum (id est, effec-  
tum) habere, ut ait Paulus in l. 5. ff. Testam. quemad. aperi.  
& Cicero lib. 3. de Finibus. ob vitium tamen aliquod extrin-  
secus superveniens, testamenta infirmantur; veluti si aut +  
rumpantur, aut irrita fiant: quæ duo vitia testatorum  
*πηγὴ κακοποίησις* vocat Harmenopulus lib. 5. Epito. tit. 5.

Solent tamen hæc duo vitia testatorum pro-  
miscuè accipi in jure civili: ita ut & ea, quæ rumpuntur,  
irrita: & rursus ea, quæ irrita fiunt, rupra dicantur. Nam  
& ea quæ statim ab initio non jure fiunt, tamen rupta, quæ  
irrita quandoque appellantur: sed hoc tamen discrimine  
observato: ut hæc ipso jure irrita sint illa verò jure facta,  
demum ex post facto irrita fiant. §. 4. hoc autem casu. Inst. 6  
Quib. mod. testam. infirm.

Aliud enim est irritum esse, aliud fieri: sicut aliud  
est nihil esse, aliud annihilari: siquidem quod per se nul-  
lum & irritum est, amplius infirmari aut irritum fieri nō 7  
potest: cum privatio presupponat habitum. l. 5. nam & si  
vers. Puto igitur ibi, non rumpit, quia nullus. ff. de iniust. rupt.  
& irrit. testam. nec potest videri desisse quod nec incipit.  
l. 9. 6. Titio. in pr. vers. Desisse. n. ff. de condit. & demonstr. l.  
13. nulla. ibi, nec definere habere potest ff. de suis & legit hare.  
l. 11. 6. decem. ibi, qui nec tenebatur. ff. de verb. oblig. l. 19. si  
partem.

partem. ibi nihil iuris amitto, quia nullum iter aque fuerit. ff.  
Quemad. serv. amitt. l. 83. non videtur. l. 174. qui potest. §. 1.  
l. 208. non potest videri. ff. de reg. iur.

Enimverò quia commodiùs est singulas causas singulis appellationibus distingui, saltem docendi causa: idcircò inter hæc vitia testamentorum restè ita distinguitur: ut quædam non jure facta dicantur: quædam jure facta vel rumpi, vel irrita fieri. Sic nimirum duo sunt vitia testamenti, quod jure factum est: Ruptum nimirum & Irritum: quorum illud integro capite testatoris: hoc eodem diminuto accidit: in illo vitium testamenti est: in hoc personæ ipsius, sive testatoris, sive hæredis.

Nam cùm nullum testamento vitium offertur; sed personæ duntaxat, à qua dependet: propriè non potest dici ruptum testamentum: quoniam nihil intervenit, quod jus testamenti infringat: & sic cùm testator capite minuitur, non dicitur rumpi testamentum, sed potius irritum fieri. l. 1. ff. hoc autem casu. perinde ut & cùm hæres deficit, neque aditur hæreditas. l. 1. ff. de iniust. rup. & irrit. testam. quod testamenti genus alibi destitutum vocatur. § cùm autem. Inst. de hered. qua ab intest. Propriè enim irritum sive non ratum testamentum est; non quia ex se & respectu formæ aut solennitatis non valet: sed quod ratum non est, quia deficit causa, unde dependet: sive ex persona testatoris, qui capite minuitur: sive hæredis ipsius, qui repudiat hæreditatem. Ruptum autem testamentum propriè illud est, quod ob vitium ipsi testamento oblatum infirmatur: aut, ut Imp. loquitur, cùm in eodem statu manente persona testatoris, ipsius testamenti jus vitiatur. §. 1. Inst. b. tit. In quo sanè manifesta inter utramque hoc vitium testamenti jus appetet differentia, quæ non negligenda esse videtur.

Rr

Sed

Sed de utroque hoc vitio, & de causis utriusque  
sue modis, quibus testamenta infirmantur, ( nam de  
testamentis quæ irrita sunt, hic non agitur)  
seorsim videndum est.

## C A P V T . X I X .

D E T E S T A M E N T O  
rupto, ejusq; causis.

## S V M M A R I A .

1. Primum vitium testamenti iure facti, ex post facto superi  
veniens, Ruptum nimirum.
2. Ruptum testamentum quot modis dicatur, generaliter  
scilicet & specialiter. n. 3. & quid sit. n. 4.
3. Rupti & Irriti testamenti duplex differentia, & ibi lectio  
Theoph, depravata ostensa.
4. Testamentum bifariam rumpitur, aut agnatione sui ba  
redis, aut mutatione testamenti.
5. Rumpitur testamentum aut totum, aut & ex parte: &  
quidem utroq; casu pluribus modis, ex doctrinâ  
Harmenopoli.

PRIMVM igitur de Rupti vitio dicendum est; quod  
Graci vocant: cum testamentum rumpitur: ex quo  
Ruptum testamentum dicitur. Ac Ruptum quidem  
testamentum non uno & eodem modo semper dicitur.  
Nam

2 Nam aliàs generaliter ita accipitur, ut in se quoque contineat, non solum irritum testamentum, quod propriè ita appellatur, h.e. quod jure ab initio factum ex postfacto sit irritum: verùm etiam quod præteritis liberis, ceu non jure factum, statim ab initio nullum vel nullius momenti esse dicitur: §.4. hoc autem casu, ibi, nihilominus rupta dicere possumus. Instit. Quib, mod. testam. infirm. l. 30. inter cetera, ibi, nec præteritis liberis rumpatur testamentum. ff. de lib. & posthu. hered. instit. Quomodo & Isidorus lib. 4. Origin. c. 24. hoc nomen ita usurpans: Ruptum(ait)testamentum inde vocatur, eo quòd nascente posthumo, neq; 3 exhæredato nominatim, neque hærede instituto disrupitur. Aliàs verò specialiter & quidem propriè accipitur pro eo, quod ab irrito testamento separatur, aut cum eo comparatur: de quo hic agitur in princ. & §. 1. 2. & 3. Instit.

4 Quod ab Imp. Iustiniano in S. i. d. tit. definitur hoc modo: Rumpitur(inquit)testamentum, cùm in eodem statu manente testatore, ipsius testamenti jus vitiatur.

Ait: In eodem statu manente testatore: nam si non 5 in eodem statu maneat testator; veluti, si mutet statum, quod fit capitis diminutione: licet infirmetur testamentum: non tamē propriè ruppi, sed irritum fieri dicitur. d. §. hoc autem casu. Itaque mitum videri potest, quod Theophilus hic planè contrario sensu dixerit, μὴ πείναται τῆς ἀνθράκεως, h. e. non eodem in statu manente testatore: ac planè potius ex eo apparet, lectio nem hanc apud eum corruptā & depravatam esse. In quo prima est differentia inter testamentum Ruptū & Irritum. Ait deinde: ipsius testamenti ius vitiatur. Quæ altera est differentia: qua hic mod⁹ Ruppi discernitur ab altero modo Irriti:

R. 2 quòd

quod scilicet in rupto vitium est ipsius testamenti: in iuramento autem testatoris, aut haeredis; ut paulo ante est declaratum.

Caterum duobus modis rumpitur testamentum;<sup>6</sup>  
aut agnatione sui haeredis aut mutatione testamenti. §. 1.  
vers. si quis enim. & §. 2. Posteriore autem testamento. Inst. d.  
tit. l. i. cum l. seq. & passim. ff. de iniust. rupt. & irru. restam.  
Ulpian. in fragm. tit. 23. §. 2. Quod & in Basilicis ita ex-  
pressum legitur lib. 35. tit. 2. c. 1. πηγρυμένη λέγεται διαθήκη.  
ὅτε διετέρη γενίται, εἴ τοι ηδύνατο τις κληρονομῆσαι: ἡ νοτίζει.  
οι. @ Patriarch. h. e. Ruptum dicitur testamentum, cum  
aliud factum est, ex quo haeres existere potuit, aut cum su-  
us haeres adgnascitur.

Sed haec quidem omnia paulo aliter explicat Har-  
menopulus lib. 5. Epit. tit. 5. duo constituens genera Ru.  
pti testamenti: & singulorum generum plures modos seu  
species recensens: cuius integra verba huc adscribere lu-  
bet: Ait: Testamentis impedimento sunt tria vitia: aut , n.  
rumpuntur; aut irrita fiunt; aut imperfecta sunt atque in-  
justa. Quæ rumpuntur, aut in totum, aut pro parte rum-  
puntur. Ac in totum quidem sex modis: Primus, cum  
quis post factum testamentum sibi quempiam filium ad-  
optavit: id que utrovis adoptionis genere. Secundus, cum  
facto testamento, aut testatore mortuo filius natus fuerit:  
aut filio qui in potestate erat, defuncto neposset amisi post  
institutos haeredes illud in testamento sit adjectum, exha-  
redes sunt: nisi quid forte legatum fuerit, aut mater ipsa  
abortum fecerit. Tertius, cum adoptivus filius, qui in  
potestate est, præteritus testamento fuerit. Quartus, ubi  
jure factum est posterius testamentum, sive quis ex eo  
haeres extiterit, sive non extiterit eorum, qui existere po-  
tuerunt.

tuerunt. Quintus, si secundum testamentum jure perfectum, hæredem alium certis ex rebus, priori tamen non confirmato, instituerit. Sextus, cùm miles in supremis ordinandis filio prægnantem uxorem ignorabat. Si enim cùm id militem non lateret, ventris tamen non habuerit mentionem: haudquam propterea testamentum rumpitur. Atque hæc de testamento, quod totum rumpitur. Pro parte vero bisfariam rumpitur. Primum quidem, cùm secundo testamento expressum fuerit, ut prius valeat: & eo interim aliis in rebus certis institutus fuerit. Oportet enim hunc rebus sibi relictis contentum esse, et si Falcidiam non perficiant. Deinde item, si cùm quis filiam haberet in potestate, vel nepotem neptinem vè, non tamen eos hæredes scripserit. Tunc enim non rumpitur quidem omni ex parte testamentum: sed ipsi etiam hæreditatem adeunt: ac si quidem externis ea est delata, hoc est, alienis à cognatione: semissim capiunt sui & cognati: sin vero suis est relicta, succedunt ex quo cuncti. *Hic ille.*

Sed possunt tamen omnes hi modi ab Harmenopulo traditi non incommode fortassis revocari ad species illas siue causas duas principales: de quibus antea dictum est: quod nimis testamentum jure factum rumpatur, aut agnatione sui hæredis, aut posteriore testamento: quod quomodo fiat, ordine videamus.

C A P V T X I X.  
D E P R I M O T E S T A M E N-  
ti rupti vitio, per adgnationem  
sui hæredis.

## S V M M A R I A.

3. Prima species Rupti testamenti, agnatio heredis; & quid ea sit. n. 2. & unde dicta. n. 3.
4. Agnasci propriè suorum heredum est.
5. Suus heres quis sit, & unde dictus.
6. Quing modis suus heres agnascitur.
7. Primus, Nativitas posthumus; & posthumus quis sit, & unde appellatus. n. 8.
8. Posthumorum duplex divisio.
9. Prima, quod aut est verè, aut quasi posthumus; & Posthumus Velleianus & Julianus quis. n. 11. & 12.
13. Altera, quod aut est suus, aut alienus.
14. Suus posthumus quis, & quis alienus. n. 15.
15. Posthumus quod ius sit in rumpendo testamento: & quae modo in eo differat à filio iam nato. n. 17.
16. Posthumus quando pro nato habeatur.
17. Et quid si posthumus abortivus sit?
18. Mortuus natus, pro nato non habetur.
19. Partu abacto missio ventris in possessionem finitur.
20. Et quid si exsectori ventre posthumus natus sit? & quatenus pro nato habeatur? n. 23.
21. Partus monstrosus testamentum non rumpit: & quid si precox sit, aut prematurus. n. 25.
22. Posthumus naturalis vel spurius an & quatenus rumpat testamentum.
23. Posthumus sub casuali vel mixta conditione institutus an rumpat testamentum: & quid si ex casu, quo emissus est, natus sit. n. 28.

29. In ultimis voluntatibus casus omissus habetur pro expresso.
30. Ex testamento rupto nec hereditas debetur, nec fidei-commissam. Aliud est hodie in legatis. n. 31.
32. Testamentum aut torum, aut ex parte ruptum intelligitur, & quomodo n. 33. & 35. ibidem emendata L. 4 ff. b. tit. n. 34.
33. An post defectum conditionis posthumus gradum rumpat: ibidem emendata lectio. L. 5. eod.
34. Perempto primo gradu, testamentum à secundo incipit: non autem è diverso. n. 40. & quomodo à substitutione testamentum incipiatur. n. 38. & quid in eo à filio iam nato differat posthumus. n. 39. & 41. & in utroq. diversitatibus ratio. n. 42. & 43.
44. Secunda species agnationis Quasi agnatio, & in locum sui hereditis successio: & quomodo ea differat à sui hereditis agnatione. n. 46.
45. Posthumi & quasi posthumi eadem ratio in agnascendo vel quasi: ut & in succedenio pro suo herede. n. 47. & quatenus nepos in locum filii succedat, n. 48.
49. Nepos praterit: sive apud hostes, sive in civitate saltim a vo vivente conceptus sit, testamentum rumpit.
50. Morte avi an & quando nepos rumpat paternum testamentum.
51. Tertia species agnationis, Adoptio: que & ipsa est quasi agnatio. n. 52. & 56. & naturae imago. n. 53. eaq. duplex, & triusq. discrimē, n. 54 & vis eius

- eius atq; potestas par in rumpendo testamento, n.  
55. & quatenus hoc ius valeat in parente, ma-  
terno scilicet nepotem adoptante, non autem  
in extraneo. & cur non, n. 57. & 58.
59. Multum differt, an ab extraneo quis exhaeredatus sit  
ante vel post adoptionem: & verus intellectus, §.  
7. & 8. in l. 8. ff. Contr. tabb. n. 6. o.
60. Quarta species adgnationis, in manum conventio.
62. Quinta species Manumissio liberorum: eiusq; differen-  
tia in filio & filia: n. 63. & utriusq; ratio, num.  
64.
65. Agnationis species non nisi tres hodie in usu sunt: et  
iam in militis testamento, n. 66. nisi ab eo nomi-  
natim hoc expressum sit, n. 67.
68. An sola adoptio hodie rumpat testamentum quasi  
adgnatione sui haeredis. & cur, n. 69.

PRIMVS itaq; modus, quo testamentum jure factum  
rumpitur, est, qui fit adgnatione sui haeredis. §. 1. Inst.  
Quib. mod. testam. infirm. l. 8. verum est. in pr. ibi, quoniam  
agnatione sui haeredis solet rumpi. & l. 13. posthumor. & pass.  
ff. de iniust. rupt. & irri. testam. l. 1. ibi, cum agnatione posthu-  
mi ruptum sit testam. C. de posthum. haered. instit.

Quod tunc fit, si suus haeres testatori adgnascatur, 2  
qui testamento præteritus, id est, neque haeres institutus,  
neque ut oportet exhaeredatus sit, ut ait Ulpianus in fragm.  
Inst. c. 23. §. 1.

Sed adgnatio quidem ab adgnascendo sic appellata est: adgnasci autem verbum est adgnatum fieri, sive  
per nativitatem, sive per adoptionem, aut alium modum  
legitimum: l. 23. qui in adoptionem ff. de adoptionib. quod  
propriè

4 propriè est suorum hæredum, hoc est, filiorum & adgnatorum, qui post factum testamentum & in potestate na-  
scuntur. l. 3. §. 3. & l. 5. si quis filio §. 1. ff. d. tit. l. 43 ex facto  
in pr. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 33. si filius fam. ff. de testam.  
mil. l. penult. ff. de iur. codicill.

5 Quibus porrò modis suus hæres adgnascatur: pul-  
chre hæc exponit Vlpianus in d. tit. 23. Inst. §. 2. Adgnas-  
6 scitur (inquit) suus hæres, aut agnascendo, aut adoptan-  
do: aut in manus convenientido: aut in locum sui hæredis  
succedendo: velut nepos mortuo filio vel emancipato:  
aut manumissione, id est, si filius ex prima secundavē  
mancipatione manumissus, reversus sit in patris potesta-  
tem.

Sie nimirum quinque sunt species adgnationis sui  
hæredis ab Vlpiano hæc enumeratæ: de quibus singulis 2-  
liquid dicendum erit.

7 Prima species est Nativitas posthumi: qui suus  
hæres testatori adgnascitur, dum nascitur in familia ipsius,  
hoc est, in potestate: & quidem in primo loco pote-  
statis: ita scilicet ut proximus sit potestate: & proximum  
à patre familias gradum obtineat: dum modò revera hæ-  
res sit, id est, hæreditatem obtineat, & in successione pri-  
mam causam habeat: qui sive testamenti, sive mortis te-  
statoris, sive intermedio tempore præteritus sit, rumpit te-  
stamentum. d. §. sui autem. l. 29. Gallus. §. 12. Et videtur, ac  
passim ff. de liber. & posthu. hered. instit.

Quod sanè ut melius intelligatur, primùm de ap-  
pellatione posthumorum, eorumque variis generibus: de-  
inde de jure eorum breviter videamus.

Posthumi appellatio in iure civili plerun-  
bus refertur ad eum, qui postremo loco nascitur:  
Ss sic dicta

sic dicto à post, quasi postremus: ut & à cīs cītīmus , & ab uls ultimus, & ab ex extimus, & ab extra extremus: quomo-  
do apud Maronem lib. 6. Aeneid. post huma proles, id est,  
ultima dicuntur. Vnde apud plerosque classicos scripto-  
res ea vox sine aspiratione, ut & in Pandectis Florent: anti-  
quis monumentis scripta legitur: teste Cuiacio lib. 3. obseru.  
c. 4. & in l. 4 ff. de liber. & posthu. & nomine eius defendit  
Anto. Mercator. lib. 2. Notator. c. 1. contra Robertum. lib.  
2. obf. c. 1. Quanquam alii ac præsertim Grammatici eam  
vocem aspirationis notā scribi volunt: & posthumum in-  
de sic dictum, quod post humatum patrem, id est, mor-  
tem ejus nascitur, teste Parrone lib. 1. de Analogia.  
Nam sic propriè is duntaxat dicitur posthumus, qui tem-  
pore mortis paternæ in utero est, & post mortem patris  
nascitur. l. 3. §. 1. ff. de iniust. rupt. & irri. testam. & apud Vi-  
pian. in fragm. tit. 22. qua de re elegans exstat disputatio apud  
A. Gellium & Canterum lib. 2. Novar. lectio c. 10.

Sed posthumorum quidem duplex in jure civili tra-  
ditur divisio.

Prima est, quod posthumus alius est, qui post mor-  
tem patris nascitur: & propriè ita posthumus appellatur,  
ut modò est dictum: alius verò qui post testamentum  
patris, licet ante ejus mortem, suus nascitur: aut per Pro-  
lepsin & impropriè posthumus saltem in materiali testa-  
mentaria, & plerunque quasi posthumus nominatur: aut  
saltem posthumus loco habetur. Sed & interdum etiam  
*posthumus Velleianus* nominatur: cuiusmodi est filius post-  
humus post testamentum vivo testatore, ut in capite pri-  
mo legis Vellejæ: aut nepos vel pronepos natus quidem  
ante testamentum, sed post testamentum in locum sui  
hæredis mortui succedendo quasi adgnascendo suus fa-  
ctus

clus; ut in capite legis ejusdem secundo. Est & ex eodem genere posthumus natus post testamentum conditum :  
 12 qui tamen non suus nascitur: sed in defuneti sui hæredis locum succedendo, sit suus: qui *posthumus Iulianus* nuncupatur: d. §. *posthumorum autem ibi VVeseber. l. 13. posthumor. loco. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. 3. & l. 29. Gallus ff. de liber. & posthum. Duar. lib. 2. disput. c. 38.*

13 Altera divisio hæc est, quod posthumus alius suus, alius est alienus. §. *posthumo quoq; alieno. Inst. de legatis,*

14 Suus quidem est, qui statim nascitur suus, hoc est, in potestate & familia testatoris; sive sit verè suus, h. c. quem nemo sui jure antecedit: ut est posthumus filius, qui in patris potestate foret constitutus, si ante patris mortem natus fuisset: itemque nepos qui cum nascitur, avo suus futurus fuisset, si supervixisset; sive sit quasi suus, ut est nepos, qui nondum quidem verè est suus, utpote proximo gradu à testatore non constitutus: sed in ea tamen causa est, ut suus fieri possit, saltem remoto eo, qui gradu cum proximè antecedit. d. §. *posthumorum loco. & §. l. Inst. de hered. qual. & differ. & §. ita demum. Inst. de hered. qua ab intef.*

15 Alienus verò posthumus est, qui natus inter suos hæredes futurus non est: hoc est, qui non nascitur suus: veluti nepos, ex emancipato filio, & sic extra familiam, conceptus, qui avo est extraneus. d. §. *posthumo quoq; alieno. vers. Est autem alienus posthumus. Nam si non modò non hæres, sed nec inter suos nascitur: ita neque actu, neque potentia fit suus: ut declarat hoc ita VVeseber. in d. vers. est autem alienus. in verb. futurus non est. & latè Cuiac. in d. l. Gallus, in princ.*

Præmissis haec tenus his de appellatione & divisione posthumorum, nunc deinceps de eorum jure dicendum. Quod his verbis perstringit Imp. Iustinianus in d. *S. posthumi quoq. vers. & in eo par.* Posthumorum (inquit) in eo par omnium & æqualis conditio est: quod & filio posthumo, & quolibet ex cæteris liberis (veluti nepote) sive fœminini sexus, sive masculini, præterito, valet qui, dem testamentum, (*Neg. enim statim vitiatur, ut in filio iam nato*) sed postea agnatione posthumo vel posthumæ rumpitur: & ea ratione totum infirmatur. Idem Imp. Antoninus rescripsit in l. 1. C. de posthu. hæred. instit. in hunc modum: Si post testamentum factum, quo posthumorum suorum nullam mentionem testator fecit, filium siliam vè suscepit: intestatò vita functus est: cum agnatione posthumo vel posthumæ, cuius non meminit, testamentum ruptum sit. Exrupto autem testamento nihil deberi, neque peti posse, explorati juris est. Et Imp. Alexander in l. 2. C. de bonor. possess. contratab. Posthumo nato, qui neque hæres institutus à patre, neque nominatio ex heredatus est, testamentum rumpitur. Et si contratabulas bonorum possessio infantis nomine à tutope petita est: secundum tabulas bonorum possessio locum habere non potest.

Atque in eo-vel maximè differt posthumus à filio jam nato. Nam hujus quidem præteritione (*puta filii iam nati*) testamentum statim ab initio & quidem ipso jure inutile redditur: *Auct. ex causa. cum simililijus vero (posthumi scilicet) præteritione, non ipso jure testamentum vitiatur: sed eo demum nato rumpitur: idque*

idque non magis favore testamenti, ut tardiu sustineatur, quandiu potest: quam ratione ipsius posthumi, qui revera nondū existit: quamvis pro nato habeatur, & relietus mortis tempore fuisse videatur, quoties de commode ejus agitur. l. 7. & l. 26. qui in utero ff. de statu homi. l. 24. S. 6 ff. de excus. tutor. & in Basil. lib. 2. Eclog. 2. c. 153. cum multa accidere possint, ut non nascatur. d. §. posthumi quog. vers. Ideoq. si mulier.

Quò sit, ut posthumo non nato veluti si abortivus sit, testamentum, in quo ipse præteritus est, non rumpatur, sed firmum permaneat: cum nunquam fuisse videatur in rerum natura: neque quicquam impedimento sit scriptis hæreditibus ad hæreditatem adeundam. d. vers. Ideoq. si mulier. ibi. si. abortum fecerit. l. 2 ibi Bald. & DD. commun. C. de posthum. hære. inst. ubilmpp. Dioclet. & Maximin. in hunc modum rescripsérunt: Vxoris abortu testamentum mariti solvi, evidentissimi juris est.

Neque sanè illud immeritò: siquidem abortivus vel abactus venter partum efficiere non videtur, secundum Paulum lib. 4. Sentent. c. 9. §. 6. & ut idem Paulus ait; qui mortuus nascitur, neque natus, neque procreatus videtur: neque omnino filius unquam appellatur. l. 129. qui mortui ff. de reg. iur. aut, ut in Rasilicis legitur, ο τεχνης νεγρος, οτε γενναθαι δουει, οτε παισι λεγεται. De quo est apud Ferrar. inform. lib. quo petitur hæredex testam. 48. in verb. ac etiam n. 11. & seqq. aliquot.

Nam & eadem ratione tamdiu venter in possessione

possessione est; quandiu aut pariat, aut abortum faciat ,<sup>21</sup>  
aut certum sit eam non esse prægnantem, auctore Vlpia-  
no in l.1. §. pen. ff. de ventr. in possess. mitten.

Aliud verò est in eo, qui post mortem patris secto  
ventre, si tamen aliquandiu supervixerit, edius est: (qua-  
lis Scipio & Casar fuisse scribitur) qui & ipse posthumus lo-<sup>22</sup>  
co habetur, & rumpit testamentum, scilicet si nascatur in  
potestate. l. 6. in si. princ. ff. de inoff. testam. l. 12. quod dicitur.  
ff de liber. & posthu. licet alias peperisse non dicitur, cui  
partus exsuctus est, l. 132. anniculus. §. 1. ff. de verb. signif.  
aut, ut in Basiliensis est, & λέγεται γεννησαί ἀντριθέτα, ut est  
lib. 1. Ecl. 2. c. 133. Nam & ea mulier, cùm moteretur,  
creditur filium habere, quæ excilo utero edere possit, l.  
141. etiam ea mulier ff. d. tit.

Modò tamen vivus perfectè natus sit, hoc est, si<sup>23</sup>  
vocem emisit, aut cum spiritu fuisse visus est: ad nullum  
declinans monstrum vel prodigium: licet illicè postquam  
in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decesserit. l. 3.  
ibi Alex. & Castr. C. de liber. posthu. hære. insit. l. 12. quod di-  
citur. §. ult. ff. eod.

Ceteroquin autem si monstruosus partus sit, testa-  
mentum non rumpit: quia liberorum numero non est,<sup>24</sup>  
qui contra formam humani generis, converso more  
procreatur: veluti si mulier aliquid monstrosum aut pro-  
digiosum enixa sit, secundum Paulum in l. 14. non sunt libe-  
ri. ff. de stat. homi. & lib. 4. sent. c. 9. §. 3. quamvis aliud sit in  
lege Papia. l. 135. quaret aliquis. ff. de verb. signif.

Idem & in nato præcoce, h.e. ante septimum men-<sup>25</sup>  
sem receptum est l. 12. septimo mense. ff. de stat. homi. ut & in  
serotino, h.e. nato post decimum mensem. l. intestato. 3. §  
pen. ff. de suis & legit. hære. ibi Gl. & DD. per text. in Autb. de  
refit.

restit. coll. 4. A. Gell. lib. 1. c. 15. Boer. in decis. Burdegal. nu. 2,  
decis. 220.

26 Sed quid si posthumus non legitimus sit, verum  
naturalis duntaxat aut spurius: an is quoque protinus  
rumpit testamentum? Respondendum est per distinc-  
tionem ut quatenus is post testamentum conditum, vivo  
adhuc patre testatore, sit legitimatus, rumpat testamen-  
tum: secus vero si vel plane non, aut saltem post mortem  
testatoris, sit legitimatus, secundum gloss. in l. 1, verb. natu-  
ralis, ibi Bart. ff. de honor. possess. cont. tab. Alex. in Rubr. n.  
3. & ibi Ias. n. 3 ff. de liber. & posthu. Bald. & Imol. in l. in-  
certum ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. & cons. 444. lib. 4.  
Panorm. cons. 86. n. 2. lib. 1. Tiraquelli. in repet. l. si unquam.  
verb. suscepere liberos. n. 47. & 66. C. de revoc. donat. arg. §.  
illud. Auch. Quib. mod. natur. effic. sui.

Eo amplius & posthumus sub conditione casuali  
vel mixta haeres institutus, si pendente conditione, vivo  
27 patre nascatur, rumpit testamentum. l. 24. posthumo, ibi  
D D. ff. de liber. & posthum.

An autem is, qui alterutro ex his casibus institutus  
est, si me vivo, vel si me mortuo natus fuerit, eo casu, quo  
28 omissus est, status testamentum rumpat, nec ne, contro-  
versi juris est questio. Et jure quidem Pandectarum re-  
sponsum est a Pomponio Iurisconsulto rumpi ejusmodi  
testamentum: l. 10. commodissimè ff. de posthu. & liber. Iure  
autem Codicis, & quidem a Iustiniano contrarium re-  
29 scriptum est in l. ult. C. cod. tit. ubi in ultimis voluntati-  
bus casus omissus habetur pro expresso: ac propterea non  
ruptum fieri videtur testamentum: sive vivo testatore, si-  
ve post mortem ejus intra decem menses a morte ejus  
numerandos, filius vel filia progeniti fuerint: ne scilicet poe-  
nam

nam patiatur præteritionis, qui suos filios non præteriit, ut ibidem ait Imperator. Ita nimirum institutio facta de posthumo in unum casum, hoc est, de posthumo nascituro post mortem, porrigitur ad alterum, ad quē testator verisimiliter processisset: hoc est, ad posthumum natum in vita: ut eo casu institutus posthumus, si post mortem nascatur, non rumpat testamentum, etiam si vivo testatore nascatur: *d.l.sult. ibi, Accurs. Bart. & Bald. & Gotofred.*

Adcō autem ruptum testamentum, quod ad c. 30  
jus effectum attinet, agnatione posthumii præteriti vitia-  
tur: ut nihil ex eo debeatur, neque peti possit. *l.1. C.de  
posthu. hered. instit.* Quod ita accipiendo est, ut nec  
hæreditas debeatur, nec fideicommissum. *l.15. qui uxo-  
rem. in si. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l.5. si quis t. fla-  
mento. ff. de lega. 2.* Cæteroqui tamen hodie legata & a. 31  
lia omnia in testamento disposita firma permanent, per  
text. in d. *Auth. ex causa. ibi DD. Bart. n.6. Alex. num. 17.*  
& *Ias. n. 2. C. de lib. præter. & Novel. 115. c. 3. & Bart. in d.*  
*l. filio præterito. n. 8. T. ir. aquel. in d. l. s. unquam. verb. liberos  
Iusceperit. n. 16. cum seq.*

Denique hoc loco illud quoque animadver-  
tendum est, agnatione posthumii sui hæredis interdum  
non totum testamentum, sed partem ejus duntaxat, 32  
puta gradum unum hæredum, vel institutorum vel  
substitutorum rumpi: veluti si ponamus, posthumum  
à primo, hoc est, institutorum gradu, exhæredatum:  
à secundo, id est, substitutorum gradu præteritum.

Nam hīc primus gradus (id est, institutio) valet: secū-

dus ve-

dus verò gradus ruptus est: ideoque mox ab initio non valet substitutio. l. 3. i. h. f. ibi , ut pars testamenti rumpatur. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. 3. ff. de liber. & posthu. Quod prodesse potest posthumo in eo casu, quo hi, qui primo gradu instituti sunt, repudiant hæreditatem, aut ante eam aditam decedunt: quo sanè casu ipse posthumus ab intestato succedit: qui alioqui, si posthumorum gradus valeret, non posset succedere.

33 Sed & primo gradu scriptis hæredibus ( à quibus posthumus rectè exheredatus proponitur) adhuc deliberantibus, an velint adire hæreditatem: si interim posthumus natus sit, antequam hæreditas in secundo gradu versaretur, (hoc est, antequam ad substitutos devoluta esset hæritas) isque posthumus decessit, maximè adhuc deliberante scripto hærede: ac deinde scripti hæredes repudiarint hæreditatem: sanè tunc nec hi, qui secundo gradu scripti hæredes sunt, hæreditatem obtinere possunt: quoniam post mortem patris testatoris semel rupta est substitutio: & gradu ita rupto atque infirmato, amplius hæreditas inde obtineri non potest. l. 4. ff. d. tit. in qua desunt verba illa, defuncto posthumo , ut advertit Accursius in Glossa. Quod etiam ostendit Africani l. 14. si posthumus. in pr. ff. de liber. & posthu. Idemque servatur quoque in filio jam nato & superestate, ut est in l. 8. si primo hæred. ff d. tit.

Nam & filius familias si ab instituto exheredatus, & à substituto præteritus sit, (quo casu similiter pars testamenti tantum valet: veluti institutio, non autem substitutio, qua ab initio nulla est) si quidem vivo & deliberante hærede instituto filius decesserit, ac deinde institutus omiserit hæreditatem: substitutus minimè tunc admittitur: quoni-

T t am sub-

am substitutio ab initio nullas vires habet: eaque in re par est superstitis & posthumus causa & conditio: quoniam cum natus est posthumus, jam loco superstitis est. l. s. ff. de rupt, testam.

Qua in lege hæc ipsa sententia de substituti exclusione confirmatur adhuc magis similitudine ejus, qui sub conditione hæres institutus est.

Ponamus enim institutum aliquem fuisse sub conditione illa, *Si Titius hoc anno consul factus fuerit: ei 36 demque simul substitutum datum: ac posthumum quidem ab instituto præteritum, à substituto autem exhaeredatum fuisse.* Pendente conditione institutionis, nascitur posthumus; atque ita agnatione illius rumpitur institutionis: etiam si postea defecerit conditio institutionis (*puta si annus præterierit, nec eo anno Titius consul factus fuerit*). tamen non admittetur substitutus; à quo scilicet posthumus exhaeredatus est. Sic enim ibi in d.l.s, absque negatione legendum existimant. Nam si à substituto posthumus non sit exhaeredatus, nemo non videt, substitutū non admitti. Non admittitur vero substitutus, à quo posthumus ritè exhaeredatus est: quia natus pendente conditione, statim ut natus est, rumpit institutionem, & sibi locum facit, excluso substituto. Nam rupta institutione, rumpitur quoque ipsa substitutio: ita ut neque institutus, neque substitutus capere hæreditatem possit.

Destituta autem vel aliás deficiente institutione, antequam posthumus nascatur: veluti si vivo testatore 38: institutus decesserit, vel conditio defecerit: testamen tum à substitutione incipit: à qua posthumus exhaeredatus,

redatus est. l. 3. §. ult. ff. de liber. & posthum. quia posthumi agnatione non rumpitur institutio; quæ jam nato agnatione siue nativitate posthumi inanis erat hæreditas: Itaque substitutus admittitur, & testamentum à substitutione incipit.

39 Non est igitur eo casu ruptum totum testamentum. Quia in re differentia est inter posthumum & filium jam natum testamento præteritum paterno, ut ostendit IC. in d.l.s. Rumpendo (inquit) testamentum posthumus sibi locum facere solet, excluso scilicet substituto: Filius autem sequentem gradum, à quo exhäuserdatus est, patitur valere: id est, non nocet sequenti gradui substitutionis: quæ per filium non infirmatur: quod plenius explicatur in d.l.3. & filius. & §.ult. & l.75. s. filius. ff. de hæred. in stit. & l.43. ex facto. ff. de vulg. & pupilli substi.

40 Sed quid si è diverso à primo gradu (id est, substitutorum) posthumus præteritus, & à secundo ( id est, substitutorum) gradu exhäuserdatus sit: & si natus posthumus agnatiè primum gradum, à quo præteritus est, ruperit; utrum substitutus sibi hæreditatem vindicare potest: an verò totum testamentum tunc ruptum esse intelligitur? Facti species hæc quæstio conversa est, si cum priori conferatur; ad quam respondet Vlpianus in d.l.s. nam eti. in vers. ult. Sed si à primo. Etait IC. totum eo casu testamentum rumpi.

Nam cùm rumpit primum gradum, à quo præteritus est; locum sibi quoque facit, non substituto,

hoc est, ob ruptionem primi gradus hæreditas non devolvitur ad substitutos.

Hoc in filio jam nato itidem aliter obtinet, quam in posthumo, id est, nascituro. Filio enim jam nato præterito à primo gradu, & exhæredato à secundo, testamentum à primo gradu sumere dicitur; & sic à primo gradu infirmatur, non à secundo. Posthumo autem præterito à primo gradu, rumpitur totum testamentum; et iam secundus gradus, à quo ritè facta est exhæredatio.

Atque hæc est differentia inter superstitem filium & posthumum, cùm scilicet uterque præteritus est. Ratio diversitatis est, quæ colligitur ex d.l.3. §.3. ex his apparet. quia filio, qui jam natus est, præterito statim & semper inutile est testamentum: nec rumpi dicitur, sed mox ab initio & quidem ipso jure nullum & injustum est: posthumo autem, qui nondum natus est, præterito, valet ab initio quidem: verùm si contingat eum nasci, tunc demum agnatione rumpitur testamentum: si scilicet nascatur, nec inveniat se exhæredatum.

Ponamus igitur jam natum sive superstitem filium à primo gradu præteritum, & à secundo exhæredatum esse: dicemus perempto primo gradu, initium sumere testamentum à secundo: quia tunc primus gradus nullus est: ac propterea in secundo gradu versatur hæreditas, hoc est, in substitutione, à qua initium sumit testamentum; non ab institutione, quæ ab initio nullius est momenti ob filii præteritionem. Quoniam autem à secundo gradu filius exhæredatus est: non potest ille secundus gradus rumpi ob præteritionem filii à primo gradu. Denique filii præteritione testamentum nullum est in eo gradu, quo est præteritus: & tanquam non scriptus fuerit ille gradus, sic consideratur illud testamentum, Atq; hoc

hoc ita obtinet in filio jam nato & superfluite.

Quod si vero posthumus sit praeteritus a primo  
43 gradu, & exheredatus a secundo: non statim ab initio  
nullus est ille gradus, a quo posthumus praeteritus est:  
cum eo tempore, quo nascitur posthumus, hereditas  
in eo gradu versetur; & idecirco non solum primum hunc  
gradum, a quo praeteritus est, sed etiam secundum, to-  
tumque adeo testamentum rumpit: & sic repellit substi-  
tutum, sibiique locum ita facit successionis legitimæ ab in-  
testato.

Sic igitur nativitate posthumus, quæ prima est species  
agnationis sui hereditis, rumpit testamentum, vel etiam  
pars testamenti; dum scilicet testatori suus heres adgna-  
scitur.

44 PROXIMA superiori adgnationis species est suc-  
cessio in locum sui hereditis: veluti cum mortuo vel  
emancipato, nepos ex eo natus in locum patris succedens,  
testamento avi praeteritus invenitur. Nam haec est quasi  
quædam agnatio sui hereditis: quæ & ipsa rumpit testa-  
mentum. l. 6. in princ. & §. 1. cum seqq. & pass. ff. de iniust.  
rupt. & irrit. testim.

Quemadmodum enim agnatione filii posthumus,  
rumpit patris testamentum, secundum ea, quæ superius  
45 diximus: sic etiam nepotis ipsius praeteriti quasi adgnati-  
one, qui patre vel mortuo vel defuncto, quem represe-  
nat, suus heres jam factus est, avi rumpit testamentum.  
d. l. 6. §. 1. lib. post mortem avi succedendo, id est, adgnascen-  
do. l. 9. si quis posthumus. §. 2. & seq. ff. de lib. & posthum.  
Quod disertè ita exponit Cajus in l. 13. posthumorum loco.  
ff. de rupt. testim. cuius verba relata sunt ab Imp. Iustiniano  
in §. posthumorum. Inst. Quib. mod. testim. infirm. Posthus  
morum

morum loco (ait Caius lib. 2. Inst.) sunt & hi (quasi posthum scilicet appellati) qui in sui hæredis locum succedendo, quasi adgnascendo (Neg: enim vere adgnascuntur, quia iam ante nati sunt) fiunt parentibus sui hæredes: ut eceee, si filium, & ex eo nepotem neptem vè (iam natos) in potestate habeam; quia filius gradu præcedit, is solus iura sui hæredis habet: quamvis nepos quoque & neptis ex eo, in eadem potestate sint.

Sed si filius meus, me vivo, morietur: aut quilibet ratione (ut emancipatione) exeat de potestate mea: incipit nepos neptis vè in ejus locum succedere: & eo modo jura suorum hæredum quasi adgnatione nanciscitur. Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum: sicut ipsum filium vel hæredem instituere vel ex hæredare nominatum debo: ne non jure faciam testamentum: Ita & nepotem neptem vè ex filio necesse est ei vel hæredem instituere, vel ex hæredare: (Nepotem nominatum: neptem inter ceteros ex legis Velleja capite, secundo) ne forte, me vivo, filio mortuo, succedendo in locum ejus nepos neptis vè quasi adgnatione rumpat testamento, d. l. 13, & d. §. posthumos rum.

Difserit igitur successio hæc in locum sui hære<sup>46</sup> dis ab adgnatione sui hæredis, de qua superius dictum est: quod tametsi utriusque idem sit effectus in rumpendo testamento: diversa tamen in utraque ratio est: Illa fit vivo testatore, hæc etiam fit post mortem testatoris: Illa ex Lege Velleja, hæc ex jure antiquo est. Denique adgnascuntur, qui tempore testamenti nondum nati fuerunt: in locum suorum succedunt quasi adgnascendo, qui jam nati erant testamenti tempore.

Enim.

47. **Enim** verò ut successio hæc quasi adgnatio est ita vicissim adgnatio tunc est veluti quædam successio : cùm post mortem testatoris ex filio jam defuncto nepos adgnascitur , ut in specie l. 6. in princ. ff. de rupt. testament. Hic enim nepos posthumus , qui ex filio jam defuncto adgnascitur : non adgnascitur avo suus post mortem testatoris ; nisi filius vivo testatore suus esse desierit.

48. **Quemadmodum** nec succedit nepos in locum filii : nisi filius vivo testatore suus esse desierit. Proinde nepos iste posthumus filio exhæredato præteritus extraneo hærede scripto , & post mortem testatoris filio defuncto , istoqué extraneo adeunte ; tunc succedendo & quasi adgnascendo non rumpit avi sui testamentum : verū si extraneus ille institutus repudiaverit aut omiserit hæreditatem : tunc nepos ab intestato suus avo hæres fatus est : in quo tamen exigitur , ut nepos ille vivo a-vo fuerit conceptus. d. l. 6. in princ. Alioquin extraneo re-pudiante , qui post mortem avi sui concipitur , ab intestato succedere avo nullo modo potest ; id est , neq; legitimā hæreditatem ejus , ut suus : neque honorum possessionem tanquam cognatus accipere potest , l. 6. Titius. ff. de suis & legit. hære.

49. **Sed** quid si filio , qui apud hostes erat , præterito vel exhæredato , & extraneo instituto , decesserit apud hostes filius in eadem causa , an nepos ex eo filio superstes & præteritus , post mortem avi succedendo , hoc est , quasi a- gnascendo , rumpit testamentum ? Quæ facti quæstio proponitur in d. l. 6. §. 1. sed si pater eius . Et ait Vl- pianus cum rumpere testamentum , quia præteritus sit :

nec.

nec valere hoc casu fictionem L. Cornelie de captivorum testamento: quia non creditur fuisse in rebus humanis amplius filius apud hostes captivus, tempore mortis avi sui, quiq; filius ibidem decessit: cum in ea causa decebat; quanquam captivus reversus, patris sui injustum faceret testamentum, in eo præteritus. Quod plurib[us] explicantur sequente §. qui est de Velleja successione. Sive (inquit) in civitate nepos fuit conceptus, sive apud hostes; quoniam datur & partui postliminium: succedendo rumpit testamentum.

Hoc igitur modo quasi adgnascitur nepos testatori avo, succedendo in locum sui, & testamentum ejus rumpit: æquè ac si verè suus hæres ei adgnascatur.

His præterea addendum, morte quoque avi in potestatem patris recidendo rumpit testamentum paternum. Nam nepotes morte avi ita demum fiunt sui juris, si postea in potestatem patris recasuri non sunt: §. 1. Inst. Quib. mod. ius potest sol. & Vlp. in fragm. c. 10. Et tantum de altera specie adgnationis vel potius quasi adgnationis.

TERTIA species adgnationis est Adoptio: cum si scilicet testator arrogat vel adoptat sibi filium. Nam & adoptando in locum filii vel filia rumpitur testamentum, si is, qui adoptatur, præteritus sit, tanquam suus hæres & filius legitimus. §. 1. Inst. Quib. mod. testam. infirm. l. 8. verum est, in pr. ff. de rupt. testam.

Nihil enim refert, suus hæres an naturalis adgnascatur, veluti ex justa uxore, procreatus, an verò per adoptionem vel arrogationem: quæ est legis civilis inventum, & naturæ imago. non veritas, §. minorem natu, vers. Adoptio enim, Inst. de adoptionib. l. 16. & l. 43, quæstum ff. ead. l. 23, filio ff. de lib. & posthum,

Atque

Atque hanc speciem adgnationis solam, cæteris  
omissis, recenset Imp. Iustinianus in §. 1. Inst. Quib. mod.  
testam. infirm. Si quis (inquit) post factum testamentum  
adoptaverit sibi filium per Imperatorem, (arrogando scilicet)  
eum qui sui juris est: aut per prætorem (adoptando  
scilicet) secundum nostram constitutionem eum qui in  
potestate parentis fuerit (id est, filium familiæ) testamen-  
tum ejus rumpitur, quasi agnatione sui hæredis.

Quo in loco primum animadvertisendum est;  
54 Adoptionis verbum generale esse, complectens utramq;  
adoptionis speciem; quarum una in specie Adoptio: al-  
tera propriè Arrogatio dicitur,

Adoptatur quidem filius familiæ, qui est in pote-  
state parentis: Arrogatur vero pater familiæ, qui est sui ju-  
ris, & suæ potestatis.

Et quidem fit Adoptio per Prætorem, hoc est, im-  
perio magistratus, ut Imperator loquitur: Arrogatio ve-  
ro fit per Imperatorem, hoc est, Principis auctoritate, §.  
1. Inst. de adopt. l. 1. f. & l. 2. C. cod.

Deinde, quod ad jus adoptionis attinet, sciendum  
55 est, arrogato vel adoptato filio, manere in eodem statu te-  
statorem, absque ulla capitis diminutione. Nam is qui-  
dem qui arrogatur, capite minuitur, §. minima. Inst. de  
adoptio. At qui arrogat sibi filium, capite non minuitur:  
sicuti nec is, qui filium adoptat. Ius tamen testamenti  
utroque modo vitiatur: non tantum arrogatione, sed et-  
iam adoptione: quasi agnatione scilicet sui hæredis. Re-  
stè hoc dicitur, quasi agnatione: quia filius arrogatus  
vel adoptatus verè non agnascitur: sicuti posthumus: qui  
post mortem patris editus est, adgnascitur, §. posthumi. Inst.  
de exhæred. liber, sed is tamen quasi adgnascitur: quia arro-  
gatus

gatus vel adoptatus sit suus hæres, cui debetur hæreditas: qui idcirco præteritus rumpit testamentum: quoniam sui hæredis adgnatione rumpi solet. d. l. 8, verum est. in pr: & d.l. 23. filio.

Postremò quod dictum est, adoptione adgnatione testatori suum hæredem: id monet Imp. Iustinianus in d. g. i. accipiendum esse secundum novissimam ejus constitutionem: quæ extat in l. penult. ibi, Bald. & D.D. c. &c. adoptio. qua distinguitur, an adoptatus in familiam & potestatem adoptantis transeat vel non. Secundum quam distinctionem dicendum est, hodiè non aliter adoptione rumpit testamentum: nisi adoptatus transeat in potestatem adoptantis: veluti si avus maternus nepotem suum adoptet.

Nam si ab extraneo fit adoptio, non rumpitur eius testamentum: quoniam adoptatus in potestate patris sui naturalis manet: neque extraneo suus hæres adgnatur. d. l. penult. ibi, Bald. & D.D. com. & § sed hodiè, Institutio de adoptio. Tiraquel. in d. vers. suscepit liberos. cum simil. ibi alleg.

Præterea quod de adoptione dictum est, rumpi ea testamentum: id accipiendum est cum exceptione illa, quæ est in l. 18. si quis hæres. ff. de rupt. testam. ubi Scavola ita scribit: Si (inquit) qui hæres institutus est, à testatore arrogetur (vel adoptetur) potest dici satis ei factum: ( ut scilicet non rumpatur testamentum per adoptionem) quia & antequam adoptetur, institutio ut in extraneo locum habebit. Idem dicitur in d.l. 23. filio. §. ult. Si (ait Papini-anus) Titius hæres institutus, loco nepotis adoptetur (vel arrogetur) defuncto postea filio, qui pater videbatur: nepotis successione non rumpitur testamentum ab eo, qui hæres invenitur. Sed

55 Sed non idem tamen hoe dicendum, si ex hæreda-  
tus ante fuisset adoptatus, nam ex hæredatio in eo, qui ad-  
huc penitus extraneus est, nulla & omnino incepta est: &  
ideò ei postea arrogato non nocet. l. 132. quidam cum fili-  
um in si, princ ff. de verb. oblig. & l. 8. non putavit prator. §.  
8. sed in extraneo ff. de honor. possess. contr. tabul.

60 At verò si nepos, qui ex hæredatus est, mortuo vel  
emancipato filio in sui hæredis locum succedit, utilis est  
ex hæredatio: quippe quæ tunc valet ex lege Velleja: ac  
propterea tali adgnatione etiam non rumpitur testamentum.  
d. l. non putavit. § si quis emancipatum. Et tantum de  
tertia specie.

61 QVARTA adgnationis sui hæredis species est in  
manum conventio per quam olim etiam suus hæres te-  
statori agnasciebatur. Vlp. in Inst. d. §. 1. Nam & uxor, quæ  
in manum mariti conveniebat, hæres & loco filiæ matito  
erat, ut scribit idem Ulpianus & Caius in Inst. & A. Cellius  
lib. 18. c. 7.

62 QVINTA species adgnationis sui hæredis est Ma-  
numissio, hoc est, mancipatio sive emancipatio liberoru,   
nam & manumissionis verbum in liberis legitur. l. 2. ff. de  
off. c. procons. l. 28. liberum. ff. de adopt. l. 107. utrum. ff. de  
verb. oblig. & tot. tit. ff. Si à paren. quis manum. fuer. quâ &  
ip̄a testamentum rumpitur. Vlp. d. c. 23. veluti si filius  
ex prima vel secunda mancipatione manumissus in pa-  
tris potestatem revertatur: & pater interim medio tem-  
porc, post unam aut alteram mancipationem, testamentum fecerit.  
Reverso enim tunc in potestatem patris  
filio, rumpitur testamentum. Quod nō ita obtinet, si filia  
63 emancipetur vel nepos: quia una emancipatione exeunt  
de potestate: & ideò testamentum non rumpunt, ut ait Ulp-  
ian, in d. l. 8. verum est. § 1. & tit. Inst. 10. §. 1.

Singulæ autem manumissiones sive mancipaciones, aliis diebus aliisque testibus adhibitis, fieri poterant: *ut est apud Paulum lib. 2. Sentent.* Itaque post primam secundam vè manumissionem filius præteritus rumpit patris testamentum: quia in ejus potestatem revertitur: cæteri verò liberi semel emancipati jam amplius non rediunt in potestatem: & ob id nec patris testamentum rumpere possunt.

Atque hæc quidem hactenus de quinque speciebus seu modis, quibus adgnatione sui hæredis testamentum rumpi dicitur, dixisse satis sit: ex his vero tres priores hodiè adhuc in usu sunt: nimirum posthumæ nativitas, successio in locum sui hæredis, & adoptio: posteriores duo in usu esse desierunt, utpote in manum conventio, & manumissio liberorum. §. sed hec. l. 10. ad SC. Tertull. & l. ult. 65 C. de emancipat. Cuiac. aa Vlpiānum tit. 23. §. 1.

Nam in testamento militis hosce tres modos rumpendi testamenti hodiè receptos observari videmus: nisi miles eo animo testamentum faciat, ut rumpi hoc nolit: 67 sive nascatur sibi posthumus; sive nepos in locum filii succedat: sive ab eo filius nepos vè adoptetur aut arrogetur. l. 7. qui iure cum l. seq. ff. de testam. mil. siquidem in testamento militis sola ejus voluntas consideratur: quæ magis in eo dominatur, quam ratio juris aut regula, l. 34 eius militis. in fi. & l. seq. ff. d. tit.

Sunt tamen nonnulli alii, qui hodiè non nisi adoptione sola, quasi agnatione sui hæredis, rumpi testamentum existimant: eamque ob causam à Iustiniano solius adoptionis fieri mentionem in d. §. 1. ubi unum hoc agnationis sui hæredis exemplum ab eo proponitur: quæ tamen & ipsa non est vera, sed quasi agnatio, In cæteris vera

verò plerisque aliud receptum esse dicunt, quām olim  
fuerit: ita ut nec agnatione quidem posthumus testamentum  
hoc rumpatur, sive is sit *Aquilianus ex jure antiquo*,  
qui propriè agnasci dicitur post mortem patris; sive *Velleianus aut Julianus*, qui in locum sui hæredis succedendo  
sit suus: de quo est in d. §. posthumus quoq;. Cujus rei hanc  
reddunt rationem; quia idem jus hodiè posthumis & jam  
natis competit: ita ut omnes tanquam filii institui & ex-  
hæredari debeant, ex nova constitutione Imp. Iustiniani in  
l. 4. C. de liber. prater. & §. sed hac supra. Inst. de liber. exhære.  
ac propterea l. 3. C. de posthu. hære. instit. loqui saltem de ve-  
teri iure, quæ per alteram l. 4. sublata est. de quo latius  
disputat Herman. Vult eius in expos. tit. Inst. Quib. mod. testam.  
infirm. Et hæc de primo Rupti vitio: sc.  
quitur de altero.

## C A P V T X X.

DE ALTERO RVPTI VITIO PER  
posteriustestamentum.

## S V M M A R I A.

1. *Secundus modus Rupti testamenti, mutatio eius.*
2. *Mutare cuig, & quolibet tempore usq; ad mortem li-  
cet testamentum.*
3. *Pluribus existantibus testamentis solum postremum va-  
let.*
4. *Vnius hominis verum testamentum esse dicitur: Aliud  
est in milite, n.s.*

6. *Posteriorus testamentum ut valeat iure factum esse debet: alioquin eo non rumpitur prius.* n. 7.
8. *Ampliatio regula prima, etiam si ab herede sit destitutum, non adit a scil. postea a hereditate.*
9. *Testamentum ipsum ruptum ex postfacto non reconvenit.*
10. *Testamenti vis non ab additione, sed institutione dependet.*
11. *Altera ampliatio, etiam si sub conditione facta sit institutio, modò ea existere possit.*
12. *Tertia, licet ex certis rebus heres in eo sit institutus: & cur. n. 13.*
14. *Impossibilis conditio pro pura habetur.*
15. *Quarta ampliatio, licet idem sit in utroq. heres institutus.*
16. *Quinta licet in posteriore testamento nulla sit facta mentio prioris heredis: & an opus sit in eo clausula derogatoria, & quatenus. n. 17.*
18. *Sexta, etiam si prius testamentum per posteriorius conformatur: ita ut non nisi codicilli iure valeat.*
19. *Septima, non obstante iuramento testatoris in priore testamento apposito de eo servando.*
20. *Octava, ne quidem auctoritate Imperatoris facta priore testamento.*
21. *Priore testamento per posteriumrupto, nihil debetur ex priore. Et quid si donatio omnium bonorum facta sit in pœnam mutationis testamenti.*  
num. 22.
23. *Prima exceptio à regula, non nisi iure facto testamento posteriore, prius rumpi, de militari scil. testamento.*

24. Secunda de testamento inter liberos imperfecto.
25. Tertia, de scripto hærede legitimo, qui ab intestato venire posset.
26. Testamentum neq; nuda voluntate, neq; posteriore testamento imperfecto rumpitur.
27. Testamenti abolendi ratio expeditissima, nec sit opus alio testamento.
28. Pænitentia sola non sufficit ad revocationem testamenti.
29. Fideicomissa ex imperfecto testamento non debentur.
30. Ad lapsu decennii infirmetur testamentum nec nec.
31. Mutatio & pluralitas testamentorum, non presuminatur.

**A**LTER modus, quo testamentum jure perfectum rumpitur, est prioris testamenti mutatio per posterius. Sic enim scribit Vlpianus in d. §. 1. cap. 23. Rumpitur (air) testamentum mutatione, id est, si postea aliud testamentum jure factum sit. Et Imp. Iustinianus in §. 2. Inst. Quib. mod. testam. infirm: Posteriore quoque testamento, quod jure perfectum est, superius rumpitur.

**2** Licet enim unicuique ut testamentum facere, ita mutare, quotiescumque voluerit: cum ambulatoria sit hominis voluntas usque ad ultimum vitæ spiritum. I. t. C. de Sacros. Eccl. l. 4 ff. de adim. leg. 1.

**3** Semper autem id valere debet testamentum, quod est posterius (utrumque enim valere non potest) quia testamentum est ultima voluntas: & unius non nisi unum testamentum esse potest: quod ut universam continet hæreditatem: sic posteriore testamento prius tollitur: sicut

sicut & aliæ in jure posteriora derogant prioribus: l. 12.  
 pacta novissima. C. de pactis. l. 12. si mihi & ubi ff. de lega. 1.  
 l. 6. Divi. § licet ff. de iur. codicill. cum simil. uno excepto mi-  
 litis testamento, quod posteriore non rumpitur. l. 36. mi-  
 litis. §. 1. ff. de testam. mili. siquidem militi plura testamenta  
 facere, & ex parte hæredem instituere licet; quod pagano  
 non licet. l. 19. quarebatur in princ. ff. d. tit.

Sed hoc quidem ut ita procedat, necesse est, ut po-  
 sterius testamentum jure factum ac ritè perfectum sit. d.  
 §. posteriori. & l. 2. ff. de rupt. testa. Planè enim si quid post  
 factum testamentum mutari placuit, omnia ex integro  
 (id est, ritè ac solenniter, instituendo scilicet heredem &  
 legata relinquendo) facienda sunt, ut ait Ulpianus in l. 21. hæ-  
 redes palam. §. 1. ff. Quis testam. fac. poss. Ex quo M. Quinti-  
 lianus in Declamat. Sublatum dieunt(ait) prius testamen-  
 tum posteriore: neque id non consiteor, si jure factum sit,  
 id est, si sit testamentum. Iure igitur factum, hoc est, ri-  
 té perfectum oportet esse testamentum posterius: & qui-  
 dem sic perfectum, ut ex eo hæres existere possit. d. l. 1. ff.  
 de rupt. & irrit. testam.

Alioqui verò si non jure factum sit testamentum  
 posterius, non per hoc rumpitur prius. l. 7 ff. de liber. &  
 postbus. l. 18. si iure. ff. de legat. 3. siquidem quod non jure  
 factum est, pro nullo habetur. d. l. 1. & l. 2. §. 1. ff. Testam.  
 quemad. aperi. Quod disertè ita definit Ulpianus in l. 11.  
 si binæ. ff. de rupt. testam. Si binæ (inquit) tabulæ profe-  
 trantur diversis temporibus factæ: (Potest enim quis pluribus  
 codicibus testari. §. 13. Inst. de testam. ordin.) unæ prius, aliæ  
 postea: utræque tamen septem testibus signatae: & apertæ  
 posteriores vacua inventæ sint, id est, nihil scriptum ha-  
 bentes omnino: (neg. mentis testationem defuncti perfectam  
 continen-

continentes) superius testamentum non est ruptum : quia sequens nullum est.

Nec interest, utrum extiterit aliquis hæres ex eo testamento, an non : quoniam ipso jure & statim rumpitur posteriori testamento perfecto : semel autem ruptum ex postfacto aut eventu convalescere non potest : cùm ejus quod nullum est, non expectetur eventus. §. 1.  
Inst. de ex hæred. liber. neque testamenti vis ab aditione hæredis pendeat, sed ab institutione. l. 1. ff. de hæred. instit. §.  
ante hæredis institutionem. Inst. de lega.

Etenim id solum hic spectatur, an aliquo casu hæres resjure civili existere potuerit : Ideoque si quis aut hæres esse noluerit : aut vivo testatore, vel post mortem ejus, antè quam hæreditatem adiret, decesserit : eo casu partefamilias (utroq; scil. rescisso testamento) intestatus moritur. Nam & prius testamentum non valeruptum à posteriore : & posterius æquè nullas habet vires: (utpote destinatum) cùm ex eo nemo hæres extiterit, ut ait imp. in d. §. posteriore.

Sed nec interest, pura an conditionalis sit institutio in posteriore testamento: ita ut nihilominus rumpatur prius testamentum, etiam si postea conditione deficiente posteri fiat irritum. Satis n. est, cā conditionem in rerum natura existere potuisse, licet non extiterit, d. §. posteriore, vers. ideoq; si quis ibi, aut si conditione defectus sit.

Sic Pomponius in l. 16. cùm in secundo. ff. h. tit.

¶ Cùm in secundo testamento (ait) hæredem eum, qui vivit, instituimus : sive pure, sive sub conditione : si tamen conditio existere poterit : licet non extiterit : superius testamentum erit ruptum.

13 Sed & si quis priore testamento jure perfecto, po-

sterius èquè jure fecerit; etiam si ex certis rebus (*veluti ex fundo Corneliano*) in eo hæredem instituerit: superius tamen testamentum sublatum esse, ex Impp. prædecessorum suorum sententia confirmat *Imp. Iustinia, in §, sed et quis. Inst. Quib. mod. testam. infirm.*

Sic Impp. Severus & Antoninus Cocceio Campano rescriplerunt in l. 29. si quis. C. ad S.C. Trebell. Testamentum secundo loco factum, licet in certarum rerum hæres scriptus sit, perinde jure valere, ac si rerum mentio facta non esset: sed & teneri hæredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex Lege Falcidia, hæreditatem (*id est, reliquum hæritatis, ex quo legata debentur*) restituat his, qui in priore testamento scripti fuerant: propter inserta secundo testamento fideicommissi verba; quib. ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. d. l. 29. si quis.

Nec movet, quòd hæres juris, & non rei vel corporis, successor dicitur. l. 9. quoties. §. hæredes ff. de hæred. insti. Nam recepta est hæc institutio saltem ob favorem testamenterorum: ita ut tunc in ejusmodi institutione mentio rei aut corporis circumscribatur, & perinde habeatur, ac si nulla rei aut corporis sit facta mentio. d. l. quoties. §. si duo l. 1. §. si ex fundo. & l. 10. si alterius ff. de hæred. instit. Gloss & DD. in l. 13. quoties. C. eod. tit.

Nam & eadem ratione si institutio sub impossibili conditione facta sit, similiter circumscribitur conditio, & institutio pro pura habetur. l. 1. & l. 14. conditiones, cum l. seq. ff. de cond. instit.

Conditione namque impossibilis propriè conditione non.

non est: quia non suspenditur: & ideo in testamentis pro non scripta habetur. l. 1. ff. de condit. instit. Quod fit, ut etiam conditione ejusmodi ascripta in posteriore testamento, nihilominus superius testamentum rumpatur: l. 45. si Mævia. ff. de hæred. instit.

Multum etiam interest, an in praesens, præterirum vel futurum sit concepta conditio institutioni apposita. Priors illæ duæ, veluti si rex Parthorum vivit, , vel si Titius consul fuit, quia rem certam conficiunt, si quidem veræ sunt, statim hæredem admittunt, rupto superiore testamento: sin falsæ, statim excludunt hæredem, & superius testamentum manet firmum. Posterior vero hæc, quæ in futurum collata est, si quidem possibilis est, & existere poterit, efficit ut superius testamentum rumpatur, etiam si non extiterit: sin impossibilis, nullam vim habet: perindeaque est, ac si hæres purè scriptus esset, & ob id rumpitur testamentum.

Eo amplius posteriore testamento, solenni tamen & perfecto, prius rumpi testamentum certum est: etiam si prius testamentum in plerisque concordet cum priore: maximè quo ad hæredis institutionem, quæ est caput & fundamentum testamenti: veluti si idem hæres sit institutus in utroque testamento: per gloss. 1. in d. §. posteriore. & tex. in l. 3. §. Item si ipse. ff. Si cui plus quam per Falcid.

16 Nam & si in posteriore testamento nulla prorsus extet mentio prioris, nihilominus rumpitur, per gloss. in c. i. verb. revocare, de constit. lib. 6. D. D. commun. in l. 27. sancimus. arg. ill. tex. C. de testam. Decius conf. 264. n. 7.

17 Ac propterea non opus est in posteriore testamento

clausula derogatoria, qua tollatur aut cassetur prius testamentum, quæ tamen plerunque hodiè apponi solent: ut idem vult Decius in d. cons. 264. n. 2. nisi fortè prius testamentum habeat clausulam derogatoriam ad sequentia: quo casu in specie priori testamento derogari necesse est: alioqui prius non rumpitur, sed ratum permanet. d. c. 1. d. l. sancimus. Bald. in d. l. si quis in pr. ff. de lega. 3.

Quemadmodum & si in posteriore testamento adscribat testator se velle, ut prius valeat: non tamen valitum & omnino ruptum esse ait Vlpianus in l. 12. post<sup>18</sup> humus. §. ult. ff. de rupt. testam. siquidem nuda voluntate solenne testamentum nec sustinetur, nec infirmatur: sed ita demum recte à priore testamento receditur, si posterior us valitum sit. §. ex eo solo. Inst. Quib. mod. testam. infirm. l. 18. si iure. ibi Bart. ff. de lega. 3. Ias. cons. 169. n. 1. lib. 4.

Quin imò, quod amplius est, etiam si testator jura verit, se prius testamentum non revocaturum: licet alias juramentum testamento appositum non pauca operetur: minimè tamen eo obstante, prius testamentum rumpitur per posterius. Ioan. Andr. in c. quod semel. de reg. iur. lib. 6. CC&. in c. cum Martt. de celebra. missar. Ias. in d. l. si mihi & tibi. §. legalis. Decius cons. 295. n. 5. adeò ut testator prius illud juratum testamentum revocando nō incidat in perjurium: quoniam contra bonos mores est: eò quod liberam testandi facultatem auferre videtur. Bart. in l. 112. si quis inquilinos. §. ult. ff. de lega. 1. Paul. de Castr. & DD. alii in l. 61. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. Ias. in l. ult. ff. Qui satisd. cog.

Denique adeò verum est, posteriore testamento prius tolli: ut etiamsi coram Imperatore aut Principe prius factum sit, nihilominus sustineatur. l. 19. omnium.

vers.

<sup>21</sup> vers. voluntates etenim ibi, ita deum firmum sit, sicutim  
comprobetur ibi Bart. n. 3. Bald. nu. 10. Alex. num. 2. & Ias.  
num. 5. C. de testam. Tiraquel. de primogen. q. 68. n. 3.

Tunc igitur rupto ita priore testamento per poste-  
rius, non solùm hæredis institutio, verùm etiam legata  
& fideicomissa, omniaque alia, quæ in priore testamē-  
to continentur, revocata censetur. l. 21. hæredes palam. §.  
1. ff. Qui testam. fac. poss. ibig. glossa in verb. omnia de integro  
facienda. l. 19. si nemo. ff. de testam. tute. Ias. conf. 169. n. 1. lib.  
4. Decius conf. 582. n. 1.

<sup>22</sup> Imò verò & donatio universalis in priori te-  
stamento facta, saltem in poenam mutationis testamenti,  
non valet: veluti si testator Titum hæredem instituens di-  
cat, si contingat se mutare testamentum, se omnia bona  
Titio donare: sanè tunc testamentum illud mutare po-  
test: & donatio illa corruit. Bart. in d. l. 61. stipulatio hoc  
modo. ibig. Alex. arg. illius tex. ff. de verb. oblig. & in l. 22. se  
quis. in pr. ff. de legat. 3. & in l. 52. cùm duob. §. idem respon-  
dit ff. Pro facio. Ias. conf. 122. n. 2. lib. 4. cum similib. alleg. per  
Alex. conf. 83. lib. 2. & conf. 25. n. 6. & 7. lib. 3. & Dec. conf.  
293. num. 1.

Ceterū regula illa suprà tradita, qua dicitur, non  
nisi jure facto posteriore testamento rumpi prius, aliquot  
exceptiones sive limitationes admittit.

<sup>23</sup> Prima est, Nisi forte posterius testamentum jure  
militari factum sit. l. 2. ff. de rupt. testam. nam quocunque  
modo testamentum miles fecerit, novissima voluntate  
rescindetur: quoniam voluntas quoque militis testamen-  
tum est. l. 34. eius militis. §. ult. cum l. sed de testam. milit.

<sup>24</sup> Secunda est, Nisi testamentum sit inter liberos,  
quo licet imperfecto, rumpitur prius, ut suprà est decla-

ratum, l. 21. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. l.  
12. si duobus. §. si prius ff. de bon. possess. cont. tab.

Tertia exceptio est. Nisi in eo scriptis est, qui ab intestato venire potest. Tunc enim & posteriore testamento non perfecto superius rumpitur: siquidem plus tunc ei tribuitur heredi, qui simul lege & voluntate testatoris vocatur: & quidem posteriore testamento scriptus est, licet imperfecto: d. l. 2. & d. l. hac consultissima, § penul. ubi ab Imp. Theod. & Valent. ita rescriptum legitur: Si quis testamento jure perfecto, postea ad aliud venerit testamentum: non alias, quod ante factum est, infirmari decernimus: quam si id, quod secundum facere testator instituerit, jure fuerit consummatum. Nisi forte in priore testamento scriptis his, qui ab intestato ad testatoris hereditatem vel successionem venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad ejus hereditatem vocantur. Eo. n. casu, licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento, secundum ejus voluntatem, non quasi testamentum, sed quasi voluntatem ultimam intestati valere sancimus: in qua voluntate quinq; testium juratorum positiones sufficiunt: quo no. facto valebit primum testamentum, licet in eo scripti videantur extranei.

Quæ verba constitutionis in Græcum conversa sermonem eodem modo extant in Basilicis lib. 35. tit. 2. c. 17  
Enorat Bart. in d. l. si iure. num. 3. Bald. in d. l. sancimus. ibi Alex. & in l. si ita scriptum. §. regula. num. 4 ff. de liber. & posthu. l. si quis ita heres. §. legitimus. ff. de hered. instit. & l. t. §. si heres. ff. Si etab. testam. null. extab. Decr. cons. 30. lib. 43.

Ex his

<sup>26</sup> Ex his itaque, quæ de mutatione testamenti ha-  
cenus diximus, illud in primis efficitur: si testator prius  
testamentum suum rite perfectum infirmari velit, id nu-  
da voluntate aut sola poenitentia effici non posse: sed o-  
mnino totum mutari illud & aliud testamentum rite per-  
fici oportere, si testatus decedere velit. Nam si quis post  
factum prius testamentum facere posterius cœperit qui-  
dem: sed aut mortalitate præventus, aut quia cum ejus  
instituti poenituit, non perfecerit: prius testamentum jure  
factum non redditur irritum. §. penult. Inst. Quib. mod. te-  
stam. infirm.

<sup>27</sup> Alioqui sanè expeditissima via mutandæ ultimæ  
voluntatis erit, tabulas priores incidere aut delere, aut  
cancelare, aut signa refellere. l. 32. nostram. C. de testam.  
l. 1. §. sed consulto. l. ult. & tot. tit. ff. de his que in testam.  
delen.

<sup>28</sup> Proinde simplice & nuda voluntatis declaratione,  
sive verbis, sive scriptura, ac ne facto quidem, sed imper-  
fecto. testam. aut revocatione sola, testam. rite factum nō  
infirmatur: alioqui facile legitimi hæredes subornare a-  
liquos possent, qui affirmarent, à testatore testamentum  
esse revocatum. arg. §. planè. Inst. de milit. testam. Qua de-  
re etiam cautum fuit oratione Pertinacis Imperatoris §.  
ult; Inst. cod. tit.

<sup>29</sup> Quod adeò verum est, ut ne fideicomissa qui-  
dem priore testamento relicta, quæ alioqui nuda volun-  
tate ut dantur, ita admuntur, posteriore testamento im-  
perfecto pretermissa infirmentur. l. 18. si ure. §. item si quis  
ff. de legatis. 3.

<sup>30</sup> Quod si tamen voluntati testatoris accedat tem-  
pus decennii, non est dabium prius sumpi, aut tolli  
testamen.

testamentum: ut suprà dictum est. Tunc enim testamentum defuncti irritum est, non solum ex contraria voluntate, sed etiam ex cursu temporali, veluti præscriptione decennali: ut Imp. Iustinianus sanxit ita in l. 27. sancimus, C. de testam.

Postremò notandum hic est, mutationem testamenti in dubio non præsumi: ut nec pluralitatem, ut DD.<sup>31</sup> loquuntur, testamentorum: sed omnino ab eo, qui afferit, probandam esse. d.l.sancimus. ibi DD. communiter. & Gloss in l. 19. omnium. in verb. comprobatur. C. de testa. Bald. Paul. de Castr. & Alex. in l. ult. n. 3. C. de posthu. hare. instit. Ias. cons. 6. 2. n. 2. & cons. 70. n. 2. lib. 1.

Et tantum de rupto testamento, ejusq; speciebus & modis haec tenus dictum  
sist.

## C A P V T X X I .

### D E T E S T A M E N T O Irrito.

#### S V M M A R I A .

1. Alterum vitium testamenti iure facti externum, quod Irritum dicitur.
2. Irriti appellatio duplex; Generalis & Specialis. n. 3.
4. Rupti & irriti vitium quomodo discernantur.
5. Aliud est irritum esse, aliud irritum fieri testamentum.
6. Causa duplex irriti testamenti, capitul. diminutio, & non ad ita hereditas.

PROXIMVM est, ut de altero vitio, quo testamentum, alias

aliás jure factum, saltem ex eventu aliquo fit irritum, ali-  
quid dicatur.

<sup>2</sup> Sciendum autem est, Irriti verbum, non minus ac  
rupti, non semper uno & eodem modo accipi in iure ci-  
vili & lingua Latina. Nam & hoc ipsum verbum ali-  
as generale, alias speciale est.

Generale quidem in eo, quod & injustum, & rū-  
piū eo verbo interdum continetur. ut etiam illud, quod  
propriè injustum aut ruptum est, possit dici irritum, hoc  
est, non ratum aut validum, sed eminē inefficax & in-  
utile. Quæ abusio etiam in rupto & injusto est: ut su-  
prā est ostensum: ita ut verba hæc omnia interdum pro-  
misœ usurpentur. §. Alio autem modo. vers. Hoc autem  
casu, ubi pulchrè hoc declarat Imperator: extantque ejus  
non pauca exempla sub hoc rit. & aliis in Pand.

<sup>3</sup> Speciale verò nomen est in eo, quod à rupto &  
injusto testamento distinguitur: maximè verò à rupti vi-  
tio.

<sup>4</sup> Nam rupti causa est ex jure ipsius testamenti infir-  
mato: non ex persona testatoris. in princ. Inst. Quib. mod.  
testam. infirm. ubi Imp. Cùm (inquit) in eodem statu ma-  
nente testatore, ipsius testamenti vis infirmatur, rumpi  
dicuntur; veluti mutatione testamenti, vel agnatione sui  
hæredis.

At verò irriti causa à persona testatoris propriè  
dependet, hoc est, quoties testatori aliquid contin-  
git, ut loquitur Vlpianus, quod in testamentum redundat;  
veluti cùm status testatoris mutatur. l. 6. si quis filio. §.  
irritum autem ff. de hæred. inst. d. §. alio autem modo. Caius  
lib. Inst. 2. c. 3. §. 6. Vlpianus tit. 23. sibi. §. 4.

<sup>5</sup> Ac priore quidem significatione propriè irritum  
esse

esse testamentum dicitur, quod scilicet nunquam jure constitit: sed sua sponte semper infirmum aut inutile, tanquam injustum & non jure factum, habitum est:

Posteriore verò significatione irritum fieri, ut & rumpi: dicitur testamentum: quod ab initio jure factum, & omnino justum, postea casu aliquo extrinsecus eversum est, aut infirmatum: ut suprà quoque est explicatum.

Cæterum ut irritum fiat testamentum, ex duabus potissimum causis contingit: nimirum aut ob capitis diminutionem ejus, qui testamentum fecit: aut ob non aditam hæreditatem. l. i. in fi. ibi, aut in irritum constituitur. & l. 6. si quis filio. §. 5. cum §§. seqq. ff. de iniust. rupt. & irri. test. 1. Quod Vlpianus in d. tit. 23. his verbis complexus est; irritum (ait) fit testamentum, si testator capite deminutus fuerit: aut si jure facto testamento nemo extiterit hæres,

Quod paulò aliter explicat Harmenopulus in E. pitom. lib. 5. tit. 5. ubi plures modos irriti testamenti recentens, & cum vitiis superioribus aliquo modo confundens. Irritum testamentum (inquit) quatuor modis fit: Primus est, cùm testator capitis damnatus, aut relegatus fuerit: aut si cùm sui juris esset, sese alteri adoptandum dererit: aut cùm esset in potestate, emancipatus sit. Secundus cùm secundo testamento jure perfecto, primum quidē rumpitur: posterius verò ob eorum causam, quib. defertur hæreditas, infirmatur: utpote si aut hæreditati renunciarint: aut morte præventi fuerint ante eum, qui testatus est: aut denique si sub conditione scripti sint hæredes: conditio autem defecerit. Tertius, cùm quis Imperatorem litis causā hæredem instituerit, vel scripto, vel non scripto testamento; nisi & aliter forte ejus hæredi-

hæreditati succedit Imperator. Etsi enim legibus soluti sunt Principes; legibus tamen vivunt ac reguntur. Quartus denique, cum sublati aut incisis signis, ita quis testamentum siverit, aut dixerit nolle se id valere. Quæ enim legibus constituuntur, legitimè dissolvi oportet. *Hec ille.*

Sed de duabus causis superioribus, ex quibus irritum fit testamentum, earumque modis singularibus, singulatim videndum.

## C A P V T XXII.

D E T E S T A M E N T O  
per capitis deminutionem testa-  
toris irrito facto.

## S V M M A R I A.

1. Prima species irriti testamenti, capit is quilibet deminutio, & quid ea sit, & quotuplex. n. 3.
2. Status hominis in quibus consistat.
4. De statu suo incertus testari non potest.
5. Maxima capit is deminutione quib. modis testamentum fiat irritum.
6. Primus modus est, Captivitas, & quatenus. n. 7.
8. Testamentum ab hostibus capti, si redeat, postliminio: si ibi decedat, lege Cornelia confirmatur.
9. Testamentum nec patris nec filii instituti postliminio rumpitur.

10. Secundus modus, servitus spontanea, per venundationem sui ipsius precii participandi aut actus gerendi causa.
11. Tertius, pena servitus per sententia atrocitatem.
12. Prima exceptio de milite capite damnato: eiusq; replicatio, n. 13.
13. Altera exceptio de provocante ad Principem à sententia damnationis.
14. Replicatio altera de mortem sibi in carcere consciente, qui pro damnato habetur.
15. Media capitum deminutione irritum fit testamentum per deportationem, & quatenus, n. 16.
16. Minima capitum deminutio: e fit irritum testamentum arrogatione, adoptione, & emancipatione. & quomodo inter se differant, n. 19.
18. Excepto militis testamento.
20. Status dignitate non mutatur, & per hoc testamentum non fit irritum.
21. Iure Praetoria bonorum possessio secundum tabulas an & quatenus detur irrito facto testamento aut ru pro ob capitum diminutione.

**P**RIMA igitur causa, ex qua irritum fit testamentum, est capitum deminutio: quæ nihil est aliud, quam prioris status commutatio. ut definit Imp. in princ. Inst. de capit. dimin. l. 1. ff. eod. Caput enim pro statu hominis ponitur. S. servus autem. Inst. d. tit. l. 28. capitalium. ff. de pœnis. l. 2 ff. de interd. & releg. Deminutio autem amissionem vel decessionem significat. l. ult. ff. de legib. l. 1. ibi, deminut. ff. ex quib. caus. maior. in integr. restit. l. 5. & l. 21 deperditum. ff. de petit. hared.

Quæ

**2** Que quidem status muratio, quam Græci κατεγάνων vocant, ut est in Basil. lib. 39. tit. 2. c. 6. tribus modis accidit. Nam aut libertas, aut civitas, aut familia amittitur. Quætria cum non minùs homini chara, quam caput & vita esse soleant: si eorum aliquid amittatur: status capitum mutari, aut caput minui dicitur: eorum quæ amissio, Capitis deminutio vocatur. l. 1. & l. ult. ff. de capi. minut. l. 3. ff. de interd. & releg.

**3** Sed hæc quidem ex eorum estimatione quibusdā veliri gradibus tripartito distincta est: ex quo & triplex est capitum deminutio: nimirum Maxima, Minor, & Minima. §. 1. Inst. de cap. demin.

**4** Primi generis est amissio libertatis unâ cum civitate & familia (nam hæc omnem statum hominis, totumque ejus caput afferat) Secundi verò, civitatis & familie, salva libertate: Tertii denique, familie tantum, salva manente & civitate, & libertate. §. maxima. cum §§. 2. seqq. Inst. de capi. demin. l. 3. & l. ult. ff. eod. tit.

**5** Qualibet autem capitum deminutione jure factum testamentum sit irritum: eò quod amissa vel libertate, vel civitate, vel familia, status testatoris non amplius integer manet: in quo vel maximè jure civili consistit testamenti factio usque adeò ut nec ejus, qui de statu suo incertus est, ratum sit testamentum: utpote cui certam legem is dare non posse creditur. l. 14. qui testamento, cum l. seq ff. Quis testam. fac. poss vlpian. Inst. c. 20. §. 11.

**5** Ac maxima quidem captis deminutione irritum sit testamentum tribus præcipiæ modis.

**6** Primus modus est, si quis libertatem & cum ea civitatem amittat per subitam servitutem: verbi gratia, si captus sit testator ab hostibus. d. l. o. si quis filio, §. 5. irritum

*fit. Vlpiān. d. tit. 23. §. 5. Caius lib. 2. Inst. tit. 3. §. Alio quog-  
modo. ibi. si aliquis post factum testamentum capite minuatur,  
id est, aut ab hostibus capiatur.*

Nam & si quis, cùm prægnantem uxorem habe-  
ret, in hostium potestatem pervenerit, & nato deinde fi-  
lio & mortuo ibi decesserit; ejus testamentum nullum est:  
quia & eorum, qui in civitate manserunt, hoc casu testa-  
menta rumpuntur. l. 22. bona eorum. §. ult. de capt. & post-  
lim. revers.

Per captivitatem enim status mutatur: & ex libe-  
ro homine fit servus, & quidem servus hostium: quæ ca-  
lamitosa status mutatio eriam irritum facit testamentum.  
a. §. irritum fit. 2. §. 5. si ab hostibus captus. ibi, quamvis ser-  
vus hostium fiat. Inst. Quib. mod. ius potest solv.

Sed hoc tamen quomodo accipiendum sit, & qua-  
tenus ab hostibus capri testamentum fiat irritum: expli-  
catur ab Vlpiano in d. l. 6. §. penult. nimirūm ejus, qui apud  
hostes est postliminio reversi testamentum vires suas reci-  
pere jure postliminii: aut, si ibi decessat, lege Cornelia  
confirmari.

Quod Vlpiatus idem in fragm. Inst. d. tit. 23. §. 5. &  
his verbis exponit: Si (inquit) is, qui testamentum fecit, ab  
hostibus captus fit, testamentum ejus valet: si quidem re-  
versus fuerit, jure postliminii: si verò ibi decesserit ( Sic e.  
nim ibi legendum) ex Lege Cornelia: quæ perinde successi-  
o nem ejus confirmat, atque si in civitate decessisset. Idem  
est in Synopsi Basil. d. t. 2. c. 6. ver. ult. τῶν ἀιχμαλῶτων ἀ-  
διαθῆται, εἰ οὐ γενονται ἄνυποι ὅμως εἰ τε ἡποστέψοται,  
Εεβαιστραι διὰ τὸ δικαῖον τῆς ἡπογεφύσης: εἰ τε τελευτής  
τοῦ ἑκεῖ, διὰ τὸ νόμον Εεβαιστρα.

Similiter

9. Similiter eodem postliminii iure fit, si pater ab hostibus captus sit, filio manente in civitate: ut reverso patre postliminio, etiam filius in patris potestatem revertatur: nec tamen rumpat testamentum paternum ante captivitatem factum: si modò in eo testamento hæres institutus sit, vel exhæredatus. Nam si præteritus sit, injustum est ab initio testamentum: nec ulla ratione convalescere potest. Eodemque modo filius captus ab hostibus, & postliminio reversus in patris potestatem, non rumpit patris testamentum ante captivitatem factum, in quo ipse institutus vel exhæredatus est. l. 8. si pater cum l. seq. ff. de inst. rupt. & irrit. testam. l. 12. Lege Cornelia ff. Qui testam. fac. poss.

Verùm si dum filius apud hostes est, pater testamentum facit, & in eo filium præterit: valere videtur ab initio testamentum, & filio reverso rumpi: sed verius est, id quoque injustum esse. d. l. 6. §. 1. sed si pater.

10. Secundus modus est, quo maxima capit is deminutione irritum fit testamentum, si maior annis viginti venum se dari passus sit: ad actum gerendum, premium vè participandum. (Sic enim recte legitur in Florentino libro) d. l. 6. §. irritum.

Nam utroque hoc modo capite minuitur, & libertatem suam amittit: & qui ad premium participandum venundari se passus est. h. e. qui precii cupiditas perdidit libertatem suam. §. 1. in si. ff. de capi. demin. & qui ad actum gerendum venundari se passus est, hoc est, ut ejus, qui emit, actor rerum fieret: quod munus liberi & ingenui homines exercere non solent: ac ne civitates quidem ipsæ: nisi actoribus servis utantur: quos actores servos publicos vocant.

l. 10. liberos. C. de libera. cau. l. 1. C. de serv. Reip. manumis. l. 10  
& 2. C. Ne quis liber. inuit. attum Reip. ger. coga. lib. 11. ibid.  
Cuiac. l. ult. in pr. ibi: qui actum somini gesit. ff. de publica. &  
vestigial. Quæ tamen venditio hodiè sublatâ est ab Imp.  
Leone Novell. 59.

Tertius modus est. quo maxima capitâ deminuti-  
one irritum fit testamenum. si scilicet post factum testa-  
mentum capite damnatus sit. h.e. ultimo suppicio. veluti  
ad bestias. vel ad gladium. ignem. surcam. seu crucem: vel  
ad aliam poenam. quæ vitam adimat: & non tunc cum  
consumptus est. sed cum sententiam passus est. §. 2. in h.t.  
de cap. dim. ibi. per sententia atrocitatem. & in Basil. d.c. 6.  
ibi. η νεφαλικῶς καταργήθας. Nam tunc servus poenæ effi-  
citur. d.l. 6. §. 6. sed & si quis capite damnatus. l. 8. eius qui.  
§. ult. ff. Quic testam. fac. poss. & in Basil. d.c. 6. ibi. αὐτὰς τὴν  
Φίλων ἀναγράφεις διαθήκην γινέται. Clar. lib. 3. sent. §. te-  
stamentum. q. 21. Quod tamen & ipsum Novellarum  
jure sublatum est: qua hodiè nemo servus poenæ efficitur.  
Novell. 22. de nupt. c. 8.

Plane ex horum numero. qui capite damnantur.  
excipitur miles: saltem ex militari delicto capite damna-  
tus. Nam huic permitti solet testari. & quidem iure mi-  
litari: ex rescripto D. Hadriani d.l. 6. §. 6. vers. Nisi forte  
miles. l. 14. & militibus. C. de testam. mili. ibi Gotefr. d.c. 6. v.  
Militibus tamen. minimè tamen ex rupta fide sacramenti.  
l. 11. ex militari. ff. de testam. mil.

Nam & si quod antè habuit factum testamenum.  
per hoc. si voluit id valere. refici. hoc est. comprobari po-  
test. d. §. 6. ubi reficiendum non rejiciendum legendum est.  
ut in libro Florentino. Sic enim & in Basilicis d.c. 6. legi-  
tur. ηγέταις Εὐληθῶσιν. ἐρρωταὶ η τρογονομένη διαθήκη. h.e.  
& si

13 & si voluerint, etiam prius factum testamentum valet.

Quod si tamen capite damnatus provocaverit ad Principem: quamvis ejus non recepta sit appellatio: sed de ea tamen ad Principem rescriptum sit: sane ejus testamentum pender, quasi de statu suo adhuc certi: nec dum servi poenæ facti: ac proinde nec hujus testamentum irritum sit, priusquam Princeps de eo supplicium sumendum rescriperit: sed si is ante deceperit, utique valet ejus testamentum. d. l. 7. vers. Sed & si de decurione, cum §. seq.

Perinde ut & tunc cum per appellationem adhuc differtur executio, d. l. 6. §. 9. quid tamen. Multò autem magis si illicite fuerit damnatus: tunc sententia ceu ipso jure nulla, non vitiat testamentum. d. l. 6. §. 10. Quod se quis. Nam quæ jure non valet, ne sententia quidem est: nec est condemnatus, qui ritè non condemnatus est: l. 24. inf. ff. de pæn.

14 Pro damnatis vero habentur & ii, qui ante sententiam, cum essent rei postulati, aut in criminis apprehensi, mortem sibi conciverunt: d. l. 6. §. 7. maximè vero, quoram memoria post mortem damnata est; utpote ex causa majestatis, vel aliâ simili causa. Nam nec eorum quidem testamenta rata sunt, sed irrita fiunt: & bona fisco publicantur, d. l. 6. §. 11. sed ne eorum quidem. l. ult. ff. ad L. lul. maiest.

Atque haec de maxima capitum deminutione, ejusque modis, quibus testamentum fit irritum.

15 Media autem capitum deminutione, quæ & Minor dicitur, irritum fit testamentum; veluti si quis deportatus sit: quia tunc civitas, salva tamen libertate, amittitur. d. l. 6. §. 7. eius qui deportatur, quod plerunque fit assignata insula, in quam deportatur: & sic amissa civitate, capite mi-

nuitur: olim verò siebat aquæ & ignis interdictione: §. 3.  
Inst. de capi. demin. de quo aliàs quoque dictum est.

Quando autem deportatus quis intelligatur, &  
per hoc capite deminutus, ut testamentū ejus fiat irritū:  
hoc declarat Vlpianus in d. §. 7. Sic enim ait: Ejus, qui de-  
portatur, non statim irritum fiet testamentum: sed cùm  
Princeps factum comprobaverit: Tunc enim & capite mi-  
nuitur. Quod & in Basilicis ita expressum legitur: Στι-  
ρεογιζόμενες διαθήκην & παραχείμηνα γίνεται ἄνυπό, αλλ' ο-  
ταν ο βασιλές τὸ γεγονός διποδεξηται. τότε γδ υφίσαται τὴν  
κατασάσεως ἀναλαγώ. d. c. 6.

Postremò capitī deminutōne minima irritum fit 17  
testamentum, cùm solis familiæ status mutatur. d. §. alio  
autem modo. ibi Vigl. num. 4. & §. pen. n. 7. Inst. de milit.  
testam.

Sed hæc quidem tres causas habet præcipuas: qua-  
rum prima est Adrogatio: altera Adoptio: postrema E-  
mancipatio. Nam hisce modis similiter ius & dominium  
rerum nostrarum in alienam familiam transfertur: ut i-  
isdem quoque modis irrita fiant eorum testamenta.

Nam arrogatione quidem constat transferri pa-  
trem familias, id est, cum qui sui juris est, in potestatem ar-  
rogatoris: adoptione verò filium familias in adoptantis fa-  
miliam: denique in emancipatione intercedit in: aginaria  
filiis familias venditio: ex qua filius familias in servitutem  
imaginariam inducitur l. 3. ff. de cap. min.

In quo tamen & ipso una excipitur causa militis:  
cujus testamentum nec emancipatione fit irritum, et  
iam si veteranus sit. d. l. 6. §. ult. l. 2. miles. cum h. seqff. de  
testam. 18

testam. militis. in quibus postremis ll. ita scriptum legitur. Miles filius familiæ, si capite minutus fuerit, vel emancipatus, vel in adoptionem datus à patre suo; testamentum ejus valet, quasi ex nova voluntate. Idem &c. si pater familiæ miles de castrisibus rebus duntaxat te-  
status, adrogandum se dederit: si verò missus jam hoc fe-  
cerat, non valet testamentum.

Semperigitur maximâ & media capitis deminuti-  
one irritum sit testamentum: non semper autem mini-  
ma. Nam arrogatione quidem irritum sit testamentum  
patris familiæ pagani vel militis: quod scilicet factum est  
de rebus paganicis: sed miles de castrisibus bonis fa-  
ctum testamentum non sit irritum. l. 17. idem est. ff. de te-  
stam. mil. Adoptione autem & emancipatione non sit  
irritum testamentum filii familiæ de castris peculio fa-  
ctum. d. l. 6. §. ult. Nam pro eo est, ac si à patrefamiliæ  
factum esset. §. penult. Inst. de milit. i. 9. 3. m.

Et emancipatione quidem non fieri irritum testa-  
mentum filii familiæ manifestum est ex l. 1. §. 8. exigit.  
Prætor. vers. sed si filius fam. ff. de honor. possess. sec. tabul. qui  
calus etiam in d. §. ult. excipitur. Itaque Harmenopulus  
lib. 1. Epit. sua tit. 5. errat: dum scribit, emancipatione irri-  
ta fieri testamenta.

20 Sed nec irritum sit testamentum, si quis absque  
capitis deminutione in patris potestatem revertitur, aut  
sui juris efficitur: ut puta morte aut dignitate, in princ. & §  
4. filius fam. Inst. Quib. mod. ius potest. solv.

Nam & mulieris testamentum olim in manum  
conventione non siebat irritum, saltem tutore auctore fa-  
ctum: ut M. Cic. indicat in Topicis.

Sola igitur arrogatione contingens capitis deminutio, testamentum facit irritum: quippe qua adrogatus unà cum capite fortunas quoque suas in domum & familiam alienam transfert, l. penult. §. 2. testamento facto. ff. de bonor. possess. sec. tab.

Postremò his addendum est, licet jure civili testamentum deminutione capitis factum sit irritum aut ruptum: si tamen mortis tempore integri status fuerit, hoc est, si & civis Romanus, & suæ potestatis tunc fuerit jure Prætorio per bonorum possessionem secundum tabulas testamentū illad sustineri posse: dummodo in eo solennia juris Prætorii intervenerint: h.e. si testamentum signatum sit septem testium signis: ut non prouersus sit inutile: neglecta in eo juris civilis solennitate. Cæteroqui verò si non sit integri capitis, puta si civitatem vel etiam libertatem amisit: aut in adoptionem se dedit, & mortis tempore adhuc in patris adoptivi potestate est: non potest scriptus hæres secundum tabulas bonorum possessionem petere. §. non tamen. Inst. Quib. mod. testam. insirm. l. 1. §. 5. exiguo. & §. pen. de bon poss. lec. tab. l. 1. §. pen. ff. si tab. testam. extab.

Et tantum de primo irriti vitio, quod capitis deminutione contingit,  
dictum sit,

## C A P V T XXIII.

D E T E S T A M E N T O  
destituto, altero Irriti  
vitio.

## S V M M A R I A.

1. Altera Irriti testamenti species Testamentum deficiens;

- tum, & quid sit n. 2. eiusq; vis & effectus. num. 5.
3. *Cause, ex quibus hereditas non adeatur.*
  4. *Institutio heredis, caput & fundamentum testamenti.*
  5. *Testamento delata hereditas, si non adita sit, non transmittitur ad heredes, & quod sit testamentum caducum.*
  6. *Tertia species, Incisio testamenti sive inductio.*
  7. *Quarta, Prescriptio decennii, aut saltem anni in testamento militis post missionem.*
  8. *Quinta, Casus singularis irriti testamenti in Novel.*  
115, c. 13. remissivè.

**A**LTERA causa, ex qua irritum fit testamentum, est desertio aut destitutio testamenti: ex quo & Testamentum destitutum appellatur, §. 3 quantitas. Inst. de leg. Falc. 1. §. 4. cum autem. Inst. de hered. que ab intest. defer. eò quod nullo herede existente, viribus & effectu destitutur, ut interpretatur Theophilus in d. § cum autem. quod & interdum desertum testamentum nominatur. d. §. cum autem. ibi, deserto postea avit testamento.

Propriè ergo testamentum destitutum aut desertum dicitur illud, si jure facto testamento nemo extiterit heres, ut ait Ulpianus in fragm. c. 23. §. 5. idque aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit. d. §. cum autem. Tunc enim per omnia irritum constituitur testamentum, non adita scilicet hereditate ab herede, qui in eo scriptus aut nuncupatus est. l. penult. §. 1. ff. de bonor. possess. sec. tabul. l. so. quod Divo. in pr. ff. de manum. testam. Nam perinde tunc habetur, ac si planè nullum sit factum testamentum: quia scilicet vis aut executio ejus nulla fuit: & ideo testator intestatus tunc decessisse dicitur, quamvis testamentum fecerit. in princ. instit. ac hered. ab intest. ibi, aut si ex eo

nemo hæres extiterit. Sed hæreditas quidē nō aditur ab hærede: vel quia morte præventus eam adire non potest: vel quia cōditione, sub qua hæres institutus fuit, defectus est: vel quia ex causa aliqua alia hæres esse non vult, sed repudiat hæreditatem. Nam in his omnibus casibus paterfamilias intestatus moritur. §. posteriore autem, vers. Ideoq. si quis aut noluerit hæres esse.

Itaque testamenti perfectio hac in parte sita est etiam in hæredis instituti voluntate; quæ & ipsa cogi nequit: æquè ut nec testatoris voluntas sed à libero pendere debet arbitrio: adeoque caput & fundamentum totius testamenti est ipsa hæredis institutio: cuius causa potissimum testamentum comparatum est. §. ante hæredis. Instit. de lega. l. 1. §. 1. ff. de vulg. & pupilli subst.

Quò sit ut non adita hæritate, aut hærede non existente, inutile sit testamentum: quia finem & exitum suum non consequitur: id est, quia heredem habere non potest, ex quo hæredias adita non est: licet omnibus in rebus ita constitutum fuit, ut valere possit. d. l. 1. inf. l. ul. ff. de iur. codicill. l. 3. vers. Calparnius. ibi, Non potest ullum testamentum valere, quod heredem non habet.

Cujus consequens est, si nemo hæreditatem adierit: quia omnis vis testamenti solvitur: nihil valere ex his, quæ testamento scripta sunt. l. 9. si nemo in princ. cum l. seq. ff. de testam. tute. ne quidem legata aut fideicommissa. d. §. 3. quantitas. in fi. ibi, ne destituto testamento nihil consequantur. l. 18. 1. si rupt. ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. l.

Fq. eam quam ibi gloss. & DD. C. de fideicom. §. in primis. Inst. de fideicom. hared.

Nam ne quidem ex testamento delatam hæreditatem, sed nondum aditam, transmitti posse juris evidensissimi est: ac propterea tunc testamentum fieri caducum necesse est; ita ut res ad intestati causam redeat: & legitimis hæredibus ab intestato deferatur hæreditas. d. §. postiore. ibi Gloss. in verb. decesserit. l. 1. §. 1. ff. Quis ordo in bon. possess. serv. l. ult. ff. de iur. codicill. l. uni. §. novissim. C. de caduc. tollen. l. 7. quoniam. ibi Bart. & Alex. C. de iur. deliber. Gloss. & DD. in l. ventre. ibi Bart. ff. de adquir. hared.

Sed de jure transmissionis, & testamento caduco  
alius fortassis commodior dicendi locus dabitur.

Sic igitur ostensum est haec tenus, irrita fieri testa-  
menta duobus præcipue modis: capitnis nimirum deminu-  
tione, & destituto testamento.

Præter hos verò duos modos à quibusdam adjici-  
tur & tertius modus, nempe incisio sive inductio testa-  
menti: nam & hoc casu irritum fieri testamentum dici-  
tur. l. 1. s. in fraudem. §. 1. ff. de testam. mili. l. pen. & ult. ff. de  
bis que in testam. relen. l. 1. §. si licet. ff. de bon. possess. sec. tabul.  
l. pen. ibi D D. C. de testam. Sed de hoc modo seorsim paulo  
post agetur.

Sed & quartus modus à quibusdam adjicitur,  
temporis præscriptio, qua testamentum sit irritum: paga-  
nicum quidem olim solo decennio. l. 6. C. Theod. de testa-  
hodiè autem decennio saltem cum nuda voluntate te-  
statoris concurrente. l. 27. sancimus. C. de testam. Militare  
verò testamentum citam hodiè anni est. l. 7. similes: ff. h. t.

Nam.

Nam post annum missionis irritum sit: & quidem totum, si totum factum sit jure militari: vel pro parte, si ejus pars tantum jure militari valeat: veluti si scripsit heredem, quem non nisi jure militari instituere poterat, puta deportatum: ut est in l. 13. neg. enim. §. 1. ff. de test. mil. Sed de hoc testamenti genere superius quoque aliquoties mentio habita est.

Postrem omnis his omnibus modis annumeratur quoque singulatis casus irriti faciendi testamenti in §. si unum<sup>9</sup> de predictis. Autem, ut cum de appellat. cognosc. in Novel. 115. c. 13. ut refert gloss. in d. §. Alio autem modo. Verum de his satis.

## C A P V T XXIV.

### D E I N O F F I C I O S O Testamento.

#### S V M M A R I A.

1. Testamentum inofficium quale: & quod eius querela sit remedium extraordinarium. n. 2. & quib. nominibus alias appelletur. n. 3. & quomodo à petitione hereditatis differat. n. 5.
4. Series ordinaria materia in Pand. Cod. & Inst. eiusq; ratio diversa.
6. Querela in officio cur minus hodie, quam olim, frequens sit.
7. Testamentum inofficium unde dictum: quod & iniustum: n. 8. & iniquum. n. 9. & praterea inhumani, improbum, impium, & ingratum appellatur. n. 10. inoffici-

11. Inofficium testamentum dicere quid sit: & ratio huius querelae. n. 12. eiusdemq; color & praetextus. n. 13.  
 Et 20.
14. Remedium ordinarium excludit extraordinarium.
15. Querela inofficiosa ex iure civili vel Prætorio, an verò ex utroq; descendat: & quomodo ea definiantur. n. 16. & cur remedium subsidiarium ac ultimum. n. 17. & quibus & ex qua causa detur. n. 18. & ad quid. n. 19.
21. Prima causa querelæ inofficiosa est librorum exhiberedorum cuiuscunq; generis: & an posthumus exhiberendi possit. n. 22. & quid de naturalibus tantum. n. 23.
24. Altera causa parentum, tam maternorum quam paternorum: eiusq; ratio. n. 25. & quid de adoptione. n. 26.
27. Tertia causa Adgnatorum, saltem fratribus & sororum: & quidem consanguineorum, non uterinorum: n. 28. & quatenus. n. 29. & adversus quos, veluti notatos infamia iuris & facti, n. 30. imo & facti tantum. n. 31. & libertos ingratos. num. 32. & quatenus non competit, num. 33. Et 34.
35. Fratri nomine an alius pro fratre [dilectus recte] instituatur, omisso fratre naturali.
36. Ultra fratres & sorores cognatis non datur querela inofficiosa: sed iniusti aut falsi testamenti actio. nu.
- 37.
38. Quando, & adversus quos competit, & quandiu.
39. Querela inofficiosa vix & effectus in toto rescindendo testamento; adeo ut de iure ipsius testatoris discedat pteretur.

- pretur. n. 40. & quatenus. n. 41. & quomodo ius  
vetus ab Imp. in eo sit correctum. n. 42.
43. Querela in officiosi cur legibus odiosa sit: & quibus ea  
modis excludatur. n. 44.
45. Primus modus, Legitima quarta saltēm institutionis  
titulo relictā.
46. Secundus, Approbatio testamenti: & quid in tutore sit  
receptum. n. 47.
48. Tertius, Pactum sive transactio cum herede.
49. Quartus, Renunciatio litis vel querela, aut saltēm pa-  
tientia.
50. Quintus, Præscriptio quinquennii.
51. Iusta causa exheredationis à testatore probata, non ex-  
cludit querelam, sed omnino infirmat.
52. Pœna in officiosum testamentum improbè dicentis, neg-  
obtinentis: & quatenus ea cesset. n. 53.

**SUPERIORIBVS** capitib⁹ proximis exposuimus ali-  
quot modos, quibus testamentum jure factum, rursus t⁹  
ipso jure infirmatur: nunc deinceps videndum est, quo-  
modo testamentum jure factum; non quidem jure ipso,  
sed facto hominis, per querelam in officiosi rescindatur  
atque evertatur.

Potius enim in hoc testamenti genere de judicio  
testatoris quam de jure agitur. l. 5. §. 1. l. pen. ff. de his que  
ut indig. aufer.

Quod sane remedium non ordinatum est, sed ex- 2  
traordinarium: quo certis duntaxat personis agere conce-  
ditur de hoc testamento contra officium pietatis factō: &  
propriè querela in officiosi testamenti vocatur. l. 8. Papinias  
nus. ff.

nus ff. de inoff. testam. vel petitio hæreditatis de inofficio  
testamento. l. 34. si quis filium. C. eod. vel etiam accusatio  
de inofficio testamento. l. 11. in arenam. C. d. tit. ut & in  
Basilicis lib. 39. tit. 1. ὡρῷ τῆς διαθήκης μέμψεως inscribitur.  
& quia olim hæc causa de inofficio apud Centumviro<sup>s</sup>,  
vel etiam apud Septemviro<sup>s</sup> delectos scilicet ex Centum-  
viro<sup>s</sup>, agebatur: idcirco etiam Centumvirale, & interdum  
Septemvirale judicium appellatur. l. 13. Titia. ff. b. tit. &  
probat Pauli inscriptio libri de Septemviralibus judiciis,  
ex quo aliquot leges in hoc titulo descriptæ sunt: estque  
hæc communis appellatio omnium petitionum hæredi-  
tatis.

4 Atque hæc causa est, quod in Pandestis & Codice  
de inofficio testamento non in materia testamentaria tra-  
statur: sicut hoc fit in Institutionibus: ut & in Basilicis lib.  
39. tit. 1. ὡρῷ τῆς διαθήκης μέμψεως: sed inter actiones po-  
tiūs & judicia: in quibus etiam primum locum habet: quia  
scilicet hoc judicium est universale: & est actio quædam,  
qua petitur hæreditas: quæ & petitio hæreditatis ex causa  
inofficio testamenti appellatur (ut modò est dictum) qua  
quis injustè se exhæredatum aut præteritum conqueritur.

5 Sed hæc quidem actio inofficio propriè differt à  
petitione hæreditatis; quod nimirum illa datur propriè  
adversus eum qui nullo jure possidet hæreditatem: hæc  
verò datur adversus eum, qui justè alioqui possidet, hoc  
est, adversus scriptum hæredem: ut rescisso testamento  
petatur hæreditas tanquam ab intestato. d. l. si quis filium. l.  
20. de inofficio. ff. cod. l. penult. §. sed quemadmodum. ff. de  
bon. possess. contr. tab.

6 Quamvis verò Vlpianus in l. 1. ff. hoc tit. frequen-  
tes esse inofficio querelas scribit: quomodo &

Imp. Iustinianus in pr. Inst. eod. tit. plerunque hoc est, sēpē & frequenter hoc accidere testatur: innuens fortassis illud, eō diligentius hunc tractatum cognoscendum esse, quod sit juris quotidiani, arg. l. 25. legavi. ff. de liberat. leg. contrā tamen Accursius affirmat ratas esse ejusmodi controversies; & hac ētate constat multo etiam esse riores: partim quōd hodiē non ita magnum, ut olim, sed exiguum sit jus patriæ potestatis: quo jure nitebatur exhāredatio. l. 11. in suis. ff. de lib. & posthu. partim quōd legitima hodiē (ut vocant,) à Iustiniano aucta sit, q̄ia excluditur querela: partim denique quōd exhāredandi potestas & licentia multis modis à Iustiniano sit restricta: de quo paucō pōst latiū dicetur.

Primum autem de appellatione inofficiis testamento, ejusque definitione, deinde de jure & potestate ejusdem dicendum est.

Sic autem *Inofficium testamentum* dicitur, quasi non sit factum ex officio pietatis: quam sibi ipsis parentes & liberi invicem debent. §. 1. Inst. h. t. l. 2. ibi, sed non ex officio pietatis. ff. eod. l. 1. ff. de obseq. liber.

Nam cūm natura liberis parentum debeatur successio: l. 15. nam et si. ff. b. tit. l. scripto. ff. si tab. testam. non extab. sanè contra officium parentis facit, qui liberos suos injustè, & ideo frustra, hoc est, immēritō & sine causa, exhāredat. Sic n. Paulus lib. 4. sent. tit. s. §. 1. definit *Inofficium testamentum*, quod frustra liberis aut parentib. exhāredatis, non ex officio pietatis videtur factum.

Ac propterea nec justum testamentum verè appellatur, sed potius injustum: quōd etsi rectē, hoc est, ritē ac solenniter factum sit: tamen non secundum legum praecepta & regulas juris omnino sit factum: quæ volunt, ut sui

sui hæredes vel instituantur, vel exhæredentur: in pr. Instit. de exhæred. liber. l. 30. inter cetera. ff. de liber. & posth. hæred. instit. vel exhæred.

<sup>9</sup> Sed nee æquum est hujusmodi testamentum, ac imò planè potius iniquum; utpote in quo nulla habita sit æquitatis ipsius aut humanitatis ratio: ac propterea sine rationis judicio, tanquam à non sanæ mentis testatore factum censetur: non quasi verè furiosus vel demens testatus sit: sed quodd rectè quidem fecit testamentum, verùm non ex officio pietatis, hoc est, naturalis erga liberos charitatis: d.l. 2. & d.l. nam et si. in princ. quod jam officium esse debet hujusmodi, ut pater liberis suis omnia acquirat: in quos qui inofficiosus est, in seipsum quodammodo inofficiosus & inhumanus & impius esse videtur. d.l. scripto hærede: & Novel. 89. Arift. 8. Ethic. c. ult.

<sup>10</sup> Sunt & aliae ejusdem testamenti appellationes apud Latinæ linguae scriptores. Nam interdum *Inhumatum* aut *Improbum* appellatur, ut apud Ciceronem in Ver. 1. aliquando *Impium*, ut apud Sallustium in oratione *Mithridatis*. nonnunquam etiam *Ingratum*, ut apud Suetonium in *Catigula*. Quæ vocabula tamen ita inter se differunt: quod *impium* ferè idem sit, quod *inofficiosum*: *Improbum* verò, si turpis persona scripta sit: *Ingratum*, quo libertus testatoris malè merens institutus: *Inhumatum* denique, quo cognatus benè meritus exhæredatus vel omissus est. Sed animadvertisendum hīc est, cùm de testamento rescindendo queritur: quia vel sit *inhumatum*, vel *improbum*, vel *ingratum*: non ex præceptis Philosophorum de officiis, quæ latè patent, disputantiū, sed ex legibus Iurisconsultorum hoc estimandum esse: neque ex horum aliquo competere querelam *inofficiosi*,

nisi sit ex liberis vel parentibus. Nam ne fratres quidem possunt, nisi certis quibusdam casibus, de quibus postea. In officiosum ergo secundum Marcellum oportet testamentum dicere, hoc est, allegare, quare exhaeredari vel preteriri debuerit: quod plerunque accidit, cum falso parentes instimulati liberos suos vel exhaeredant, vel praeterirent: l.3. ff. h.t.

Neque enim consentiendum est parentibus, qui <sup>12</sup> injuriam adversus liberos suos testamento inducunt: quod plerunque faciunt abutentes potestate patria, & malignè circa sanguinem suum inferentes iudicium: novercalibus forte delinimentis instigationibusque corrupti, ait Caius in l.4. ff. h.t. de quo est etiam in Novel. 115. c.3. ff. ca. ultim. infin.

Enimvero hoc quasi colore & praetextu liberi agere in officiosi debent: quasi parentes non satis mente si-<sup>13</sup> bi constituerint, cum testamentum ordinarent: aut saltem eorum mens aut iudicium ab aliis corruptum fuerit: atque adeò non tam de officio pietatis neglectæ, quam de mente & iudicio eorum, vel non integro, vel corrupto conqueri debent: utpote quibus alloquin ipsi summam reverentiam debent. d.l.2. & l.5. infi.l.13. Titia.l.19. mater ff. h.tit. l.3.6. nec fideicomissa. ff. de leg. 3. l.22. si cum dotem. §.6. nec non illud. ff. solu. matrim.

Quò fit, ut si remredo alio ordinario, sive civili, si-<sup>14</sup> ve praetorio, testamentum impugnari possit: potius hoc, quam extraordinatio illo uti omnino debeant. §. tam au- tem naturales. Inf. h.tit.

Quemadmodum & alias ei, qui communi auxiliu & mero jure uti potest, non debet tribui extraordinarium aut subsidiarium remedium, ut est querela: cum hoc nunquam cum illo concurrat. l.12. si apud minorem. l.16.

l. 16. in cause. in pr. ff. de minorib. l. 3. C. de in integr. rest. l. 4. C.  
si adverem iudic. l. 3. C. si adver. libert. Socin. reg. 413.

15 An autem querela inofficiosi sit ex jure civili, an  
Prætorio, controversi juris est. Sunt enim qui jure civili, h. c. Lege Glicia introductam putant: eò quod rescindat testamentum, & defunctum facit intestatum. l. 6. §. 1.  
l. 13. cùm duobus. C. h. tit. l. 17. qui repudiantis. §. 1. ff. eod. in  
qua sententia est post gl. Bart. in l. 8. Papinianus. & l. 16. §. ul.  
ff. h. tit. & Cuiac. lib. 2. obs. 21. & lib. 14. obs. 14. Sunt deinde alii, qui jure Prætorio introductam malunt: eò quod non nisi exhaeredatis & remotis jure civili, veluti emancipatis, datur. l. 5. & l. 13. Tit. a. ff. d. tit. l. 8. non putavit. ff. de  
bonor. possess. contr. tab. Placet autem nobis eorum sententia, qui inofficiosi querelam extra ordinem ab utroque jure & civili & Prætorio profectam esse existimant; cùm utroque hoc jure ordinarium remedium deficeret: ut vult  
V. gl. in d. §. tam autem naturales. & ibid. Vulteius egregie  
hoc ita declarans, ex. d. l. non putavit. ubi Vlpianus scribit,  
non putasse Pratorem exhaeredatione notatis bonorum  
possessionem contra tabulas dari: sicut nec jure civili te-  
stamenta turbant: sed si velint, inofficiosi querelam eos  
instituere debere: idque in ipsorum esse arbitrio. Innuens  
nimirum illud, exhaeredatis nec jure tantum civili, nec ju-  
re tantum Prætorio succurri;

Non jure Prætorio, quia sic defunctus non fieret  
intestatus: non etiam jure civili, quia datur emancipatis:  
& tamen querela inofficiosi defunctus redditur intestatus:  
qui effectus juris civilis est: & datur emancipato: qui  
effectus est juris Prætorii: ex quo sequitur, causam quere-  
la esse jus & civile & Prætorium.

Potest

Potest itaque ex his, quæ hactenus dicta sunt, 16  
 Querela inofficiosi testamenti hoc modo definiri: ut sit  
 remedium subsidiarium, quo petit is, qui iniquè ex hære-  
 datus est, ut judex rescindat ex officio testamentum, qua-  
 si à non sanx mentis homine, & non ex officio pietatis  
 factum. d.l. 2. & paß. hic. Paul. lib. 4. Sentent. tit. 5.

Remedium subsidiarium dico, quia propriè querela 17  
 non est actio, neque accusatio; sed auxilium vel remedi-  
 um, & quidem extraordinarium & subsidiarium: quod sci-  
 licet tunc demum competit, ubi nullum aliud adest re-  
 medium commune seu ordinarium, saltem subsidii lo-  
 co, aut in subsidium, tanquam ultimum adjutorium &  
 extremum remedium, est i. p. exz. Bart. Bon. G. ad, ut ait Theo-  
 philus; hoc est, quod ultimo loco adhibetur, cæteris o-  
 mnibus remedii deficiens. d. 5. tam autem naturales.  
 d.l. 8. Papinianus. q. si quis impubes. l. 4. & l. ult. vers. Nam  
 cum ultimum, ibi Bart. n. 2. & 10. de Plate. n. 9. C. de liber.  
 preter. Azo in Summ. n. 10. & 24. las. in Auth. ex cau-  
 sa. n. 18. C. d. tit.

Dico, Quo petitis, qui iniquè ex hæredatus est: ut in-  
 telligatur ex qua causa, & cui detur. Ac olim quidem 18  
 querela dabatur tam silentio præteritis, quam iniquè ex  
 hæredatis: sive causa ex hæredationis expressa esset, quæ  
 ab hærede probari non posset: sive non esset expressa.

Hodiè autem tantum datur ex hæredatis, à patre  
 scilicet vel avo paterno: in quibus præteritio non, ut in  
 matre & avo materno, pro ex hæredatione habetur: nam  
 mater & avus maternus etiam tacite, & (ut Vlpianus lo-  
 quitur) silentio ex hæredare potest: & ob id liberis præter-  
 itis & quasi silentio ex hæredatis querela inofficiosi datur.  
 d.l. 5. in pr. l. 12. si cum patronus, in pr. ff. de bon. libert. & qui-  
 dem

dem datur nominatio ac purè sine conditione exhæreditatis: à toto eo gradu, quem testator valere volet, ne quasi præteritione rumpatur: ita ut præterea justa exhæredationis causa exprimatur, quæ tamen ab hærede scripto probari nequeat. Nam ex justa causa etiam jure novissimo permittitur exhæredatio, & ratum manet testamentum. *G. aliud, & G. sive igitur. Auth. ut cùm de appell. cognosc. & Novel. i. 15; Paul. lib. 4, tit. 5.*

lustra autem causa nec ne sit, in arbitrio & sententia judicis postum est: à quo hoc ipsum est definitum: cæteroquin immēritò exhæredatus saltem jure novo tandem præsumitur, donec ab hærede probetur contrarium. *per d. Novell. i. 15, cùm olim probandi onus ei incumberet, qui in officiōsi querelam ceu ingratus erga testatorem habitus instituebat. d. l. 5, nam r̄ his. §. 1, ibi, docere immerentem se & ideò indignè præteritum, vel etiam exhæredatione summotum. l. 28, liberi, C. eod. l. 10, filii, C. Famil. ercisc.*

<sup>19</sup> Addo: *ut iudex rescindat ex officio: siquidem hoc remedium est rescissorium, & quidem rescissorium testamenti, ut vult Closs. in l. posthumus, 6. §. si quis ex his. ibid. Bart. ff. h. tit. Azo in sum. n. 24. C. eod. Ias. in addit. ad Porciūm. Inst. hīc. n. 7.*

Rescinditur autem, quo ad institutionem hæredis, testamentum, tanquam contra officium pietatis factum: ut hoc modo via aperiatur iis, qui exhæredati sunt, petendæ hæreditatis ab intestato: & si liberi vel parentes ab eo remedio exclusi sint, sequentes in gradu per Edicatum successorum admittantur. *d. l. 6. §. si quis. d. l. 1. nam et si. §. ult. d. l. 17. qui repudiantis.*

<sup>20</sup> Dico, Quasi à non sane mentis homine factum. Recte Quasi, nam si verè sit furiosus aut demens, ipso jure nul-

lum & injustum est testamentum. *l.2. ff. b. tit.* In officio sum autem testamentum per se justum est & perfectum: sed quasi furiosi vel dementis rescinditur. Nam quasi demens & furiosus non immerito habetur is, qui non agnoscit proprium sanguinem: immo qui naturæ & sanguini suo irascitur: & odit eum sine causa, quem procreavit, *ut ait Cic. pro Cluentio.*

Itaque & Asinius apud Quintilianum distinguit inter furiosum & inofficiosum testamenrum. *lib. 9. c. 2.* Nimirum hic color est ille sive titulus, ne temerè rescindatur testamentum aliâs jure factum: quo res defenditur apud judicem: ut quasi testator non sanæ mentis fuerit, cum testamentum iniquè ordinaret, sibi persuadeat: *ae quo est in princ. Inst. b. tit. & in l. 2. & l. 5. in ff. eod.* Quamvis Bartolus ibidem hodiè istum colorem non queri apud judicem oportere, sed satis esse, proponi veram non esse ex hac redationis causam docet.

De hoc colore Quintilianus *lib. 7. Inst. Orat. c. 5.* Dementias (inquit) iudicia, aut propter id quod factum est, aut propter id, quod adhuc fieri potest, vel non, instituuntur: & auctor in eo quod factum est, liberum habet imperium: sic tamen ut factum accuset ipsius patris, tanquam valitudine lapsi misereatur. Et Seneca *lib. 1. de Clementia:* Numquid (ait) aliquis sanus filium à prima offensa ex hac redatione? nisi multæ & magnæ injuriæ patientiam evicerint: nisi plus est, quod timet, quam damnat, non accedit ad decretorum stylum. Multa antea tentat, quibus dubiam indeolem, & pejore jam loco positam revocet: simul deplorata est, ultima experitur.

Dico ad extremum: *Non ex officio pietatis factum: Pietas enim & naturalis erga filios charitas.* (ut Papinius.

nus in d.l. 15. nam et si interpretatur) exigit, ut filii fūpet-  
stites sint, & succedant quorum causa omnia bona paren-  
tes conquerant. Nam & hoc unum est & commune  
naturæ & parentum votum, d.l. scripto. omniaque adeo,  
secundum Tryphoninum, quæ nostra sunt, liberis nostris  
ex voto paramus, l.s. o. nihil interest. §. sed nunquid, ff. de  
boni libert. Etenim, ut Imp. Iustinianus ait, τί νομιμώτερος  
γνωστός πρὸς πατριών διάδοχος. h. e. quis plus juris  
in paterna substantia obtineat, quam legitimus filius? ut  
est in Novel. 89. Quomodo & Seneca de consolat. ad Ma-  
ria. c. 10. Filios (inquit) superstites lege nascendi optamus:  
& quos præcedere justissimum ipsorum votum est. Cùm  
itaque, auctore Tullio, nihil hominum generi à natura  
dulcissimum sit datum, quam sui cuique liberi (ut est in Orat. ad  
Quirit. post reditum) magna profecto oportet esse vitia at-  
que peccata filii illius: quibus incensus parens potuit ani-  
mum inducere, ut naturam ipsam vinceres: ut amorem  
illum penitus insitum ejiceret ex animo: ut denique pa-  
titem se esse obliuisceretur, ut scribit M. Cic. pro Rosc. A-  
merino. *Nam si quid dignum censoris fecerit irā,*  
*Corripiet nimirum, & castigabit acerbo*  
*Clamore: ac post haec tabulas mutare parabis:*

21 ut canit Juvenalis *Satyra* 14. Et tantum de definitione.

Nunc antequam de jure & vi querelæ hujus absolvatur: prius de personis, quibus & adversus quos ea detur, videndum est. Competit a hæc querela in officiis testamenti (ut summatim dicam) omnib. liberis, parentibus, fratrib. sororibus vè: non etiam cæteris cognatis.

Prima itaq; causa est liberorum, sive sint natura-  
les, sive adoptivi, d. §. tām autem naturales. ibi cl. sive sui  
sive emācipati, l. 11. ff. de lib. & post h. l. 8. §. si quis impo. ff. h. t.

sive denique jam nati, sive posthumii, aut qui adhuc in utero sunt. Nam & hos postea natos, ut & eos, qui post testamentum matris factum ex leto ventre extracti sunt, de inofficio testamento conqueri posse, disertè docet Vlpianus in d.l.6.in princ. & in d.S. tam autem naturales. vers. Posthumii quoq. & not. Cuiac. ad Novel. 18. Alciat.lib. 4. Paradox.c.10. & Basilius lib. 3. Paradox.c.8. quamvis alia communis schola interpretum affimat, posthumum exheredari non posse: propterea quod nulla exhereditationis causa in Novell. 115. expressa cadat in posthumum, ut notat Clarus in S. testamentum.q. 41. cum ibid. alleg.

De naturalibus & spuriis liberis, an his querela competat, queritur. Et respondeatur saltet legitimatis competere querelam, sic igitur. Anth. Quib. mod. nat. effic. sui. Liberos verò naturales tantum de matris & avi paterni duntaxat, non etiam patris & avi paterni testamento queri posse. l. 29. si suspecta. S. de inofficio, ibi spuri quog. dicere possunt. ff. h. tit. & in Basilius lib. 39. it. 1. c. 29. ff. h. tit. Glossa in d.S. Tam autem naturalibus, ibi q. Mynsing. Insti. cod.

Altera causa est parentum, qui exhereditati vel præteriti à liberis suis de inofficio agere possunt: sive sint parentes paterni, sive materni. S. non tantum. inst. h. tit. l. 21. l. 14. pater. cum l. seq. l. 30. adversus. ff. eod. l. 17. scripto. in fin. ff. si tab. testim. null. ext. ab.

Nam retrò currit eadem æquitas, ut ait Plinius. Cur enim posteris amplior honos, quam majoribus debeat?

Quamvis igitur, secundum Papinianum, non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas; propter naturæ simul & parentum commune votum, & propter naturalem erga filios charitatem: turbato

tamen

tamen ordine mortalitatis, non minùs parentibus, quām liberis, piè relinqui debet: ita scilicet, ne contra officium pietatis in his instituendis vel exhæredandis aliquid admittatur. *d.l.15.nam etsi.in princ. & L scripto.in fi. d. Novel. 115.Novell.123,c.4 Cuiac.lib.8,obl. 23.*

Quin immò major querelæ hujus intentandæ ratio in parentibus, quām liberis, esse videtur: facit hoc nimirum patria potestas, donum vitæ; beneficium educationis, teste *Valer. Maximo lib. 7.c.7.* Adeò ut quò majora sunt patris adversus filium merita, quām filii erga patrem: eò magis ferri debeat pater exhæredās filium, quām filius patrem, cui debet omnia. Qua de re præclarè scribit *Aristoteles lib. 8. Ethic. in fi.* Minimè (ait) videtur permisum liberis, ut patrem exhæredent: at patri licet liberos exhæredare: qui tametsi omnia fecerint, non tamen videantur tantam partem meritorum paternorum assecuti, ut non multa adhuc debeat. At si, quos officiis tenemus obligatos, licet deserere: & patri quoque liberos præterire concessum est. Nemo tamen est, qui filium exhæredare velit, nisi insigniter improbum. Nam præter innatum amorem, communis etiam humanitatis ratio nos impellit: ut ne omni præsadio desertos eos esse patiamur, quos procreavimus. *Hac ille.* Sed quid de adoptivis parentibus, an & his querela inofficiosi competet? Ita placet quibusdam, *arg.l.30. ff. b. tit. ubi Martianus ita scribit:* Adversus testamentum filii in adoptionem dati pater naturalis recte de inofficioso testamento agere potest.

Sed magna in eo meritò est dubitatio: quòd adoptivus filius, quandiu in potestate est, testamentum facere nequeat. *in princ. Inst. Quib. non est permis. fac. testam.* Si potestate exiit, nihil neque civilis, neque naturalis juris

inter eos superest, soluta scilicet adoptione, §. minus ergo.  
*Inst. de hered. ab intest.* Sin ante arrogationem fecit testamentum, capitis deminutione irritum factum est, §. *Alio autem modo. Inst. Quib. mod. testam. infirm.* Et vero d. l. 30. de patre naturali, non adoptivo loquitur: ut & ceteræ. Sed de hoc aliâs.

27

Tertia causa est Agnatorum, & in his fratrum duntaxat & sororum. d. §. non tantum. vers. *Soror autem & frater. & in Basil. lib. 39. tit. 1. c. 47.* Quod etiam de fratre posthumo, sororeve postuma intelligendum est. l. 6. *posthumus. in pr. ver. sed & cognatorum. ff. h. t.* ubi ratio hæc additur: quia & horum ab intestato potuit bonorum possessionem accipere.

Addi potest & altera communis illa ratio: quia charitatem parentum proximus fraternæ benevolentie gradus exceptit: & ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima accepisse: ita proximum judicari debet simul accepisse, ut ait Valer. Maximus lib. 7. c. 8.

28

Sed in eo tamen ahibenda est illa definitio: quam post tempora iurisconsultorum introduxit Imp. Constantinus in l. 27 fratres. C. de inoff. testam. Una quod non nisi fratres & sorores consanguinei consanguineæ, & sic etiam germani germanæve, non autem uterini uteriniæ tantum; ad querelam inofficiosi testamenti mittuntur: Sic, n. ibi rescripsit Imp. Constant. Verino: Fratres vel sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentum fratris vel sororis penitus arceantur. Quo in loco vox illa *Penitus intelligenda esse videtur, h. c. absq; ullo discrimine personæ hæredis instituti, etiam si turpis aut infamis sit:* quamvis Thalelaus Scholastes in Basl. d. c. 49 etiam fratres uterinos tantum, quos ipius *magister* vocat, de inofficio a gere posse scribit.

Altera

<sup>29</sup> Altera ejusdem distinctio est, quod fratres etiam germani aut consanguinei non nisi certis quibusdam causis de inofficio agere possunt: quoniam iis non debetur hereditas, ut liberis: nec debetur reverentia, ut parentibus.

Sunt autem tres casus praecipue, quibus actio inofficiosi fratribus vel sororibus saltem eodem patre natis vel utrinque conjunctis conceditur.

<sup>30</sup> Primus casus est, si scripti heredes sint infames aut turpes, hoc est, tam juris, quam facti infamia notati; cuiusmodi sunt scortatores, fornicarii, lenones, meretrices, & alii qui in turpi aut publico judicio condemnati sunt. l. fratres, ibi, infamia vel turpitudinis macula aspergantur. l. 1. & 4. § 2. ff. de his qui not. infam. l. 3. ff. Si a parente quis manumissuer.

<sup>31</sup> Alter casus est, si etiam levis notæ macula aspersi fuerint heredes instituti: ut olim histriones, mimi, venatores, arenarii, (sua scilicet sponte constituti, non tamen in arenam damnati) & similes, d. l. 1. ibi, qui artis ludicra. & l. 2. §. 5. ibi, qui in scenam prodierit. ibid. post gloss. Bart. Bal. & alii DD. & Paul. de Castr. in l. 1. 3. quid ergo. §. 6. quanto ad infamiam, d. tit. Nam & parens filium arenarium aut mimum utpote successione sua indignum exheredare potest, nisi ipse ejusdem conditionis sit. l. 1. 1. in arenam. C. de inoff. test. & Nov. 115. c. 3. §. 10.

<sup>32</sup> Cujus rei exemplum exstat apud Valer. Maxim. lib. 7. cap. 8. Q. Metellum Prætorem urbanum Vettilio lenoni scripto heredi non dedisse bonorum possessionem secundum tabulas.

Extat & apud eundem Valerium exemplum aliud de Pompeio Rheygno: cuius verba hoc adscribere placet: Pompejus Rheygnus (*inquit*) vir Transalpinæ regionis, cum testamento frattis præteritus esset: & ad coarguendam impietatem ejus binas tabulas testamentorum suorum in Comitio incisas, habita utriusque ordinis maxima frequentia, recitasse; in quibus magna ex parte hæres frater erat scriptus: prælegebaturque ei centies & quadragies tertium; multum ac diu inter assentientes indignationi suæ amicos questus: quod ad hastæ judicium (*Centumvirale scil.*) attinuit, cineres fratris quietos esse passus est: & erant ab eo instituti hæredes; neque sanguine Rheygno pares, neque proximi: sed & alieni, & humiles; ut non solùm flagitiosum silentium, sed etiam prælatio contumeliosa videri posset: æquè felicis impunitatis, sed nescio an tertioris hæc delicti testamenta. *Hec ille.*

Tertius casus est, si liberti ingratiti, & perperam aut non benè merentes, maximisque beneficiis suum patronum adsecuti, instituti sunt: d. l. fratres, & d. c. 47, in Basili. Excepto tamen servo necessario hærede instituto, d. l. fratres, in fi. & d. c. 47, in fi. l. ult. C. de necessar. hæred. instit. l. 3. C. Theod. de inoffic. testam.

Planè quod de fratribus & sororibus dictum est, 34 competere eis querelam inofficiosi: illud hoc modo declaratur, ut nullam ipsi ingratitudinis causam commis- rint, de quibus est in Novel. 22.

Deinde ut non eadem turpitudine & infamia laborent, quæ scripti hæredes: siquidem mores, quos quis in se probat, in aliis reprobare non potest, d. l. in arenam. nihilque adeò est, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vita reposcere eum, qui non possit suæ redere

35 dñe, auctore Tullio in Divinat. in Verrem. Non ergo fratres & sorores contra omnes hæredes agere possunt, si integræ famæ & existimationis sint. d. S. non tantum vers. non ergo.

Quò fit, ut qui frater non est, si fraterna charitate diligitur, rectè cum nomine suo appellatione fratris hæres instituatur, & fratri naturali præponatur. l. 58. nemo. S. 1. ff. de hered. instit. ut liceat nimis ita, ut Plutarchus loquitur, Φιλία την πάτερνη μάλλον, η χάριν ἀνάγκης. Sic & Salomon Proverb. c. 18. Vir amicabilis (ait) ad Societatem magis amicus erit, quam frater.

36 Cæterum, alii cognati, ultra fratrem & sororem, etiam si sint filii fratum vel sororū, nullo modo inofficiosi aut agere possunt, aut agentes vincere. d. S. non tantum vers. ultra fratres igitur l. 2. fratris vel sororis. C. d. tit. melius scilicet facturi, si se sumptibus inanibus non vexaret: cum nullam obtinendi spem habeant: ut vult Vlpianus in l. 1. in fi. ff. b. tit.

37 Quod si tamen ex solennibus juris aliquid desideratur in testamento: aut is, qui testamentum fecit, jure facere non potuit: aut hæres qui scriptus est institui non potuit: tunc non prohibentur cognati proprii ceu proximiores contra voluntatem defuncti venire, & bonorum possessionem ab intestato petere. d. l. 6. in princ. vers. sed & cognatorum. Nam & de falso per accusationem criminis queri non prohibentur. d. l. fratris vel sororis. in fi.

38 Porrò quando & adverius quem inofficiosi querela competat, & quandiu sciendum est, non prius eam competere, quam adita sit hæreditas: cum antea nemo sit, contra quem agi possit: & sic remedium hoc competit adverius scriptum hæredem in rem: & quidem competit

usque ad quinquennium à tempore aditæ hæreditatis cōputandum: quod etiam ignorantibus currit, l. 34. si quis filium in fin. ibi, vel quinquennio tacuit post aditam hæreditatem, & l. 36. scimus. §. illud. & §. ult. C. eod. tit.

Quod si verò scriptus hæres periculose aditionem differat: tunc in vocato judicis officio, præfinitur certum tempus: intra quod nisi hæreditatem adeat, prorsus ab ea repellitur. d. l. scimus. §. ult. ibi, per officium iudicis compelli. & in Synopsi Basili. lib. 39. tit. 1. c. 53. & apud Harmenop. lib. 5. tit. 6. §. 5.

Iam verò de vi & effectu hujus querelæ, qui præ-<sup>59</sup> cipiuus in hoc tractatu locus est, sciendum est illud: veteres Iurisconsultos ita judicasse, totum c̄verti testamentum querela inofficiosi, & rem totam ad intestati causam redire: siquidem præteririone sui hæredis testamentum ipso jure rumpitur: Sic enim Ulpianus in l. 8. Papinianus. §. pen. ff. b. tit. Si causa (inquit) cognita judex pronunciaverit contra testamentum tanquam inofficiosum, nec fuerit provocatum: ipso jure rescissum est: & suus hæres erit, secundum quem judicatum est; aut bonorum possessor, si hoc contendit: itaque & libertates ipso jure non valent: nec legata debentur: sed & soluta repetuntur, aut ab eo qui solvit: aut ab eo qui obtinuit: & hæc utili actione repetuntur. Idem quoque dicitur in l. 13. Titia. & l. 28. cùm mater. ff. eod. tit. & in l. 3. ff. de condic. indeb. & l. 36. militis. §. 2. ff. de testam. mili.

Quod usque adeò verum est, ut si contra testamentum seu inofficiosum judicatum sit, non credatur defunctus testamenti factionem habuisse; ac perinde

Inde habeatur, ac si ab eo factum esset, qui facere non potuit, secundum Paulum in l. 17. qui repudiantur. §.  
ult. ff. d. tit.

Sed hoc ita demum rectè dicitur, ubi scilicet causa cognita, præsente ipso hærede scripto, judicatum est contra testamentum. Tunc enim res judicata pro veritate habetur, per reg. juris vulg. At si propter absentiam vel contumaciam hæredis scripti contra eum judicatum est pro ex hæredato: tunc certè testamentum quidem rescinditur, saltem quo ad hæreditatem, quæ scripto hæredi aufertur: sed nihilominus libertates competit, & legata valent: & sic testamentum, quo ad cætera, ratum manet, ut idem Paulus docet in d. §. ult. Cuius lectio in vulgaribus libris corrupta ex Pandectarum Florent. fide restituenda est, qua sic legant, usque ad sententiam judicium, non ut in aliis, usque ad sententiam in judicium.

Quod autem diximus ex sententia veterum Iurisconsultorum testamentum, quod causâ cognitâ inofficium judicatum est, usque adeò rescindi, ut etiam legata ex eo non debeantur: jus antiquum est: cuius tamen ignorantiam Paulus notare videtur in d. l. 13. & d. l. 28.

Verum Iustinianus in Novell. 115. jus illud vetus corredit: ubi statuit, per querelam inofficiorum non rescindi testamentum, nisi quod ad institutionem hæredis, & ipsam hæreditatem: legata vero in eo testamento relista valere, & omnino iis, quibus relista sunt, deberi.

Postremò cùm extraordinaria & admodum odi 43  
osa sit legib. inofficiosi querela: non solum ob id , quod  
totum testamentum alioqui jure factum rescindit: sicut  
alijs appellatio sententiam, & restitutio in integrum re-  
scindit contractus & alios actus minorum: verum etiam  
quod in judicio filii de turpitudine parentis dici vix opor-  
teat: & quia pietatis ratio secundum naturam parentibus  
salva esse debeat: atque adeò lex ipsa castigatores filiis pa-  
rentibus statuere erubescat. l. i. §. 1. ff. de obseq. paren. præst.  
& Novel. de nupt. Cic. pro Cluentio: Ianè ob hanc ipsam na- 44  
turæ & legis verecundiam, quæ parentibus debetur;  
jure civili aliquot modi submovendæ aut excludendæ il-  
lius querelæ introducti sunt.

Nam primò quidem excluditur querela , si quan- 45  
tacunque pars hereditatis , vel res quadam certa quo-  
cunque titulo sive institutionis , sive legari aut fideicom-  
missi , sive mortis causa donationis vel adoptionis fuerit  
relipta: ut tunc de inofficio querela cessante per condi-  
tionem ex lege usque ad complementum (ut vocant.)  
legitimæ, hoc est, quartam legitimæ partis , agi possit: licet  
non fuerit adjectum, boni virti arbitratu eam repleri de-  
bere. §. Sed hac ita cum §. seq. Inst. de inoff. testam. d. l. 6. post-  
humus. §. si conditioni. ff. b. t. l. 30. omnimodo. C. eod. §. aliud  
quog. Auth. Ut cum de appell. cognosc. Sed de legitima , e-  
jusque origine, vi & natura, omniq[ue] ejus jure & quali-  
tate, pleniū suo loco & tempore explicabitur.

Secundò excluditur querela approbatione testa-  
menti. §. si tutor. Inst. b. t. Nam qui judicium defuncti ver- 46  
bo aut facto aliquo approbavit, veluti legatum sibi in te-  
stamento relictum agnoscendo, aut hereditatem adeun-  
do: non potest amplius illud ceu inofficium acculare  
vel

vel impugnare. l. 10. s. pars. §. 1. cum duab. ll. seqq. & l. 19. mater. l. 22. filius non impeditur. cum l. seq. & l. ult. ff. b. tit.

Quod adeò verum est, ut etiam si quis ipse legatum sibi non perat; sed alteri patienti adsit, ut advocatus aut 47 procurator: à querela submoveatur: excepto tute, qui petens legatum nomine pupilli, à querela non excluditur: quippe quem necessitas officii excusat: utpote qui nō suæ personæ jure, sed pupilli accuravit: ex quo officio propriam pœnam mereri nō debet. d. §. si tutor. d. l. 10. s. pars §. 1. l. 20. adversus. §. 1. l. 22. tutorem. in fi. & l. ult. in fi. ff. eod.

48 Tertio querela inofficiosi submovetur, pacto aut transactione singulari cum hærede. l. 6. ff. de transact.

49 Quartò eadem quoque submoveatur renunciatio-  
ne aut repudiatione, vel saltem patientia illius, qui præter-  
itus vel ex hæredatas est. Cujus egregium exemplum Va-  
lerius Maximus lib. 7. c. 8. adfert de Aphronia Ebutii filia;  
qua cum à matre præterita esset, tamen cum sorore sacra-  
mento contendere noluit: testamentum matris patientia  
honorare, quia in judicio convellere, sanctius esse duxit:  
eo te ipsam indigniorem injuria ostendens; quod eam æ-  
50 quiore animo sustinebat.

Denique submovetur querela inofficiosi, præscri-  
ptione quinquenni, ut jam antea dictum est: d. l. s. quis fi-  
lium. in fi. C. b. tit. l. ult. C. de petit hæred.

51 Cæterum causa ex hæredationis justa allegata à te-  
statore non excludit querelam: sed planè potius eam in-  
firmsit: et facit, ut si ea probetur, is, qui ea uititur, in quere-  
la sive actione inofficiosi vincatur: quia scilicet non fru-  
stra, sed merito ex hæredatus est. l. 37. quidam. ff. de verb.  
oblig. & a. N. v. 155.

52 Regulariter enim qui testamentum inofficiosum  
improbè

improbè dixit, & non obtinuit id, quod in testamento accepit, perdit: & id fisco vindicatur, quasi indigno ablatum. Secundum Ulpianum in d.l.8. Papinianus. §.14. meminisse debemus. l.13. editio. §.penult. ff. de iure fisci. Cur enim non videatur indignus, ut qui destituit supremas defuncti preces, consequatur aliquid ex voluntate? ait Papinianus in l.55. si patroni. §. quid ergo ff. ad SC. Trebell. Itaque meritò carer hæreditate, qui contra testatoris voluntatem facere voluerit. Nam & aliás ex eo non debet quis fructum consequi, quod visus est impugnare. s. ex eo, de reg. iur. in 6.

Quod si tamen ante sententiam destitut vel decepit, aut absens succubuit, sanè id quod testamento datum est, non amittit. d.l. Papinianus. §. 14. vers. Sed ei demum aufertur, ibi, qui usq. ad sententiam iudicum in lite improba perseveraverit. d.l.13. editio. §. penult. ibi, usq. ad finem liis. l.8. alia causa. C. de his quib. ut inaig. aufer. ae quo est etiam in Basili. Synop. lib. 39. tit. 1. c. 7. & apud Harmonop. lib. 5 tit. 5.

§. 3.

## C A P V T XXV.

D E H I S Q V Ä I N T E S T A-  
mento delentur, inducuntur, vel  
inscribuntur.

## S V M M A R I A.

¶ Irriti testamenti species quedam est, si deletum, vel in-  
ductum, vel inscriptum sit, sive rotum, sive ex  
parte. n. 2.

3. Deleta

31. *Deleta quæ, & quid propriè significet delere, n. 4. & quid interlinere. n. 5.*
32. *Inducta quæ, & quid sit inducere vel cancellare, aut perducere. & n. 21.*
33. *Inscripta quæ, vel superscripta, & quomodo hæc differant. n. 8.*
34. *Testamenti totius abolendi triplex ratio expeditissima;*  
*Incisio scilicet: Inductio, n. 10. Resignatio, n. 11; &*  
*quatenus, n. 13.*
35. *Abolitione testamenti ad causam intestati fit redditus:*  
*& quatenus locum habeat bonorum possessio. num.*  
*14. & quid si ex parte sit deletum vel inductum;*  
*ubi distinguitur, n. 15.*
36. *Prima distinctio, an deleta legi possint vel non; eiusq[ue] pri-*  
*mum membrum, & subdistinctio eius, an consul-*  
*tò sint deleta nec ne. n. 17.*
37. *Legi posse quæ dicantur, & que, inconsulto deleta. n. 19.*  
*& 20. & quid si testator s[ecundu]m aut induxisse, aut et-*  
*iam inconsulto hoc fecisse superscripsit. n. 22. &*  
*23. aut si nominatim ademerit legatum, n. 24.*
38. *Alterum membrum, si legi non possunt: in quo & ipso*  
*distinguitur, an deleta sint ante perfectum testa-*  
*mentum. n. 36. vel post. n. 27. & quatenus ea*  
*valeant vel non. n. 28. & cur. n. 29. iure vel ci-*  
*vili, vel pratori. n. 30. & qua sit in his diversi-*  
*tatis ratio. n. 31.*
39. *Triplex exceptio de his quæ legi non possunt.*
40. *Parvis est inductionis, quæ ademptionis, quæ regula alii-*  
*quot exemplis declaratur. n. 34.*
41. *Primum exemplum de nominibus heredum inductis.*
42. *Formula vetus agendi apud Principem, & Sententia*  
*exemplum. 37. In*

37. In re dubia, maximè in testamentis, benignior esse debet interpretatio. & n. 41.
38. Secundum, de legatis eodem testamento relictis, in quo heredum institutio inducta est.
39. Exemplum disputationis fori, & sententiae.
40. Institutio heredis caput & fundamentum est totius testamenti.
42. Tertium, de nomine servi manumisxi inducto.
43. Pro libertate in dubio fit interpretatio: & an ea testamento adimi vel induci possit. n. 44.
45. Quartum, de hereditate in eodem testa, vel per exhortationem. n. 49.
46. Codicillis non adimi potest hereditas: sicut nec legata, & quatenus. n. 4 & quod tunc exceptio doli competit. n. 48.
50. Inductio & ademptio quid differant.
51. Quintum exemplum, de codicillis inductis.
52. Sextum, de pluribus heredibus instituvis, in quibus unum nomen deletum est: & quid si omnium nomina sint inducta, propter odium unius heredis. n. 53.
54. Septimum, si ex inductione institutionis probent heredes, testatorem voluisse intestatum deceare.
55. Octavum, de plurib. tabulis testamenti eodem exemplo scriptis.

**S**VPEREST extremum vitium testamenti, quod ad irritum testamentum pertinere videtur: cuius est veluti appendix quædam, aut species singularis: quemadmodū & ab Harmenopulo cōrefertur: nempe si testamentum a testatore aut deletum, aut inductum, aut inscriptum sit.  
de quo

de quo est & in Basil. lib. 35. tit. 7. περὶ τῶν ἐν διαθήκῃ χαραγόντων ἡ περιβλεπόντων ἡ ἀπαλειφθέντων. Nam & ex causa irritum fieri testamentum dicitur, saltem voluntate ipsius testatoris. l. pen. & ult. ff. de his qua in testam. delen. & l. 15. in fraudem. §. 1. ff. de testam. mili.

Quod intelligendum est non solum de toto testamento: sed etiam de quolibet capite testamenti delero, inducto vel inscripto: puta institutionis, substitutionis, legati, fideicommissi, codicillorum.

**2** Irritum ergo hoc modo sit vel testamentum totum, vel pars testamenti: quam testator ipse consultò aut delevit, aut induxit, aut inscripsit. Nam hæc tria verba etiam apud Suetonium in Neronem conjunctè ita leguntur: Ita (inquit) multa & deleta & inducta & superscripta inerant. Quæ quid significent, primo loco explicandæ.

Ac primò quidem *deleta*, (Græcè ἀπαλειφθέντα)  
**3** dicuntur ea, quæ lituris corrupta, hoc est, maculis quibusdam oblita sunt, quas *lituras* vocamus.

**4** *Delere* autem, auctore Prisciano, compositum est ex antiquo verbo *leo*, juncta præpositione: quo verbo usus est Horatius lib. 1. Carminum. Inde & *deletitus*, ut charta *deletitia*. l. 4. *charta*. ff. de bonor. possess. sec. tabu. Estq; hoc verbum proprium scripturarum & picturarum: ut apud Ciceronem pro Cuentio: Eadem hac Dinea testamentum faciente, cum tabulas prendisset Oppianicus, qui gener ejus fuisset, digito legata delevit: & cum id multis locis fecisset: post mortem ejus, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignavit.

Ab alia origine esse videtur *Interlinendi* verbum,

quod eriam ad scripturam refertur. Nam & simplex verbum linere propriè est leuitet aliquid inducere, & quasi lineam ducere: à quo & litera, & litura. Interlinere autem est superinducto atramento aut alio liquore scripturam aliquam picturam vé destruere: ut in illo Ciceronis pro Eluentio de eodem Oppiauico loquentise: Qui tabulas publicas municipii sui corrupisse judicatus sit, qui testamentum interleuerit; qui supposita persona falsum testamentum obsignandū curauerit: qui cum, cuius id nomine obsignatum est, interfecerit. Et ibidem: Tabulæ sunt in medio: se corruptas atque interlitas esse clamant.

*Inducta* verò dicuntur, quæ cancellis corrupta sunt: nam inducere est cancellare: quo verbo vtitur hīc Vlpianus in l. 2. in princ. alterum per alterum exponendo, ibi cancellauerat quis testamentum vel induxerat, ut & in l. 22. inductum. C. de solutio & l. 1. §. si heres institutus, ibi, vel quia cancellata ff. si tab. testam. nul. extab. Id verò idem ferè est, quod expungere: cùm scilicet delendis scripturis transverso calamo lineæ atramentariæ inducuntur in modum cancellorum: aut stylo per ceras, in quibus olim scribebatur, interductio scripti memoria illatur & quasi obliteratur.

Ita enim & aliàs nomen heredis in dacere dicitur in l. 16. cum tabulis secundi. §. vlt. ff. de his quib. ut indig. aufer.

Eadem ratione & auctores nostri perducere dicunt: ut in l. 1. ff. hic. hinc & perductum nomen aut chirographum, id est, cancellatum. d.l. inductum. d.l. 8. §. 3. sed & cùm. ff. de bon. pos. sec. tabul. & in l. 20. tribunus. in si. ff. de testam mili. Sed Græci tamen hæc duo separant, inducta & cancellata: Illa τὰ ῥεγίς Φεαγιδένα ἡ περιχαρακτιδένα. hæc περιχαρακτιδένα vocant.

Inscriptio

7 Inscripta denique dicuntur, quæ testamento aliis literis adiecta sunt : sicut & superscripta, quæ indeletorum locum venorunt : quo verbo usus est A. Gellius lib. 20. ibi, vestrum aboleuerunt, & vestri superscripsérunt.

8 Sed hæc quidem verba omnia paucis verbis ita distinguit Cuiacius in Parat. hic : Deleta (inquit) voco, quæ lituris corrupta sunt: Inducta, quæ cancellis : Inscripta, quæ aliis literis: Superscripta, quæ in deletorum locū venerūt. Præmissis itaque his, quæ ad significationem nominum pertinent, nunc quid de his quæ in testamento deleta, aut inducta, aut inscripta sunt, jure constitutū sit, videamus.

Principiò autem hic repetendum est illud, quod superius traditum est, aut totum testamentum, aut pro parte infirmari hoc modo posse.

9 Ac torum quidem, & vniuersum testamentum trifariam expeditissimè aboleri potest.

Primò quidem si tabulas testamenti testator inciderit. l. i. §. 3. vers. Et si quidem illud concidit testator. ff. b. tit. & l. vlt. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. i. §. 6. hæres institutus. ibi, vel quia incisa sunt tabula. ff. Si tab. testam. nulla extab. l. i. i. qui ex liberis. §. vlt. ibi, ac supremas tabulas incidisset. ff. de bon. posses. sec. tabul.

10 Deinde si testator tabulas deleuerit, induixerit, perduxerit, cancellauerit. Nam & tunc totum testamentum irritum constituitur, ut hic per tot. & d. l. i. §. si hæres institutus, ibi, vel quia cancellatae.

Postremò si testator testamentum resignauerit, aut signa amouerit vel turbauerit. l. 22. ad testium §. 3. ff. Qui testam. fac poss. cum l. seq. Nam si signa turbata sunt ab ipso testatore, non videtur signatum, ut ait Vlpianus in

d. l. i. §. 5. & in l. i. §. penult. ibi, non videntur signata ff. de bon.  
possess. secun. tab.

Quocunque igitur horum modorum aliquo <sup>12</sup>  
spontē & consultō testamentum infregit: omnino vo-  
lantatem suam testator mutasse, & ab intestato decedere  
voluisse creditur: ita ut bona ejus ab intestato consequan-  
tur hi, qui bonorum possessionem acceperunt. d. l. i. §. 5.  
hēres institutus.

Sed hoc quidem ita procedit: si & testator ipse ta- <sup>13</sup>  
bulas incidit: & non aliud invito testatore. d. l. i. §. & si  
quidem illud. ff. b. tit.

Deinde si consultō non casu incidit. d. l. i. §. penult.  
ibi, si quidem alius contra voluntatem testatoris inciderit. l. ult.  
ff. si tab. testam. null. extab. l. i. §. ult. ibi, vel sū, vel casu. ff.  
Secun. tab.

Denique si incidit mente sanus, non mente captus:  
cūm testamentum sana mente factum, postea superveni-  
ente aut constante furore, non possit revocari. l. ult. ff. de  
injust. rupt. & irrit. testam. l. i. §. 9. si quis autem. ff. de bon.  
possess. secun. tab.

Nam omnibus his casibus bonorum possessio se- <sup>14</sup>  
cundum tabulas peti potest: eò quod mutata non esse in-  
telligatur voluntas testatoris. d. l. i. §. ult. & pass.

At verò si partem testamenti duntaxat testator  
fortè deleverit, aut induxerit, aut inscriperit; queritur, an  
totum testamentum abolitum, an verò pars ejus saltem <sup>15</sup>  
irrita habeatur? De hoc potissimum agitur in hoc capi-  
te. sub tit. Pand. suprà indicato. In qua explicanda que-  
stione multiplex ab Vlpiano hīc proponitur distinctio ex  
Sabino desumpta: ad quem aliquot libros sive commen-  
tarios scripsit.

Ait Vlpianus: Quæ in testamento legi possunt: ea inconsulto deleta & inducta nihilominus valent: consulto, non valent.

16 Prima hæc est distinctio proposita in princ. l. i. hic. ex lib. 15. ad Sabinum: cuius hæc est sententia: Quæ in testamento inducta vel deleta sunt, aut legi possunt, aut nō legi possunt.

17 Sequitur deinde subdistinctio primi membra, in hunc modum: Quæ in testamento legi possunt, aut inconsulto sunt deleta vel inducta: aut consulto. Prioris generis valent nihilominus, & omnino debentur. Posterioris vero, non valent. d. l. l. in princ. Litræ igitur & inductiones in hoc casu non consulto à testatore factæ, nihil vitij adferunt testamento.

Sed & ut melius id omne intelligatur, definit ibidē Vlpianus pleraque hæc vocabula, eorumque vim & potestatem exponit: quibus restè intellectis multò faciliùs res ipsæ intelliguntur.

18 Ac primū quidem Vlpianus verbum hoc Legi ita interpretatur: illud sic accipendum esse, ut sit Legi, non intelligi, sed oculis perspici, quæ sunt scripta, hoc est, si ita literæ appareant, ut oculis cernantur. Ceterum si extrinsecus intelligantur, non videri ea legi posse. Sufficere autem, si legibilia sint, id est, si legi possint, quæ incautè fortassis inducta, hoc est, maculis aut lituris oblita sunt.

19 Deinde idem Vlpianus interpretatur verba illa duo, Inconsulto deleta hoc modo: sive ab ipso, sive ab alio, sed nolentibus. Ab ipso, hoc est, à testatore: ab alio, contra voluntatem testatoris, & ipso etiam fortassis nolente. Aut igitur ipse testator, aut alius delevit: sed inconsulto: sed incautè: sed improvidè: & sic nolens uterq; delevit.

Sed & alius, qui consultō delet, non tamen consultō <sup>20</sup>  
testatore, hoc est, volente eo & jubente: nihil agit: ut sententia Sabini expressum est: *Quod non iussu domini in scriptum inductum est, deletum ve: pro nihilo est.*

Præterea & verbum *inducta* exponit: quod ita accipiendum sit, & si perducta, id est, cancellata sint; ut pa-<sup>21</sup>  
lò antè est dictum.

Tandem verò Vlpianus prius hoc membrum distinctionis & subdistinctionis traditæ concludit his Sabini <sup>22</sup>  
verbis, *Ait: Quod igitur incautè factum est, (id est, quod inconsultō deletum, aut inductum,) pro non facto est, si legi potuit.* Idque adiicit non infirmari ex vulgari illa clausula testamentorum, quæ nouissimè adscribi solet: *Lituras, inductiones, superinductiones ipse feci.* Nam hæc clausula (*inquit*) non videtur referri ad ea, quæ in consul-  
tō contigerunt.

Præterea & idem adiicit Vlpianus, non infirmari te-<sup>23</sup>  
stamentum, si inconsultō superscripsérat, se induxisse.

Denique & si inconsultō testator nominatim ademerit, verbi gratia: *Quod filio legavi, id neque do neque lego:* non erunt adempta. <sup>24</sup>

Neque, n. jure valet ista legati ademptio. *d.l. 1. §. 1. in fine hic.* Intelligendum, quatenus scilicet hoc inconsultō factum sit: cæteroqui si consultō, nihil interest, inducatur, quod scriptum est, an adimatur: *ut ait Paulus in l. 16. nihil interest ff. de adim. lega.*

Et hæc de priore membro distinctionis suprà tradi-  
tæ.

Sequitur deinceps de altero eius membro: nempe de his, quæ in testamento deleta vel inducta, legi non pos-<sup>25</sup>  
sunt: *de quo est in d.l. 1. §. 2.*

*Ait*

*Ait Ulpianus*: Sed si legi non possunt, quæ inconsulto deleta sunt; dicendum est, non deberi: sed hoc ita demū, si ante consummationem testamenti factum est.

In hoc altero membro distinguendum docet Iariss consultus inter testamentum consummatum, id est, perfectum, & inter non consummatum, id est, imperfatum. Multum enim refert, si quæ in testamento ita deleta sunt, ut legi amplius nequeant: virum sint ea deleta ante consummationem testamenti, an vero post eius consummationem. Si ante consummationem, hoc est, perfectionem ipsius testamenti deleta sunt: dum scilicet testator adhuc scriberet & conficeret testamentum: si quidem consulto à testatore deleta sunt; ipso jure non valent; nec debentur; nec peti possunt. *l. 14. si ita sit adscriptum, §. 1. ibi, & hoc ante impletum testamentum ficerit. ff. de lega. r.*

Ea siquidem nunquam valuerunt: & testator, aliquid deletum aut inductum esse videns, nihilominus absoluit & perfecit suum testamentum: eoque ipso approbavit, quod non mutauit: etsi inconsulto fortassis id factum sit alioquin deletum aut inductum hoc, si non probaret, minimè relicturus: ut rectè arguit Fr. Duarenus hic.

27 Sin autem post consummationem testamenti consulto deleta sunt: ea debentur quidem: quia perfecto testamento semel ea valuerunt: sed obstat iis exceptio doli, vel in factum; hoc est, is qui ea petit, submoueri potest exceptione. Quoniam si summum strictumve jus inspiciamus: non videtur ista inductio sive deletio post consummationem testamenti sufficere ad revocandum testamentum: sed tamen exceptio datur ex mutata verisimilitate voluntate ipsius testatoris.

At

At verò ante consummationem testamenti , si quid <sup>27</sup> in eo inconsultò deletum sit, ita demum valet, si legi possit: si legi non possit, nihil debetur. d. §. 2. sed si legi. Post consummationem verò testamenti si quid inconsultò deletum sit, valet, & peti potest: neque petens exceptione repellitur: ut sit, si consultò deletum sit : sive illud, quod deletum est, legi possit, siue legi non possit. §. 3. sed consultò quidem deleta.

Rationem subiicit ibidem *Iurisconsultus*: Quoniam <sup>29</sup> (inquit) si totum testamentum non exstet: (puta, si post consummationem intereat, vel inconsultò deleatur, aut consinatur) constat valere omnia, quæ in eo scripta sunt: & sic non infirmari illud testamentum jure civili. Ergo si non nocet ea deletio universo testamento: certè nec parti ejus nocere potest.

Sed hoc quidem ita jure civili verum est: At jure <sup>30</sup> Prætorio ad petendam bonorum possessionem secundū tabulas testamenti: necesse est integrum testamentum exstare: neque deletum esse post mortem testatoris.

Possunt igitur ex hac distinctione multæ colligi <sup>31</sup> regulæ & definitiones, de his quæ in testamento delentur aut inducuntur: verum in primis considerandum est illud, quod intereat, utrum ante consummationem testamenti, an post, deleta aut inducta sint, quæ legi possunt.

Nam quæ ante consummationem testamenti deleta sunt (dum scilicet scriberetur) & legi nequeunt: ea pro non scriptis sunt: & perinde habentur, ac si nunquam valuerint in testamento. l. 2. ff. de his quæ pro non script. habent. Sic n. ibi scribit *Africanus*: Quæ (inquit) in testamento scripta essent, neque intelligerentur, quid significarent; ea perinde sunt, ac si scripta non essent: reliqua autem per se ipsa valent,

At quæ

At quæ aliquando legi potuerunt ea quoniam consumato testamento semel valere cœperant: tametsi postea deleta aut inducta legi nequeant: quod minus valeant, deletione aut inductione consultò facta effici nequit. Peti igitur possunt sine viva distinctione; siue legi possint, siue non.

32 Quod tamen ita accipendum est, dum modò ea scripta fuerunt, & postea extrinsecus aut deleta vel inducta, ex conjecturis quibusdam facta scilicet collatione antecedentium & sequentium in tabulis testamenti ratiocinando intelligi possunt.

Consultò, n. tunc in testamento deleuisse aut induisse testator videtur: nisi contrarium probetur: quod fit à legitimis hæredibus, qui ab intestato venire desiderant.

Nonnunquam etiam fauor causæ contrarium suadet: vt in libertate seruo adscriptâ, & posteà inductâ: putasi nomen terui testamento manumissi perductum sit.  
l. 3. §. vlt. ff. b. tit. de quo paulò pòst.

Nunc de vi & potestate inductionis ipsius videndum; de qua varia species in jure traduntur.

33 Prima autem & præcipua est illa, quod par sit vis inductionis & ademptionis, quæ nominatim fit. Nihil. n. interest, inducatur quod scriptum est, an adimitatur: ait Paulus in l. 10. nihil interest ff. de adim. vel transfer. lega.

34 Quod aliquot exemplis aut casibus declarare non abs refuerit.

Primus casus est, si nomina hæredum consultò à testatore inducta sint: de quo est in l. 3. in princ. ibi, cùm quidam hæredum nomina induxisset ff. h. tit. in qua extat pulcherrimum exemplum veteris formulæ agendi apud Principem: quod obseruatu est dignissimum. Exstant

verò & alia eiusdem generis formulæ. in l. i. C. de appella-  
tionib. & l. pen. ff. de auctor. iutor. & l. pen ff. Ad L. iul. de  
vipriua. Cuiac. 18. obser. 32.

Sed in d. l. 3. casus propositi exemplum illustre est,  
de nominibus hæredum inductis: aut, ut ibi Marcellus lo-  
quitur, si hæredum institutio fuerit inducta.

Quæsum autem fuit, vtrum nominibus hæredum  
hoc modo inductis, totum testamentum fiat irritum: an  
verò sola institutio; saluis scilicet manentibus legatis &  
cæteris quæ in testamento scripta sunt? Fuisse autem in hac  
quæstione decidenda variatum opinionibus tunc in co-  
gnitione Principis, indicat Marcellus: plerisque eti-  
am legatarios excludendos existimantibus, perinde ac si  
tota scriptura testamenti cancellata esset: non nullis verò  
opinantibus, id jure ipso perimi, quod inductum sit: cæ-  
tera omnia valitura. Sed in eo judicio apud Principem  
extraordinem hábito ita fuisse judicatum scribit Marcell-  
lus: nimirum testamentum eatenus irritum esse, quatenus  
à testatore inductum sit: hoc est, quo ad institutionem  
vel hæreditatem solam. Sententia Imperatoris Antonini  
Augusti, Pudente & Pollione Coss. ab eodem refertur  
his verbis: *Cum Valerius N<sup>e</sup>pos mutata voluntate & inci-  
derit testamentum suum, & hæredum nomina induixerit: ha-  
reditas eius, secundum Divi patris mei constitutionem, ad eos  
qui scripti fuerunt pertinere non videtur. Vos habetis iudices  
vestros: Præfetos ærarij intelligens, seu executores sen-  
tentiae à se latæ: de qua ipse Imperator non amplius fit  
sollicitandus.*

Ratio autem decidendi à Marcello allegata in cogni-  
tione causæ, hæc est: quod in re dubia scilicet benignorē 37  
interpretationē sequi, non minùs justius est, quam tutius;

¶. 3 vers. sed in re dubia. Quæ regula s̄epius in iure ciuili  
repetita est. l. 4 ff. Mandatis. l. 3 ff. de lega. l. 10. si fuerit te-  
gatu. §. 1. in fi. ff. de reb. aut. l. 36. semper in dubio l. 16 s. 3 a-  
pienda in pr. ibi benignius responsum. & l. 192. ea quæ. §. 1 ff.  
de reg. jur. Idq; maximè obtinet in testamentis & ultimis  
voluntatibus: in quibus benignius, hoc est, humanius, ac  
imò etiam plenius, ut Paulus loquitur, aut, ut Imperator  
pinguius & latius, plerunque fieri debet interpretatio. l.  
19. benignius ff. de LL. l. 12 in testamentis. ff. de reg. jur. l. 4.  
ff. de fund. dotal. l. 7. generaliter. §. cùm in rebus. C. de instit.  
& substit.

Sed & ab eodem Marcello adfertur ibidem respon-  
sio ad obiectionem eorum, qui bona testatoris ut caduca  
ficio vindicari volebant: eo quod totum testamentum ir-  
ritum esset factum, nullis existentibus hæredibus; quorum  
institutio inducta esset. Nam hoc sane sequendum ait, si  
omnem scripturam testamenti cancellasset: quod hic  
non sit factum. Potius ergo credendum esse dicit, eam qui  
hæredum nomina induxerat, satis se consecuturum pu-  
tasse, ut intestati exitum faceret: cætera autem in testa-  
mento scripta, maneat firma & rata. Atque hæc primi  
casus in d. l. 3. disceptatio est, de tota scilicet hæreditate  
adempta, si hæredum nomina inducta fuerint.

38 Secundus casus in eadem l. 3, propositus est de lega-  
tis, an scilicet inductis hæredum nominibus, simul etiam  
legata, ac præseruit ea quæ adscripta erant his, quorum  
institutio fuerat inducta, ceu prælegata quædam adempta  
sint, nec ne?

39 Ratio dubitandi à Calpurnio Longino aduo-  
cato sibi apud Marcellum hic ea assignatur; quod  
Ecc 2 non

non possit yllum testamentum valere, quod hæredem non habet: siquidem hæredis institutio caput & fundamentum est totius testamenti: quod sine ea valere aut subsistere nullo modo potest. d.l.3. vers. Calpurnius. l.1. §. qui neque ff. de hæred. inst. §. ante hæredus institutionem. Inst. de lega. Vlpia. in fragm. tit. 24.

Ratio autem decidendi à Viuio Zenone allegatur illa: quod nihilominus valere debet testamentum, qui nomina hæredum induxit: saltem quò ad legata. Cui suffragatur Cornelius Priscianus aduocatus Leonis: dicens, videri sibi testatorem voluisse testamentum valere, qui nomina hæredum tantum induxit: manumisisse cum præterea quosdam, & legata dedisse.

Sequitur Imp. Antonini Cæsaris judicatio: qui remo<sup>41</sup> tis aduocatis omnibus, cùm deliberasset, & admitti rursus eosdem iussisset: in hanc sententiam pro legatariis contraria fiscum iudicauit: *Causa* (inquit) *præsens* *admittere* *videatur* *humaniorem interpretationem*: *ut ea* *dunt* *taxat* *existimemus*. *Nepotem irrita esse voluisse*, *que* *induxit*. d.l. 3. Eadem est, quæ superioris casus, ex eodem fundamento decisio, de benigniore testamenti interpretatione in casu dubio. Nam ut maximè non valeat testamentum, nihilominus valent legata, saltem ab intestato. d.l.3. in princ. vers. non ergo. & l. vlt. infi. ff. b. tit. & ibid. Duaren.

Tertius casus in eadem l.3. in fi. à Marcello proposi<sup>42</sup> tus, est de nomine serui, quem liberum esse iussitat, à testatore inducto. Quæritur, an nihilominus ea valeat.

Rescripsit Antoninus, liberum eum nihilominus fore. Assignat rationem Marcellus: fauore videlicet libertatis eum hoc constituisse: d.l.3. in fi.

Planè enim, vt Pomponius ait, quoties dubia est in<sup>43</sup>  
terpre.

terpretatio, secundum libertatem respondendum est, l. 20. quosies. ff. de reg. iur. adeoque, secundum Paulum, in obscura voluntate manumittentis, fauendum est libertati. l. 12. in obscura ff. h. tit.

Nam olim testamento libertas data ut adimi non poterat, sic nec induci: quod fauore libertatis ita constitutum erat. Hodie tamen ut ademptio libertatis valet, ita & inductio. l. 20. si peculum. §. 1. ibi, constituto potius iure, quam testamento. ff. de statu liberis. l. 50. si seruus ibi, cum libertatem datam postea placeat adimi. ff. de fideicom. libert.

Quod si tamen in dubio sit, qua mente post libertatem seruus legatus sit; sane tunc in obscuro praeualebit libertas. d. l. 3. in fi. d.l. si seruus. in fi l. vlt. in fi. ff. de vulg. & pupil. substit. Quod eleganter ita explicat Paulus in l. 10. si peculum. §. 1. ff. de manum, testam. Si seruus(ait)legatus liber esse iussus sit, liber est: sed si prius liber esse iussus, postea legatus sit: si quidem euidens voluntas sit testatoris, quod ademit libertatem: cum placeat hodie etiam (post multas veterum disputationes, & sic veterum subtilitate reiecta) libertatem adimi posse: legato eum cedere puto. Quod si in obscuro sit, tunc fauorabilius respondetur, liberum fore.

45 Quartus casus est. si eodem testamento, quo nomina hæredum inducta sunt, adempta sit hæreditas: siue nominatim, siue per exhæredationem.

In quo ademptio ea, quæ nominatim sit in testamento, differt ab inductione seu deletione: maximè verò in eo, quod post consummationem testamenti induci institutio hæredis possit: adimi autem nominatim hæreditas non possit, nisi alio testamento perquam solenni ac perfecto.

Ecc,

Atque

Atque hinc est, quod codicillis aut nuda voluntate 46  
non possit adimi hæreditas. l. 27. quidam ff. de condit.  
instit. l. 4, hæreditas. C. de his quib. ut indig. aufer.

Deinde ut & legata ipso jure non adimantur; nisi  
eodem testamento, vel codicillis testamento confir- 47  
matis. l. 16. si quis eum. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit.

Nudâ autem voluntate adempta petentes, Excepti 48  
one doli submouentur. l. 3. §. vlt. ff. de adim. lega. l. 36. mi-  
litia. §. pen. ff. de testam. mili.

Per exhæredationem verò eodem testamento hæ-  
ditas adimitur hoc modo: Titius hæres esto: Titius, quem 49  
suprà hæredem lcripsi, exhæres esto, vel ita: Titius hæres esto,  
& monumentum mihi facito: si non fecerit, exhæres esto. Et  
hoc modo testamentum infirmatur, si is, cui adimitur, lo-  
lus exesse hæres sit scriptus. At totum non infirmatur, si  
cohæredem vel substitutum haberet, à quo testamentum  
sustineatur. Tunc. n pro parte adimitur, l. 12. si in aequalib.  
ff. de hæred. instit.

Atque hoc est, quod Vlpianus in l. 1. §. pen. hoc tit. 50  
scribit: Et hæreditatis (inquit) portio adempta vel tota hæ-  
reditas, si forte sit substitutus, jure facta videbitur: non  
quasi adempta (quoniam hæritas semel data, adimi faci-  
lē non potest) sed quasi nec data.

Loquitur ibi Vlpianus de ademptione eodem testa-  
mento nondum planè perfecto nominatim facta: non  
autem de inductis vel deletis: quod arguunt verba illa,  
non quasi adempta, sed quasi nec data: quæ verba de his di-  
cuntur, quæ eodē testamēto adimuntur. l. 14. si ita scriptū  
ff. de leg. 1. Ademptio igitur hæreditatis fieri non potest post  
consummationem testamenti, nisi alio testamento a quæ  
solenni ac perfecto. At inductio testamenti, aut incilio

elus fieri potest, etiam post testamentum peractum vel consummatum: & si testator consulto conciderit vel induxit testamentum hæreditarias actiones denegari certum est d.l.i. §. & siquidem.

§ 1 Quintus casus est de codicillis testamento confirmatis, si postea à testatore inducti sunt. Nam si quis codicillis legatum alicui adscripsit, moxq; deleuit; ita tamen ut appareat, & legi, quod deletum est, possit: non valet, nec peti potest legatum: licet legi possint codicilli: & licet codicillorum confirmatio in testamēto scripta, deleta non sit. l. i. §. vlt. h. t. vbi Vlpianus ita scribit: Si quis codicillos in testamento confirmauit; & codicillis aliquid adscripsit: mox deleuit ita; ut appareat: an debeatur? Et Pomponius scribit, codicillos non valere.

§ 2 Sextus casus est, si plures testamento hæredes scripti sint, & unius nomen à testatore sit deletum vel inductum cōsulto: an & quatenus valeat testamentum? Respondetur eo casu saltem ei, cuius nomē deletum est, actiones denegari: cuius portio plerunq; quasi ab indigno in fiscū cadit: ceteram tamen partē testamenti valere. l. 2. in princ. ff. h. c. Legata tamē ab eo relicta fiscus præstat, qui succedit cum onere. l. 16. secundis §. vlt. ff. de his que ut indig. aufer. Atq; hoc modo solūm hæredis institutio improbatur. Quod si instituti nomen testator induxit, & substituti reliquit. substitutus emolumētū hæreditatis nō habebit. Nam fiscus preferitur cohæredibus & substitutis. Quod n. indigno auferatur, substituto non prodest. l. 9. cū fisco. cū l. seq. ff. Ad SC. Syllan. Itaque substitutus non admittitur; legatarius admittitur.

§ 3 Sed quid si testator pluribus hæredibus scriptis omnium postea hæredum nomina induxit aut cancellauit: &

& se propter vnum hæredem, hoc est, odio unius, facere adscripsit? Hoc sanè causa voluntatis quæstio est, & ex ambiguo controuersia. Nam fieri potest, ut omnium hæredum nomina inducendo, vnu duntaxat hæreditate excludere voluerit: cum scilicet, quem offensum habuit, & propter quem se cancellasse dixit. Potest etiam fieri, ut causâ illius totum testamentum infirmaret: & quamvis vnu causam inductionis præbuerit, istamen obsit omnibus. Itaque Vlpianus in d. l. 2. significat, in re dubia benignius esse, ut cæteri non repellantur: & sic cohæredum institutione non infirmetur ex facto alterius: cum nemo præsumatur velle nocere ei, qui non demeritus sit: d. l. 2. §. sed si omnium nomina. ibi, ceteris nihil nocebit inductione. d. l. 4. 44. pater familiæ sff. de hæred. inst. Idque multò magis tunc procedit, si constet, voluisse testatorem fraudare hæreditate solum eum, quem offensum habuit, & cui soli ademptam voluit portionem fisco vindicandam: non magis quam si volens vnu hæredem inducere, inuitus & aliud induxerit. d. l. 2. vers. Et si quidem soli.

Quod si tamen certum sit, testatorem voluisse totum testamentum delere ob vniuersal malum meritum: sanè omnibus tunc denegabuntur actiones. d. l. 2. vers. quod si putauerit.

Idem quoque de legatis Vlpiani judicium est: quæ ab ipsis cohæredibus legata sunt, ea non infirmari in voluntatis ambiguo: in quo & ipso interpretandum erit, & legata deberi; & cohæredum institutionem non esse infirmandam: de quo suprà latius expositum est ex d. l. 3.

Septimus casus est, si nominibus hæredum inductis, 54 legitimi hæredes eo animo hoc fecisse testatorem contendant, ut intestati exitum faceret, d. l. 3. in prin.

Tunc

Tunc sanè legitimi hæredes probate hoc debent: quo facto testamentum non valere, nec ex eo legata & fidei commissa & libertates deberti certum est. d.l. 3. vers. quid ergo & l. vlt. in si. ff. b. tit. l. 1. §. penult. ff. si tabul. testam. nul. extab.

Quod si verò legitimi hæredes voluntatem defuncti non probent, fiscus tunc in dubio vocatur. Quo casu tamen, an legata & cætera quæ inducta sunt, à fisco praestari debeant, quæritur? Et proponitur in d.l. 3. D. Marci decretum, quo in hac specie caducam hæreditatem cum suo onere fieri decernitur. Itaq; legata nihilominus à fisco praestari debent; quasi testator videatur ea voluisse valere ab intestato d. vers. quid ergo d.l. vlt. d.l. cùm tabulis. §. vlt.

Quod idem quoque obtinet in prælegatis, hoc est, legatis quæ ascripia erant his, quorum institutio inducta fuerat: ut scilicet his ea conseruantur. d.l. 3. in princ. & l. 12. cùm quidam. ff. de his quæ ut indig. aufer.

Postremus casus est de pluribus tabulis testamenti. 35 eodem exemplo solenniter scriptis aut completis. Nam certum est, posse unum testamentum pluribus exemplis aut codicibus scribi. l. 24. unum. ff. Qui testam. fac. poss. L 47. Sempronius. ff. ac lega. 1.

Quid igitur si pluribus tabulis eodem exemplo scriptis, ex his quasdam testator in publico deposita, (velut in aedes sacra, aut in tabulario ciuitatis, vel in sanctuario Principis) rursus postea abstulit atque deleuit; Quæritur an valeat testamentum, nec ne? Et responderet Papinianus, adhuc, valere si non & cæteras tabulas deleuit; Neque ob id ea, quæ jure gesta sunt, præsertim cùm ex cæteris tabulis, quas non abstulit, res gesta declaretur, irrita constitui. l. vlt. §. in princ.

Sed ad hoc tamen Papiniani responsum notat ibidem Paulus, aliud dicendum esse: si probetur, à legitimis hæredibus, qui ab intestato venire desiderant, testatorem ea mente tabulas incidisse aut deleuisse, ut intestatus moreretur. Quod si ita probetur; ab his euincetur proculdubio hæreditas: & à scriptis hæredibus avocabitur, excluso fisco. d.l.vlt. in fin. l.i. §. pen. ff. Si tab. testam. nullæ extab.

Atque hæc satis multa haec tenus de vitiis testamentorum in sexta parte huius tractatūs dicta sunt.

NICOLAI



# NICOLAI REVSNERI LEORINI IVRIS CONSULTI

*Tractatus*

**D E J V R E T E S T A M E N**  
*torum & ultimarum voluntatum.*

**P A R S S E P T I M A:**

*In qua agitur*

**D E M O D I S Q V I B V S D A M**  
*conseruandorum testamentorum officio judicis.*



**C A P V T I.**

**Q V I B V S M O D I S**  
**T E S T A M E N T A O F F I**  
**C I O I V D I C I S C O N S E R**  
*V A R I P O S S V N T.*

**S V M M A R I A.**

1. *Series & continuatio huius materiae.*
2. *Testamenta exitum suum habere publicè expedit.*

*Fff 2 Suprema*

3. *Suprema hominis voluntas instar legis seruanda.*
4. *Legis vim habet testatoris voluntas.*
5. *Testamentorum conseruatio ad iudicis pertinet officium.*
6. *Prætoris officium extraordinarium in conseruandorum testamentorum iudicio, eorumque conseruandorum tres modi præcipue. n. 7.*

**P**oste aquam de ordinatione testamentorum eorumque confirmatione satis copiose haec tenus expositum est: re- liquum est, ut de conseruatione eorum atque execu- tione paucis absoluamus.

Publicè siquidem expedit, suprema hominum judi-<sup>2</sup>  
cia exitum (*b. e. effectum*) habere, ut ait Paulus in l. 5. ff.  
*Testam. quemad. aperi. inspic. & describ.* Quandoquidem,  
(ut diuinè rescriptu*Imp. Constantinus*) nihil est, quod ma-<sup>3</sup>  
gis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis,  
postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, &  
licitum, quod iterum non redit, arbitriam, l. 1. C. de sacros.  
*Eccles.* quod idecirco instar legis ratum & sanctum non  
immetitò habendum est: ut est in *Authen. de nuptijs. c. 2.*  
*Nouel. 22.* ubi *Imp. Justinianus* in hunc modum præclarè<sup>4</sup>  
scribit: *Disponat (inquit) unusquisque super suis, ut di-*  
*gnum est: & sit lex, eius voluntas: sicut & antiquissima*  
*Iex XII. tabb. & prima penè Reipub. Romanorum di-*  
*sponit: Vti legassit quisque de re suâ, ita ius esto: nullo*  
*scilicet valente citra illius voluntatem, nec si sacram im-*  
*petret formam, nec si quidpiam aliud omnium, aliquid*  
*aliter disponere in rebus alienis.*

Sed hæc quidem conseruatio testamentorum & vi-<sup>5</sup>  
timarum voluntatum vel maxime ad iudicis vel magi-  
stratus

stratus pertinet officium: veluti Prætoris, qui voluntates defunctorum tuetur, teste Ulpiano in l. 1. in print. ff. si quis omis causa testam. ab intest. vel alio mod. possid. haret, l. vlt. C. eod. tit.

- 6 Planè n. hæc cognitio est Præatoria, & quidem extraordinaria persecutio: quæ scilicet ab ipso Prætore, absque solenni ordine judiciorum, extra ordinem ferè suscipitur: nullo plerunque alio dato judice, ac ne quidem data actione: sed omni hoc negocio suæ cognitioni referuato: arg. l. 24. quod si minore. §. vlt. ff. de minor. & l. 178. pecunia verbum. §. actionis. ff. de verb. signifi.

Tribus autem præcipue modis conseruari possunt  
7 testamenta officio judicis: Primus est publicatio testamenti: alter interpretatio eiusdem: postremus illius executio. Partes & species plures sunt singulorum generum vel modorum: de quibus singulis ordine agendum.

## CAPUT II.

DE PVCLICATI ONE  
TESTAMENTI, QVIDEA  
sit, & vnde dicta, &  
quotuplex.

## SUMMARIA.

1. *Primus modus conseruandi testamenti, Publicatio eius;*  
& vnde dicta. n. 2.
2. *Publicare quid, & quot modis dicatur. n. s. & o.*  
Eff(3)

4. *Publicum instrumentum cur testamentum dicatur.*
7. *Publicare, idem quod intimare, aperire, insinuare: & quot modis accipiatur verbum insinuare, num. 8.*
9. *Publicatio testamenti quid, eiusq[ue] fines diuersi n. 10, & qua eius species sive genera, n. 11.*

**P**rimus igitur modus conseruandi testamenti est Publicatio eius, aut in publicum prolatio: quæ apud iudicem competentem fieri debet. l. vii. C. Si omisso sit causa testamenti. l. i. C. Quemadmodum testa. aperi: Publicare enim est in publicum proferre, & quasi evulgare; aut saltem his, quorum interest, publicè vel in loco publico exhibere. Ex quo Publicatum testamentum dicitur, hoc est, publicè coram magistratu exhibitum & insinuatum l. 2. C. de testa. Quod & ex eo Publicū instrumentum appellatur: non quidem ea ratione, quæ aliás Publica instrumenta dicuntur ea, quæ à publicis personis, veluti notariis & tabellionibus facta sunt: sed quod cuique postulanti, cuius interest, inspiciendi illius testamenti palam & publicè apud judicem competentem fiat facultas, nam & eadem fatione Publicum iudicium alias dicitur; quod cuivis ex populo aut certe omnibus his, ad quos ea respertinet, executio eius plerunque datur. §. 1. Inst. de publ. iudic. l. 43. palam in pr. & §. 2. ff. de rit. nuptiar. & l. 1. §. 6. ibi, quasi publicam esse & omnibus patere. ff. de suspect. tutor. l. 30. Lege Cornelia. §. 1. ibi, ad quos ea respertineat. ff. Ad L. Cornel. de fals. l. 30. quamvis C. Ad L. lul. de adulter.

Cæteroqui verbum hoc publicare interdum est publicum facere: ex quo publicatio honorum, hoc est, proscriptio dicitur: eorum scilicet, quæ præconi publico subiiciuntur. Nonnunquam etiam bona publicare est confisca re, hoc

re, hoc est, fisci iuribus vindicare & quasi mancipare:  
aut, ut Imp. alias loquitur, publicam facere substantiam.  
l. vlt. in pr. C. de nupt. & l. 3. C. de incest. & inutil. nupt. l. 7.  
neque seruo. §. 7 ibi, de publicatis ob crimen laesa maiestatis bo-  
nu. C. de delatorib.

Sed hoc quidem loco, ut modò est dictum, publicare  
7 testamentum, idē est, quod in publicum proferre, publicè  
exhibere aut intimare. l. 18. testamenta. C. de testam. l. 1. C.  
Quomod. testam. aperi. nam & hoc verbo intimandi ea-  
dem in re alias vtitur Imperator, ut in l. 19. omnium & in l.  
23. consulta. ibi, super intimandis iisdem elogjs. C. de testam.  
pro quo & aperire aliquando, ut & insinuare s̄epius in  
iure usurpatur. d. l. consulta in fi. ibi, ex incongrua insinuati-  
one. l. 5. C. de emanc. liber. Quo verbo tamen s̄epius vti-  
8 mur, cùm actorum publica testificatione interueniente  
aliquid intimatur, aut gestis vel monumentis publicis fir-  
matur, & quasi publicatur, hoc est, in acta publica & te-  
stationem publicam judicariam referrut. l. 25. donationes  
C. de donat. inter vir & uxor. l. 30. in hac, & paſsim C. de  
donationib.

Cognitâ hoc modo vi ac potestate verbi, jam quid sit  
publicatio testamenti, & quibus ea modis fiat, videndum.  
9 Publicatio testamenti igitur nihil aliud est, nisi resignatio  
testamenti, & eiusdem recitatio aut insinuatio coram ju-  
dice competente, aut veritatis exquirendæ, aut maioris fi-  
dei vel securitatis causâ, publicè facta.

10 Quæ sane definitio non modò simplicem aperturam  
sive resignationem testamenti, sed etiam insinuationem  
eius, & apud acta intimationem, ut vocant, complectitur:  
vtraque tamen publicationis nomine continetur: quam-  
uis vtriusque finis sit diuersus. Nam prior illa quidem  
simplex.

simplex apertura eo fine fit, ut veritas exquiratur: hæc ve-  
rò, vt fides testamenti auctoritate publica adhuc firmetur  
magis: & in loco publico ceu tutore custodia eius reter-  
uetur.

Sic nimirum duo sunt publicationis testamenti ge-  
nera: quorum vnum *Publicatio* in specie dicitur, de qua  
propriè hīc agitur: alterum *Insinuatio* nominatur, & la-  
pius etiam *Publicatio*: eò quod alteram illam priorem  
publicationē in se quoque continet: sine qua nec vlla fieri  
potest insinuatio: nisi præcedat simplex illa testamenti  
publicatio: hoc est, nisi aperiantur prius & publicè reci-  
tentur tabulæ testamenti, quod actis publicis insinuan-  
dum petitur.

Sed de utroque hoc publicationis genere scorsim di-  
cendum: factò tamen principio per modum præpostera-  
tionis ab insinuatione testamenti: quā proprie & verè  
publicatum testamentum dicitur.

### C A P V T III.

## T E S T A M E N T A Q V E M A D M O D U M A P V D A C T A publica insinuentur vel publicentur.

### S V M M A R I A.

1. Publicationis testamenti causa & finis duplex.
2. Publicatio testamenti sive apud acta insinuatio quomodo  
fiat.
3. Testamentum cur publicum instrumentum dicatur.
4. Testa:

4. Testamenti insinuatio in urbe fit apud magistrum census.
5. Testamenti insinuatio fit duobus modis.
6. Primus modus, viuo testatore.
8. Publicari semel testamenti fides, licet scriptura intercederit, valet: & vim habet testamenti coram actis aut Principe facti. n. 8.
9. Idem est in testamento recognito à testibus viuo testatore.
10. Alter modus, post mortem testatoris coram magistratu competente.
11. Formula versus publicationis sive insinuationis testamenti.

**C**Vm de publicatione testamenti agitur; animaduersum est in primis, duplē eius causam esse. Nam aut simplex perit apertura & recitatio testamenti, saltem fidei faciendæ causā; aut simul etiam insinuatio & publicatio apud acta petitur, majoris vel auctoritatis vel securitatis gratiā: vt paulo antè dictum est. De priore illa causa, quæ propriè ad hunc tractatum pertinet, sequenti capite explicabitur: in hoc verò capite de altera illa posteriore agetur.

De hac Paulus lib. 4. Sentent. tit. 6. de Vicefima in hunc modum scribit: Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, vt testes vel maxima pars eorum adhibeantur, qui signauerint testamentum: ita vt agnitis signis, rupto lino, aperiatur & recitetur; atque ita describendi exempli fiat potestas (Hactenus simplex Publicatio: sequitur insinuatio) ac deinde signo publico obsignatum in archiuum redigatur: vt si quando exemplum eius interciderit, sit, vnde peti possit.

Modus & forma solenniter publicandi & insinuandi apud acta judiciorum testamenti à Paulo his verbis describitur: ut nimis postquam apertum est & publicatum testamentum, sigillo publico obsignetur: deinde in publico archivio reponatur: ut si aliquando exemplum perierit, ad archivum recurratur. Tunc igitur testamentum propriè ac verè publicum instrumentum dicitur: cùm ita insinuatur, & publico sigillo munitur, & in archivis publico reponitur. Nam & eodem ferè modo hodie alia publica instrumenta, si forte deperdita fuerint, à notariis & tabellionibus ceu publicis personis peti solent: ut vel ex protocollo eius denuò describantur: ad quod deperditis instrumentis sit recursus. Atq; hæc quidem publicatio siue insinuatio ex cōstitutione Iustiniani apud magistratum censualem fieri debet: apud quē testamenta insinuantur: perinde ut & donationes. l. 23. consulta. ibi, apud per tempore magistrum census. C. de donatio. l. 30. in hac. C. de donatio. Interdum verò id munus sibi judices adrogabant: ut & defensores Ecclesiarum. l. 41. repetita. C. de Episc. & Cler. Postea id munus Quæstori delatum, ut est in Novel. Leonis. 44. Sed Imp. Iustinianus incongruam hanc insinuationem, imo turpissimum genus intimationis vocat: quam apud nullum aliud judicem, quam apud census magistrum, ac ne quidem apud defensores Ecclesiarū publicationem siue insinuationem testamentorum fieri oportere sanxit, sub poena quinquaginta librarum auri: propterea quod absurdum sit, promiscuis actibus rerum turbari officia: & aliis creditum alios subtrahere, & præcipue clericos: quibus opprobrium est, si peritos se velint disceptationum esse forensium: ut est in d. l. consulta. & d. l. repetita. & in l. 18. testamenta C. de testamen. l. 3. Cod. 25. eod.

Caterūm publicatio hæc testamenti siue insinuatio  
fit duobus modis: aut viuo testatore: aut eodem de-  
functo.

6 Ac viuo quidem testatore fit testamenti publicatio:  
cùm ab eo adhuc superstite testamentū publicari, & actis  
publicis insinuari petitur; ut ipso etiam authentico amis-  
so, ex actis publicis fides testamenti petatur.

Nam tunc publicati semel testamenti fides, quamuis  
7 ipsa materia in qua primū à testatore scriptum relatum  
fuit, casu qui probatur, intercidit, nihilominus valet, ut  
rescripsit Imp. Alexander in l. 2. C. de testam.

8 Perinde n. tunc habetur, ac si ab initio coram actis  
publicis testamentum conditum & intimatum fuisset:  
quod ita fieri posse indicat l. 19. omnium. C. eod. & Nouell.  
Imp. Valentianii de testam. Cuiac. ad Paul. Sent. tit. 6. lib.  
4. in pr. Lud. Lana de formul. testam. conf. 1. n. 12. de quo  
supra latius est expositum in part. 4. cap. 18. & 19.

9 Sed & si testator adhuc superstes coram testibus si-  
gilla & subscriptiones recognoscere peteret, requisito  
notario, idem juris est: ut tradit Cœpol. caut. 88.

Quod tamen non peræquè hæredi facere licet, adhuc  
superstite testatore: cùm viuentis nulla sit hæreditas, de  
qua ipse sollicitus esse debeat, ut probat hoc Sichard. in d. b.  
2. C. de testam.

10 Mortuo autem testatore fit publicatio testamenti:  
cùm post mortem eius reseratum & publicatum testa-  
mentum apud competentem iudicem; veluti in vrbe  
apud magistrum census: in prouinciis apud præsides, vel  
magistratus, vel defensores pro more & consuetudine  
eiusque loci, publicè & in loco publico, veluti pro  
tribunali, insinuatur, d. l. testamenta: ubi imperatoris

*Arcad. & Honorius Africano Prefecto urbi his verbis rescriperunt: Testamenta omnia, cæteraque quæ apud officium censuale publicari solent, in eodem loco reseruantur; nec usquam permittatur fieri villa translatio. Mos namque retinendus est fidelissimæ vetustatis: quem si quis in hac vrbe voluerit mutare; irritam mortuorum videri faciet voluntatem.*

Cæterum formulam insinuationis vetustissimam, <sup>11</sup> Romano more fieri solitam hue ascribere lubet ex Marculphi Monachi libro, de formulis publicorum judiciorum, quæ exstat in notis Cuiacijs apud Paulum lib. 4. Sent. d. tit. 6.

Anno illo, sub die illâ, ciuitate illâ, adstante defensore & omni curiâ ciuitatis, Titius prosecutor dixit: *Peto, optime Defensor, vosq; laudabiles Curiales atq; Municipes, ut mihi codices publicos patere iubatis. Quedam, n. in manibus habeo: quæ gestorum cupio allegatione roborari. Defensor & Curiales dixerunt, Patent tibi codices publici: prosequere quæ optas. Prosecutor dixit: Caius vir illustris m: hi mandauit: testamentum, ut mos est, gestibus municipalibus insinuarem. Defensor dixit: Amanuensis mandatum accipiat, & recitet. Post recitationem mandati dixit Defensor: Mandatum quidem recitatum est: sed testamentum, quod præmatibus te habere, dicis, etiam nobis præmissibus recitetur: &, ut postulas, gestis publicis firmetur. Post recitationem testamenti, Defensor & Curiales dixerunt: Testamentum, quod recitatum est, gestis publicis inseratur. Prosecutor dixit: Quia testamentum & mandatum ritè condita, & bonorum virorum subscriptionibus firmata cognouimus: æquum est, ut gesta, cum à nobis fuerint subscripta, & ab a. manuensi edita, tibi ex more tradantur: eademq; in archivio publico*

publicis conseruentur. Parique modo acta in donationum insinuatione conficiebantur,

## CAP V T I I L.

T E S T A M E N T A Q V E M'  
A D M O D U M A P E R I A N T V R,  
inspiciantur & describantur.

## S V M M A R I A.

1. Altera species publicationis testamenti, eiusq[ue] partes tres: n. 2.
2. Publicari quodlibet testamentum dicitur, ut & exhiberi. n. 4. & qua ad testamenti causam pertinent. n. 5. & tabula iam secunda, veluti pupillares, quam principales. n. 6.
3. Prætoris cautio in pupillaribus tabulis aperiendis. Et quid si plures sint tabule, aut in pluribus codicibus scripta n. 8. Et quid de codicillis. n. 9.
4. Testamentum est publicum instrumentum, & commune heredum & eorum, quorum interest.
5. Testamenti tabula quibus aperiuntur, & car. n. 12. & quibus exhibeantur. n. 16. & quid in eo differant heredes à legatarijs aut ceteris, quorum interest. n. 17.
6. Transactio non nisi verbis testamenti inspectis valet; ut nec ius iurandum. n. 14. & quatenus non. n. 14.
7. Citatio, si sua interessè putauerint, principium huius iudicij.
8. Iuramentum de calumnia præstare debet, qui sibi tabulas aperiri postulat.

20. Sine die & Consule exemplum testamenti datur, qui scire desiderant, an sua inter sit: Et quid si eorum nomine petat Notarius, n. 21.
22. Testamentum totum edi interest hæreditis, & cur.
23. Publicatio testamenti quando & quo tempore fieri debet: & Interpretatio §. vlt. tit. 6. lib. 4. Sentent. apud Paulum, n. 24.
25. Tabula testamentistarum aperienda: à quo appellar, non licet, n. 26. Sed non nisi post mortem testatoris, n. 27, non autem viuo testatore, n. 28, ne quidem Notario, n. 29.
30. Testamentum non nisi morte testatoris fit ratum & efficax.
31. Tabula testamenti quo modo aperienda sint: & in quo loco & coram quibus, n. 32. & à quibus vel praesentibus, vel absentibus, n. 33. & intra quod tempus, n. 34.
35. Fisci & heredum aut legatariorum eadem ratio, quo ad apertura qm testamenti.
36. Aduersus confitentem edictum: aduersus negantem iusto interdictum datur: & n. 43. & cur ita diuersimode? n. 37. hæredi verò vindicatio & actio ad exhibendum, competit, n. 38. legatarijs non item, n. 29.
40. Coram quo iudice vel magistratu fiat publicatio: & quod iudicis in eo sit officium, n. 41.
42. Partes Actoris in officio iudicis implorando.
44. Partes testimoniū & signatorum in recognoscendo sigillo: & an cogi possint, ut recognoscant, & cur, n. 47. Et quid si aliqui negent sigilla sua esse, n. 46, & an pro re cognitis haberi debeant, n. 47.
48. Testibus officium suum damno esse non debet.
49. Testibus omnibus absentibus, coram honestis viris aperitur

ritur testamentum: quod postea obsignatum rursus ad testes absentes mittitur. n. 5. o.

51. Sed quis si testes mortui sint, an concidit una testamentū, vel scriptum. n. 5. 2. vel nuncupatiū. n. 5. 3. Et quid si tabula sint abolita, vel suppressa? n. 5. 4.

55. Tabula sine iudicis auctoritate aperta fidem non faciūt.

56. Tabula per se aperta aliam publicationem non desiderant.

57. Pluribus eiusdem testamenti exemplis existantibus, sufficit alterutrum aperiri.

58. Testamenti authentico aperto, totum apertum intelligitur: licet exemplum non apertum sit.

59. Codicilli, & quæ ac tabula testamenti, publicari debent solenniter.

60. In publicandis testamentis cuiusque loci mos & stylus curia retinendus.

61. Sine publicatione testamenti an heres possit acquirere hereditatem, & quatenus.

62. Testamento vel perse vel per alium institutus, si ab intestato hereditatem possidet, legatario nihilominus tenetur: quæ ut & legatarius, si ut causa testamenti omittatur, alterius fraudandi causâ curauit. n. 6. 3.

**A**ltera causa publicationis testamenti est. cùm in publicum profertur, & publicè recitatur testamentum, aut etiam inspiciendum ac describendum exhibetur: de quo propriè hic agitur, & in tot. tit. D. & Cod. Testam. quemad. aperi, inspic, & describ.

Partes eius sunt tres. Prima apertura sive publicatione tabularum testamenti; altera earum inspectio: tertia de scriptio earundem.

2 Sed apertura in se quoque continet recitationem: Inspectio, lectionem, & tam sigillorum, quam scripturæ reco-

recognitionem: Descriptio denique, exempli publicam nomine magistratus subscriptionem atque obsignationem.

Quæ omnia breuiter ita complexus est Paulus lib. 4.  
Sent. tit. 6. §. 2. Ait. Testamenta in municipiis, coloniis,  
oppidis, præfectura, vico, castello, conciliabulo facta, in  
foro vel basilicâ, præsentibus testibus vel honestis viris, in  
ter horam secundum & decimam diei recitati debent: ex  
emploq; sublato ab ijsdem magistratibus obsignari, quo  
rum præsentiâ constat aperta.

Quibus ex verbis Pauli intelligitur, quæ testamenta,  
quo in loco, & quibus præsentibus, & quo diei tempore,  
& quomodo aut qua ratione publicari debeant: quæ fus  
iùs aliquanto pertractat Vlpianus & Caius cod. tit. ff. per  
tot.

Ac primùm quidem quod ad ipsum testamentum  
publicandum attinet: propriè quidem illud testamentum 3  
dicitur, quod jure perfectum est: sed abusuè tamen ni  
hilominus testamenta ea quoque appellamus, quæ falsa  
sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta, vel etiam imperfecta:  
quorum & ipsorum non minus, ac illius quod iure per  
fectum est, copia inspiciendi & describendi peti potest, &  
omnino fieri debet: vt constet de fide & veritate testa  
menti, secundum Vlpianum in l. 2. §. 1. ff. h. tit.

Perinde ut & interdictum de tabulis exhibendis com  
petit: siue valeat testamentum, siue non; vel quòd ab initio  
inutiliter factum est: siue ruptum sit, vel in quo alio  
vitio, sed etiam si falsum esse dicatur: vel ab eo factum, qui  
testamenti factiōrem non habuerit: aut etiam deletum  
sit sine dolo, vel totum, vel pars eius: codem teste Vlpiano in  
l. 1. §. 3. & ult. & l. 2. ff. detab. exhib.

Sed

5 Sed & ad causam testamenti pertinere videtur id, quodcunque quasi ad testamentum factum sit: in qua- cunque materia fuerit scriptum; quod contineat supre- mami voluntat. d.l.1.§.4 ff. h. tit. Perinde ut & interdictū de tabulis exhibendis non tantum ad testamenti tabulas, verū ad omnia quæ ad causam testamenti pertinent, atque ad eō ad omnem omnino scripturam testamenti, si- ue perfectam, siue imperfectam, refertur. d.l.1.§.2. & §.5. ff. de tacul. exhib.

Nam & vtroq; hoc edicto tam secundæ, quam primæ ta- bulæ continentur. d.l.1.§.2. in fi. hic. & d.l.1.§.4. ibi, siue 6 supra tabula sunt: siquidem auctore Caio, secundæ ta- bulæ principalium tabularum partem obtinere videntur, l.11. sicut ff. h. tit. cuiusmodi sunt pupillares tabulæ, qui- bus opponuntur principales. l.s. §.14. qui principale. ff. de his quib; ut indig. aufer. l.11. in ratione. §.5. quod vulgo, & l.7.9. in duplicibus. ff. Ad L. Falcid. l.1. §.1. ff. Si cui plusquam per L. Falcid. leg. l.2. §.1. ff. de stat. liber. ab eo sic dictæ for- tassis, quod pupillares substitutiones in ima cera, (hoc est, in parte inferiore testamenti) fieri solebant: quæ ne viuo testatore aperirentur, plerunque cauebatur: §.3. Inst. de pupil. substit. & l. vlt. ff. Ad SG. Trebell. & apud Caium lib. 2. Instit.

7 Itaque in eo cautio illa à Prætore vel judice adhi- benda est: vt pupillares tabulas, etiamsi non fuerit super- scriptum, ne aperirentur, dummodo seorsim eas signatas testator reliquerit, non nisi causa cognitâ aperiri patiatur: ut monet Ulpianus in l.8. pupillares. ff. h. tit.

Quod si tamen mulier ventris nomine in possessio- ne sit: aperiendæ sunt secundæ tabulæ: vt sciatur, cui de- mandata sit curatio. l.9. si mulier. ff. h. tit. l.1. ff. de ventre in posseß. mitt.

Sed & si plura sint testamenta, quæ quis exhiberi desideret: vniuersorum ei facultas facienda est, ait Ulpianus in d.l.1. §.3. hic. Perinde ut & si tabulæ in pluribus codicibus aut exemplaribus scriptæ sint: quia scilicet unum testamentum est. l.10. si in duobus, in princ. ff. hic & l.3. §.1. ff. de tab. exhib.

Et quod de tabulis testamenti dictum, est idem quoque de codicillis, quæ pars sunt testamenti, intelligitur: ut in his quoque utrumque hoc Prætoris edictum locum habeat. l.11. sicut codicilli. ff. b. tit. l.1. §.3. l.4. C. eod. in fin. l.1. §.2. ibi, vixita & ad codicillos pertinet. ff. de tab. exhib.

Erat tantum de qualitate ipsius testamenti, quod publicandum vel exhibendum est.

Proximum est videre deinceps, quibus personis & ex quibus causis fieri possit testamenti publicatio.

Et quidem tabularum testamenti, secundum Ulpianum, instrumentum non est unius hominis, hoc est, heredis: sed vniuersorum, quibus quid illuc ascriptum est: quin potius publicum est instrumentum, hoc est, commune heredi & legatariis omnibusque iis, quorum interest, l.2. in princ. ff. b. tit.

Itaque non solum heredibus ceterisq; successoribus, sed etiam legatariis aut fideicommissariis ac libertis, adeo quæ omnibus, quicunque desiderant: modò tamen eorum ex iusta causa intersit (Neque enim quilibet, cuius interest, sed is, cuius ex iusta causa interest, agere potest: aut, ut in Basilicis legitur, ἡ πᾶς ὁ τιν διαφέρει, ἀλλ ὁ τιν διαφέρει, διαιώνιον, ut est in lib. 15. lib. 4. c. 3.) apertastabulas testamenti inspiciendi describendi que potestas facienda est: siue suo, siue alieno nomine hoc petant, vi est in editio

edicto Praetoris apud Vlpianum in l.r. in pr.b.tit. l.3. §. vlt. ff. de tab. exhib. Cuius sane edicti euidens & manifesta ibidem exponitur ratio.

12 Neque n. (ait Vlpianus) sine judice transigi, neque apud judicem exquiri veritas de his controv ersis, quæ ex testamento proficiscuntur, aliter potest, quam inspectus cognitisque verbis testamenti, d. l. i. §. 1.

13 Planè n. nec transactio nec renunciatio facta, non inspectis cognitisque verbis testamenti, valet. l. 5. in ff. de transactio. Quin immò & iusurandum de eo quod ad testamentum pertinet, veluti legato aut fideicommissio, si non inspectis verbis testamenti delatum sit, reuocatur. l. vlt. C. de reb. cred. & iureiur.

Itaque vel maximè hoc exigit fauor testamenti: ut facilius exitum habeat: & ne quid contrarium voluntati testatoris fiat: cum à testamento dependeat omnis causa illa renunciationis vel transactionis vel jurisurandi. Roland. à. Valle cons. 13. lib. 1. n. 26. & seq. Papon. lib. 3. Notar. 9. c. de restit. & transact. depend. ex testam.

Idem in aliis quoque conuentionibus obtinet, veluti est diuisio. Alex. cons. 114. n. 9. vol. 7.

15 Quod tamen de transactione ita declarandum est; sufficere ad eam sustinendam, saltem ex alia causa eos qui transegerunt, sciuisse tenore testamenti: quamuis ipsum testamentum non viderint: puta si forte testamenti exemplum habuerint. Modest. Pist. cons. 23. n. 4. vol. 1. Eadem quoq; ratio est in interdicto Praetoris de tabulis exhibendis: ut omnibus omnino, qui quid in testamento adscriptum habent, & tabulas sibi exhiberi desiderant, exhibedi

potes<sup>t</sup>as fiat. l. 3. §. 10. solent autem ff. de tab. exhib. l. 3. §. 9.  
ff. Ad exhiben. l. vni. C. eod.

Sed in eo tamen distinguitur inter heredes, & eos, <sup>17</sup>  
qui in testamento aliquid adscriptum habent, veluti lega-  
tarios aut fideicommissarios: quod illis quidem testamē-  
tum totum & integrum exhibendum est: his verò pars  
tantū illa testamenti, quæ ad eos præcipue pertinet: nisi  
probauerint in codem testamento ipsorum alio quoque  
loco mentionem habitam esse: nam tunc integrum his  
quoque exhibetur testamentum, secundum Zasium in l. 17.  
qui filiabus. in princ. ff. de legat. 1. Mynsing, in c. contingit in-  
terdum. circ. fin. De fid. instrum.

Tunc autem à judice vel magistratu competente ci- <sup>18</sup>  
tarī oportet eos, qui sua interesse dicunt: vt compareant in  
judicio, siue per se, siue per alium, si habeant jus compa-  
rendi, vel si sua interesse putauerint: vel vt compareant  
ad contradicendum. Cottain Memorabil. in verb. Citatio  
habilitat. Capol. caut. 205.

Quòd si igitur compareant in judicio: & testamen-<sup>19</sup>  
tum sibi aperiri vel publicari postulent: priùs de calumnia  
iurare coguntur. l. 1. C. de iure iur. propt. calum. dan.

Quod disertè in hoc ipso casu statutum est, ab Impp.  
Diocl. & Maxim. in l. 3. C. b. tit. cuius verba hæc sunt: Eius <sup>20</sup>  
quod ad causam nouissimi patris vestri judicij pertinet  
( Hæc solennia verba fuisse Prætoris in hoc edicto, ut & inter-  
dicto de tab. exhib. tradit h̄c Cuiaciu) de calumnia tibi ju-  
ranti, præter partem, quam aperiri defunctus vetuit, vel  
ad ignominiam alicuius pertinere dicitur, inspiciendi ac  
describendi, rector prouinciae facultatem fieri iubebit.

Quòd si tamen vel hæres vel legatarius, antequām  
de eo certi sint, petant inspici & describi testamentum, &  
sibl.

sibi exemplum dari ad cognoscendum, vtrum sua interfit: sanè tunc fieri hoc debet sine die & Consule: nomina tamen testium & tabellionis edi debent, ne scilicet quid excogitetur è die & Consule: & ne quid prælato die falsi fiat. d. l. 3. ibi prater diem ac consulem & d. §. seditiones. ubi Zas. n. 30.

Quam rationem sententia huius etiam reddit Vlpian. in d. l. 2. §. 6. Diem (ait) & Consulem tabularum non patitur Prætor describi vel inspici: idcirco ne quid falsi fiat. Namque etiam inspectio materiam falso fabricando instruere potest. Quod quomodo fieri possit, ostendit Harmenopulus lib. 1. tit. 4. quia nimium possit aduersarius, die cognito vel Consule, μεταγενέσεον ἔγγαρον αντεπιλογήν confidere: quo scilicet quasi posteriore prius rumperetur de quo est etiam apud Cuiacium lib. 3. observ. 7.

21.   Enimverò si Notarius vel tabellio, aut is, cuius munus est instrumenta atque testamenta confiscare, sibi edi quoque diem & Consulem perat: solet hoc à Prætore plerunque ei concedi: arg. l. 4. in princ. & §. 1. ff. de edendo. Bart. Bald. Alberic. & aly in d. l. 1. §. diem autem ff. b. tit.

22.   Testamentum autem totum edi vel maximè interest hæredis: vt secum deliberet, velit ne esse hæres ex eo testamento, vel non: & an consultum sibi futurum sit adire oblatam hæreditatem. l. 1. §. 1. & paß. ff. de iur. delib. l. vlt. §. & hac quidem. C. eod. tit. Fichard. cons. 4. lib. 2.

23.   Porrò quando & quo tempore, & vtrum in contingen-  
ti potestas inspiciendi vel describendi dari debeat à  
Prætore: an desideranti tempus aliquod præfiniri ad ex-  
hibitionem, quæritur. Et magis est (ait Vlpianus) vt dari  
debeat tempus, secundum locorum angustias seu prolixiti-  
tates.

tates. d. 4. §. 7. utrum autem hic. Nam & aliâs dilatio justa editioni instrumentorum conceditur, habita ratione locorum.

Quod adhuc distinctè magis definit Paulus ex L. 24  
Iulia, quæ proprio nomine lex vicesima hæreditatum dicitur; Testamentum (*inquit*) lex statim post mortem testatoris aperiti voluit: & ideo quamvis sit re*scriptis* variatum: tamen à præsentibus intra triduum vel quinque dies aperiendæ sunt tabulæ ab absentibus quoque intra eos dies, cùm superuenerint. Nec enim oportet testamentum hæredibus aut legatariis aut libertatibus quâm necessario vestigali, moram fieri, *ut est lib. 4. Sentent. tit. 6. §. ult.*

Quâ in lege & sententia primùm definitur illud, 25  
non tantum ut vicesima hæreditatum fisco præstetur: sed etiam ut tabulæ testamenti statim aperiatur.

Nec enim hæc res moram aut dilationem recipit: ac propterea ne testamentum aperiatur ex edicto D. Adriani, quod etiam ad vicesimam hæreditatum pertinet, appellare non permittitur: *ut rectè idem Paulus docet in l. ult. ff. de appellat. recip.*

Deinde & casus definitur, quo publicatio fieri 27  
debeat: non scilicet viuo testatore: sicut aliâs eo adhuc superstite testamenti apud acta insinuatio fieri potest, ut supra est dictum: sed demum post mortem testatoris: de qua planè constare debet. *d. §. ult. ibi, post mortem testatoris.*

Nam & si dubitetur, utrum viuat, an deceaserit is, cuius quis, quod ad causam testamenti pertinet, inspici describitque postulat: dicendum est, Prætorem causâ cognitâ statuere id debere: *ut si liquerit cum viuere, non per-*

mittat inspici tabulas: & vt ipsam scripturam quis inspi-  
ciat & sigilla, & quid aliud ex tabulis velit spectare, vt ait  
Vlpianus in d.l.2. §.4. si dubinetur. hic.

19 Quin imò nec Notarius, viuo testatore, testamentum hæredi edere debet, secundum Bald. hic. Sicut nec interdictum de tabulis exhibendis ad occultas viui & superstitis tabulas pertinet: quippe in quo Prator verbi Reliquerit fecit mentionem: l. 1. §. penult. ff. de tabul. exhib.

30 Planè enim nullum ante mortem testatoris valet testamentum; vt ex eo quis sibi aliquid jure vindicare queat: l. vni. §. igitur. C. de caduc. tollen. neque legati, cuius conditio viuo testatore impleta est, dies ante cedit, quam testator decesserit: l. 1. ibi, mortuo patre. l. 5. §. r. ibi, ex die mortis eius dies cedit, & paß. Quan. dies legia. vel fideicom. cedit. Denique nihil ex eo testamento cuiquam debetur: nisi morte confirmetur: post quam demum confertur testamentum. l. 4. ff. de adm. legia. o. cùm morte. §. caterum. De celebrat. missar. ὁπλα γὰρ διαδην. Θάνατον ἀνάγειν Φέρεσθε τὸ διαδημένα διαδην γὰρ εἰνὶ ρεντζίς Βεζαΐα, ἐπεὶ μή ποτε ιχύα γέτε ζῆ ὁ διαδημένος, hoc est, vbi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris: liquidem testamentum in mortuis ratum est: & nondum hoc valet, cùm vivit testator, vt scribit Apostolus in Epistola ad Hebreos. c. 9. vers. 16.

Quò etiam pertinet elegans ille Augustini locus in Psal. 21. Tamdiu contenditur de hæreditate mortuorum; quamdiu testamentum proferatur in publicum: & cùm prolatum fuerit in publicū: tacent omnes, vt tabulæ aperiantur & recitentur, iudex intus audit; aduocati silēt: præcones silentiū faciūt: vniuersus populus suspensus est:  
vt i.e.

vt legantur verba mortui non sentientis in monumento.  
Ille sine sensu jacet in monumento, & valent verba ipsius : Sed & Christus in cælo: & testamento eius contradicatur.

Tertio in eadem Pauli sententiâ hîc definitum legitur,<sup>31</sup>  
vbi & quandiu & coram quibus, & intra quod tempus  
publicatio & recitatio testamenti fieri debeat,

De loco quidem & tempore diei respondet I.C. publicationem fieri debere in foro vel basilicâ : & quidem inter horam secundam & decimam dici. Nam & eo diei tempore forum frequentissimum est : & omnino in loco publico solenniter testamenta recitari atque publicari receptum est. Olim quidem sub dio publicè aperiebantur tabulæ, Prætore clamante & conuocante homines: legabantur hæredes, legatarij, libertates, & alia quæ in testamento continebantur. Perinde ut & in Comitiis populi testamenta publicè condebantur : adhibita in testem populi concione per præconem conuocata: cuius præsentia auctoritas omnem solennitatem superabat. l. 1. & 2. C. de his qui in Eccles. manum. A. Gellius lib. 15. c. 27. Sigan, de antiqu. iure civ. Rom. lib. 1. c. 17.

Atque hæc quidem publicatio testamenti fieri debet<sup>32</sup> præsentibus testibus signatoribus : aut saltē in eorum defectum, præsentibus honestis, id est, probatæ fidei & existimationis, viris. l. 7. f. h. tit. l. 2. C. eod. Præsentes autem accipere debemus, veluti in patriâ, aut eo in loco, in quo hæreditas vel maior eius pars sita est, in quo hæreditatis controversia erit terminanda, d. l. 2. & l. vni, ibi, vbi hæritaria res sita sunt C. vbi de hæred. agatur.

Datur autem hoc edictum aduersus eos, qui penes se<sup>33</sup> habent tabulas, h. e. qui ciuiliter vel naturaliter possident aut detinent.

Sic

Sic n. explicatur hoc verbum in Basil. lib. 15. tit. 6.  
 c. 4. ὁ πολιτικὸς οὐ ὁ φυσικὸς νεμόμενος, ἐνάγεται τῇ παρα-  
 στασιᾳ τῶν πραγμάτων ἀγωγῆ, h.e. Civiliter & naturaliter  
 possidens ad exhibendum actione tenetur. Penes te enim  
 (ait Vlpianus) amplius est, quam apud te. Nam apud te  
 est, quod qualiter qualiter a te tenetur: Penes te est, quod  
 quodammodo possidetur. l. 63. penes te. ff. de verb. signific.  
 Proinde qui rem pignori accepit, vel apud quem deposita,  
 vel cui commodata, vel cui locata est, hoc editio te-  
 netur. d. tñ. 6 c. 4.

34 Denique ad tempus quod attinet, intra quod agi de-  
 beat, in eo rursus a Paulo distinguitur: ut si quidem præ-  
 sentes sint, penes quos sunt tabulæ testamenti, intra tri-  
 duum vel quinque dies a morte testatoris: sin vero abs-  
 sentes, intra totidem dies, cum superuenerint, hoc est, in  
 eo loco, ubi iudicium agitur, comparuerint, tabulæ testa-  
 menti aperiantur.

Sed absentibus quidem itineri faciendo vicena mil-  
 lia passuum in singulos dies dantur: quomodo & Macer.  
 in l. 1. Ad Legem Vicesimam, mille passus ita definit, ut est in  
 l. 154. mille passus. ff. de verb. signific. Quod & ab Vlpiano  
 aliâ traditum legitur, in l. 3. ff. d. tu. ibid. Aliat. Breche.  
 Forner. & Gædeus. Postea vero cum superuenerint, ni-  
 hilominus his jam presentibus conceduntur tres vel  
 quinque dies ad aperturam testamenti. d. §. vii.

35 Et quidem a Paulo ibidem additur ratio, cur statim  
 aperiri tabulas expediat: quod nimirum non sit magis æ-  
 quum per causam testamenti clausi hereditibus aut lega-  
 tariis aut libertatibus moram fieri, quam necessario vesti-  
 gali, id est, vicesime hereditatum: quam aliâ onera Im-  
 perij introduxerunt pro utilitate communi, ut ait Plinius

*in PAegyrico.* Sciendum est. n. Augustum Cæsarem, æra-  
rio multis bellis exhausto, noua introduxisse vestigalia: ex  
quibus etiam erat vnum apertarum tabulatum: ab eo  
tunc adiectum, cum antea essent tria tempora, facti scilicet  
testamenti, mortis, & aditionis hæreditatis: quam trans-  
mittere non poterat hæres ante apertas tabulas: sed fisco  
cedebat: ut & legata; contra regulani juris, quæ post scrip-  
ti hæredis mortem ante aditionem transmittit legata ad  
hæredem legitimum.

Itaque pariter eam legis vicesimæ partem, & fisco, &  
hæredibus & legatariis & libertatibus utilem esse; ac pro-  
pterea in eo testamento moram fieri, aut publicum pri-  
uatumque commodum impediri, nullo modo oportere  
Paulus existimat. d. g. vlt. ibique Cuiac. qui ex codici-  
bus nouem hunc locum restituens, ut idoneus sensus red-  
datur, pro *testamentum* legendum censet *testamento*.

Cæterum jure Saxonico hodie intra tricesimum diem  
à morte testatoris peti non potest apertura siue publicatio  
testamenti: ut nec ipsa hæreditas, vel legatum in testamen-  
to reliatum, *de quo est lib. 1. Landrecht. art. 22. ibi Gloss. n.*  
*3. & art. 28. ibid. in summ. n. 1. ibi. Vor dem dreissigsten*  
*mag niemands sein Recht am Erbe fordern / & lib. 3. art.*  
*15. ibi. si res hereditaria post tricesimum defuncti postuletur.*  
*& notat VVesenbec. in Paratit. sub tit. Testam. quemad. aper.*  
*n. 4. & Coler. de execut. process. part. 2. c. 3. nu. 382. & 398.*  
*vbi scribit. tempus jacentis hæreditatis hoc jure inter præ-*  
*sentes esse XXX. dierum, à scientia mortis testatoris com-*  
*putandorum.*

Sed quid si quis non negans apud se tabulas esse, mi-  
nimè tamen patiatur inspici & describi? Sanè tunc o-  
maino eum à Prætore vel judice competente compel-  
lendum

lendum esse, ait Vlpianus in d. l. 2. §. ultim. in princ.

Quod si ramen neget penes se tabulas esse; eo casu  
cum ad interdictum de tabulis exhibendis remittendum  
esse idem respondet Vlpianus in d. §. ult. in fin.

Quod multò etiam clarius expressit idem Iuriscon-  
sultus in d. l. 1. §. 1. ff. de tabul. exhib. Si quis fortè ( ait )  
confiteatur, penes se esse testamentum: jubendus est ex-  
hibere: & tempus ei dandum est, ut exhibeat, si non po-  
test in præsentiarum exhibere. Sed si neget se exhibere  
posse vel oportere: interdictum hoc, id est, actio in factum  
de tabulis exhibendis competit.

Ratio autem, cur aduersus confitentem se tabulas  
habere testamenti Edictum de aperiendis tabulis, adver-  
sus negantem verò interdictum de tabulis exhibendis à  
Prætore detur, à Baldo hæc assignatur: quod nimirum  
edictum illud officio judicis, sine litis contestatione & in  
confitentem detur: hoc verò interdictum formam exi-  
git, exceptiones & probationes, ut not. Gotofred. in d. l. 2.  
§. ultim.

37 Verba autem interdicti de tabulis exhibendis sunt  
hæc: Ait Prætor: Quas tabulas Lucius Titius ad cau-  
sam testamenti sui pertinentes reliquise dicatur: si haec penes  
te sunt, aut dolo malo tuo factum est, ut desinerent esse: ita  
eas illi exhibeas, d. l. 1. in princ.

Præter hoc verò interdictum ipsi hæredi competit  
38 vindicatio tabularum: sicut & cæterarum rerum hære-  
ditariarum: & ob id ad exhibendum quoque agere po-  
test: eodem Vlpiano teste in l. 3. ff. Testam. quemad. aperi.

Siquidem cui vindicatio, ei & ad exhibendum a-  
ctio competit: quæ propter vindicationes inducta est:

quarum est quasi præparatoria. l. 1. in f. l. 3. §. 3. & paſſ. ff.  
Ad exhiben.

Cæteris tamen extra hæredem, qui tabulas testamen- 39  
ti, vel codicillos, vel quid aliud ad testamentum pertinens  
exhiberi velint, non competit actio ad agendum: cùm  
sufficient iis interdicta in hanc rem competentia: ut ex  
sententia Pomponij idem respondit Vlpianus. in d. l. 3. §.  
8. si quis extra hæredem, de quo est etiam in Synopsi Basil. lib.  
15. tit. 4. c. 3.

Porro de judice & judicis officio, & quomodo in  
hac causa procedere debeat, videndum est.

Quod attinet ad judicem huius causæ; coram Prä- 40  
tore, aut rectore prouinciæ, aut alio quocunque judice vel  
magistratu competente, hoc est, loci ordinario, apertura  
sive publicatio testamenti fieri debet. l. 4. ibi, Pratoris id  
officium est. ff. Testam. quemad. aperi. l. 2. C. eod. ibi, per re-  
ctorem prouincie.

Quod & Imp. Alexander ita rescripsit in l. 1. C. eod.  
Ut testamentum, quod dicis factum, proferatur, & publi-  
cè reciteretur, competens judex jubebit. Nam etsi in testa-  
mento alicuius laici clericus institutus sit, nihilominus a-  
pud judicem secularem prius fieri debet publicatio, Graff.  
in §. testamentum. q. 61. n. 2.

Quod autem judicis in eo sit officium, & quæ ab eo 41  
forma & solemnitas obseruari debeat in publicando testa-  
mento: quamuis ex his, quæ paulò antè ex Pauli lib. 4.  
Sentent. tit. 6. sunt exposita, satis intelligitur: non abs te-  
tamen fuerit singula in specie adhuc magis declarare ex  
his, quæ ab Vlpiano Paulo & Caio luteconsultis propo-  
nuntur in l. 4. cum triib. ll. seqq. ff. b. tit. Ait Vlpianus:  
Cùm ab initio aperiendæ sunt tabulæ: nempe adi-  
to

42 to judice, vel pro tribunali, id est, viua voce, siue per libellum. d. l. 3 eiusque officio implorato: siue ab haerede, siue legatario aut quolibet alio, cuius interest, aduersus eum, penes quem sunt tabulæ: quas scilicet ipse non quidem negasse habere, sed nolle tamen proferre dicit: Quod vtique, antequam agatur, liquidò constare debet: vt intelligatur, qua actione agi oporteat, ne judicium fiat elusorium: & sic de eo prius interrogari debet aduersarius, an habeat testamentum; & si habeat, an velit aperire, vel non: arg. l. penult. ff. de interrog. actio. Alex. in l. 2. n. 7. C. de testam. Cyn. Alberic. & Sichard. in l. 1. in si C. Quomod. testam. aperi.

Tunc ergo si habere se quidem tabulas fateatur, sed tamen nolit proferre in publicum: ex hoc ipso edicto  
43 Prætoris de tabulis aperiendis competit auctor: Alioqui vero si neget, tunc locus est interdicto Prætoris de tabulis exhibendis: ut jam anteà quoque expositum est.

In hoc itaque casu, cum ex edicto Prætoris ad aperturam & inspectionem testamenti agitur: Prætoris id officium est (ait Vlpianus) vel cuiusque idonei & competentis judicis, veluti rectoris prouincie, aut cuiusque loci magistratus ordinarij l. 1. & 2. C. cod. ut cogat vi & potestate officij sui, quo fungitur tanquam Prætor aut judex ordinarius; signatores, hoc est, septem testes in testamento sigillando & subscribendo ritè ac solenniter adhibitos conuenire in loco judicij. & sigilla sua recognoscere, hoc est, cognoscere ex his, an sigillauerint & subscriplerint, & cognoscere, an suum sigillum suamque scripturam vel manum fateri velint.

Nam cognoscere instrumenta est relegere & reconoscere,

gnoscere, h. c. agnoscere, quod à se scriptum est, l.56.  
cognoscere, in pr. ff. de verb. signif. & l.15. §. item Sena-  
tus, ff. Ad L. Corn. de fals.

Addit Paulus in l. 5. h̄c. vel negare se signasse,  
hoc est, diffiteri, ut vulgo loquimur, & sigillum suum, &  
subscriptum suum esse: quod plerunque juratō fieri  
solet.

Posse enim cogitentes, ut sigilla sua recognoscant, in-  
dubitati juris est: c.2. & passim, de testib. cogend. saltem co- 45  
ercitione illa, qua Pr̄etor aduersus testes & signatores vi-  
tetur: publica scilicet suadente vilitate, quæ versatur in  
conservazione testamentorum. Publicè n. expedit su-  
prema hominum judicia exitum habere, ait Pau-  
lus in d. l.5.

Conuocat ergo Pr̄etor omnes signatores & testes,  
quorum annulis testamentum obsignatum est: eosque  
ordine interrogat, an sigilla sua agnoscant & fateantur.  
Et si quidem agnoscant, & sua esse sigilla fateantur; nul-  
lam res dubitationem habet, quin statim aperiri debeat  
testamentum.

Quòd si verò sigilla sua non agnoscant omnes: sed 46  
alius unus aut ex signatoribus vel testibus nō videri sibi si-  
gillum suum esse palam profiteatur: sanè eo quidem  
casu suspectæ tabule redduntur: sed interim nihilominus  
aperiuntur: ut est in Synopsi Basil. lib. 35 tit. 6. c.2. iāvris  
ἀγνοστοι τελοὶ ιδιαὶ σφραγίδαι, ὑποπτεύεται εἰς τὸ διαδήμητον,  
ἀνοίγεται δέ. Nam poterit cognosci postea veritas, & dilui  
suspicio: quia aperto testamento adhuc remanent sigilla:  
& sic aperitur testamentum, vt sigilla non delectantur aut

abo-

aboleantur. Idq; tunc fit præcipue, si maior pars testium recognoscatur l. 6. ff. h. tit.

Ait .n. Vlpianus. Sed si maior pars signatorum fuerit inuenta: poterit ipsis interuenientibus res signari testamentum, & recitari. Quod in Synopsi Basil. lib. 3. tit. 6. c. 6. ita expressum legitur: τὸ πλέον μέρη τῶν μαρτύρων ἐνεργομένα, η διαθήκη Διπλοφεραγίζεται καὶ ἀναγνώσκεται. id est, Maiori parte testium inuentâ, testamentum resignatur & recitatur,

**47** Quid igitur, an sigilla & subscripta eorum testium, qui absunt, saltem in contumaciam tunc pro recognitis acceptari possunt & debent? Nam hoc aliâs fieri solere in causa ciuili notum est, per Gloß. in Clem. 1. De dol. & contumac. in verb. manifesto. Imol. in l. si finita. §. si plures n. 73. ff. de damn. infect. Calcan. conf. 16. n. 11. cum alijs alleg. per Gayl. lib. 2. obser. 89. n. 7.

Minimè illud quidem: sed imò potius apertum testamentum denuò obsignatum ad testes absentes mittitur: vt & ipsi sigilla sua atque subscripta recognoscant. l. 7. sed si quis. ff. h. tit.

**48** Ait enim ibi Caius: Sed si quis ex signatoribus aberit: mitti debent tabulae testamenti, vbi ipse sit, vt i agnoscat. Quod etsi iniquum & quodammodo inconveniens esse videtur, nihilominus toleratur, vt Gloß. hic notat, vel propter hanc solam rationem: quod & aliâs testis negotia sua omittere nullo modo cogi possit aut debeat, testimoniij dicendi causâ: ne officium, quod alteri prestat, ei sit damnosum. l. 3. ff. de testib.

Quam

Quam rationem h̄ic quoque assignat Caius: Nam (inquit) reuocari eum agnoscendi causâ onerosum est.

Et addit rationis huius rationem idem Caius: Quippe l̄apse cum magna captione à rebus nostris reuocamur.

Confirmat deinde hoc ipsum notissima juris regula seu axiomate: Et sit iniquum damnosum cuique esse officium suum: maximè verò si publicum sit officium: quod nemini vel damno, vel compendio esse debet, ut est apud Africanum lib 7. Questionum, que refertur in l. 29. videlicet ff. Ex quib. maior. in integ. restit. Nam & absentia eius, qui Reipub. causâ abest, neque ei, neque alii damno sit esse debet, secundum Elpianum in l. 140. absentia. ff. de reg. jur.

Sed quid si omnes testes absint: an tunc nihilominus necessitate ita urgente, altera parte postulante, aperiendū est testamentum? Ait Caius in d. l. 7.

Nec ad rem pertinet, unus absit, an omnes? Posse tunc quoque aperiri testamentum censet Caius, ita postulante, & necessitate cogente: quæ legem non habere vulgo dicitur: sed non nisi adhibito legitimo quodam remedio.

Sic n. ibidem subiicit Caius: Et si forte, omnibus absentibus, causa aliqua aperire tabulas virgeat: debet Proconsul (nam idem est officium Proconsulis in provincia, quod est Pratoris in urbe) curare, ut interuenientibus optimæ opinionis viris (loco scilicet testium absentium) aperiatur: & post descripturn & recognitum factum ab usdem, quibus interuenientibus aperiatur, obsignentur; tunc

tunc deinde eò mittantur, vbi ipsi signatores sunt, ad inspicienda sigilla sua. In eandem sententiam quoque scribit Paulus lib. Sent. 4. tit. 5. §. 2. Testamenta (ait) in municipiis, coloniis oppidis, præfectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica, præsentibus testibus vel honestis viris, inter horam secundam & decimam diei (nam eo maximè tempore frequentissimum est forum) recitari debent: exemploque sublato ab iisdem rursus magistratis obsignari, quorum præsentiâ constat fuisse aperta. Idem quoque Alexandro rescripsérunt Impp. Váler. & Gallien. in l. 2. C. eod. tit. Testamenti (inquit) tabulas ad hoc tibi à patre datas, ut in patriam perferantur, affirmas: potes illuc perferre: ut secundum leges moresque locorū insinuentur: ita scilicet, ut testibus non præsentibus, adiutrius vel pro tribunali, vel per libellum rectorem prouincia procureris: ac permittente eo, honestos viros adesse facias: quibus præsentibus aperiāntur: & ab his (posteaquam describendi potestas facta est) rursum obsignentur.

50 Plerunque autem hodie judex ad testes absentes si quidem in suo territorio sint, & sine magno incommodo venire non possint, notarium vel officiale mittere solet ad recognoscendum sigilla, & ad juramentum recipiendum: sin autem in alieno sint territorio, committit hoc judici illius loci, & per eum hoc in subsidium expediri postulat: ut est in Præctica Rolandini, part. 1. Rubr. ult. n. 4.

Sed hæc quidem in testibus superstribus ita procedunt: quid autem si testes mortui sint, an eo casu subsistit testamentum, an verò concidit? Et sane communis DD. est opinio, nō subsistere eo casu testamentum, sed omnino concidere: cùm expressè in legibus sit traditum, sigilla inspici & recognosci oportere à testibus; qui si defun-

Eti sunt, cum non possit amplius fieri ea recognitio sigilli: totius testamenti corruere videtur auctoritas: per ea qua communiter tradunt DD. in d.l. cùm ab initio. & l. seq. per text. in c. 2. De fid. instrum. ubi aperte scribitur, mortuis hæ redibus scriptis testamentum infirmari. Sic, n. ibi ait Alex. III. Pontifex: Scripta authentica, si testes inscripti deceperint, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere: nisi per manum publicā facta fuerint, ita ut appareat publica, aut authenticum sigillum habeant, per quod probentur.

Sed nō obstante illo, verius est, non idcirco testamē tum fieri inutile aut irritum: licet sigilla à testibus mortuis recognosci amplius nequeunt: dummodo appareat ab his testamentum subscriptum aut signatum fuisse. Neque, n. recognitio ista aut inspectio sigillorum facit quidquā ad formam & substantiam ipsius testamenti; sed potius ad fidem faciendam, & falsitatem evitandam, & vim ipsius testamenti sustinendam: quò facilius suprema hominum judicia testium asseueratione confirmata exitum suum habeant. Nam & olim absq; testium sigillis siebant testamenta, quæ jure Prætorio demum inuenta sunt. §. sed cùm paulatim. Inst. de testam. ordin. Ac proinde sufficit eo casu fidem testamenti aliis administriculis suffulciri, aut conieeturis idoneis probari, saltem fauore ipsius testamenti: cui potius fauendum est, præsertim si aliunde voluntas satis appareat, & ex solennibus nihil sit omissum l. 19. legata inutiliter ff. de leg. 1. Iniquum. n. fuerit, vt vnius vel alterius testis facto, pereat testamentum: cùm alioquin de voluntate eius certò liqueat. Ita pulchrè trudit Vigl. Zuichem. in §. 7. Inst. de testam. ordin. n. 9. & 10. arg. l. vlt. C. de edict. D. Adriani tollen: ubi Imp. Justinianus in hunc modum rescripsit. Sancimus, vt si quis ex asse vel parte institutus, competenti judicii testamentum ostenderit non cancellatum, neque abo.

abolitum, neque ex quacunq; sui parte vitiatum; sed quod primâ figurâ sine omni vituperatione appareat: & depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum, quæ testatoris fuerunt mortis tempore, non autem legitimo modo ab alio detinentur: & eam testificatione publicarum personarū accipiat. Sin autem aliquis contradictor extiterit: tunc in iudicio competente causæ in possessionē missionis, & subsequæ contradictionis ventilentur; & ei possessio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis jura ostenderit. Sed quid si agatur de testamento non scripto, verū nuncupatio, an uno teste mortuo concidit illud testamentum? Negat hoc Viglius in loco præalleg. n. 5. & 6 quod tamē ex Azonis opinione in eo testamento aliter se habere affirmat Accursius in l. vlt. C. de fidei commiss. Quod multò etiam magis tunc procedit, si Notarius adhibitus sit in eo actu, qui publicum de eo instrumentum conficiat. Nam tunc siue testes moriantur, siue fidem amittat suam, conditione fortassis mutata, nihil nocet: neq; eo casu signa recognoscere testes, aut eos examinare necesse est: cùm Notarii publicū documentum abunde jam fidem faciat: quo & ipso ferè factum est, ut vetus omnis testandi solennitas hodie immutata, ac propemodū vnā cum pristino publicandi, testamenti more sublata sit: ut ibid. Vigl. n. 6. per not. Bart. in l. 1. & 2. ff. h. tit. & in l. in donationib. ibi gl. C. de donatio. cum ibi alleg. Quid autem si tabulæ suppressæ vel planè abolitæ sint? Ad hoc respondet Vlpianus in l. 10. s<sup>e</sup> in duobus. S. vlt. ff. h. tit. Ait: Si tabulæ non compareant, vel exsistæ sint: futurum est, ut subuenire legatariis debet. Idem est, si suppressæ vel occultatæ sint.

<sup>52</sup> Tunc igitur incerta petitio admittetur: et si neque incerta probatio, neque condemnatio admitta-

tur, l. 1. §. 3. in fin. & §. ultim. ff. de bonor, possib, secund.  
tabul.

Extra hos casus verò si quis propria auctoritate, non <sup>55</sup>  
requisito judice vel magistratu, neque adhibitis testibus  
vel idoneis personis, clausum testamentum aperiat: per  
hoc efficit, ut omnem suam vim amittat testamentum:  
maximè si in publicum instrumentum non sit redactum,  
ita ut si. t. m. non amplius faciat: quod aliás publicatum  
fidem habet perpetuam l. 2. C. de testam. Sichard. in l. 2. C.  
Testam. quemad. aperi. n. 4.

Quod si tamen sui naturâ tabulae patefactæ sunt: a-<sup>56</sup>  
pertum videri testamentū non dubitatur: ita ut tunc quæ-  
rere non sit opus, à quo aperiantur: ait Ulpianus in d. l. 10.  
si in duobus §. 1.

Sed & si in duobus exemplaribus scriptum sit testa-  
mentum, alterutro patefacto, apertæ tabulae sunt, d. l. 10. <sup>57</sup>  
in princ.

Si verò quis fecerit testamentum, & exemplum eius:  
exemplo quidem aperto, nondum apertum est testamen-<sup>58</sup>  
tum. Quod si tamen authenticum patefactum est: totum  
est apertum, ut ait idem Ulpianus in l. vlt. ff. eod. tit. Roman.  
sing. l. 32.

Quod autem de testamento dictum est; idem quo-  
que de codicillis recte dicitur: non priuata sed publica <sup>59</sup>  
auctoritate, & cum certa quadam solennitate eos publica-  
ri debere. Sic enim Impp. Gratian, Valent. & Theodos.  
rescripsierunt, in l. vlt. C. b. tit. Codicillos seu scripturam,  
(puta epistolam fideicommissariam, & omne omnino scriptum  
testamentum etiam imperfectum) quolibet tenore forma-  
tam ea oportebit obseruatione in publicum proferri, quâ  
testamenta panduntur, Pars ,n, testamenti sunt codicilli.

*l. penult. ff. b. tit. Z. us. in pr. de leg. 1. n. 2. Cotta in Memorab.  
verb. Codicilli.*

60 Cæterum in his omnibus vel maximè attendi debet  
mos cuiusque loci, & stylus, ut vocant, ipsius curiæ, d. l. 2.  
*ibi secundum leges moresq. locorum. C. h. tit.*

Quanquam enim in publicandis testamentis mos re-  
tinendus est antiquissimæ vetustatis: *ut ait Imp. in l. 10.  
testamenta. C. de testam.* tamen in his, quæ ad formam &  
ordinationem judicij, vel executionis faciendæ modum  
pertinent, cuiusque loci, in quo judicium agitur, con-  
suetudo rectissimè obseruatur. *arg. l. 3. §. vlt. ff. de testib. &  
l. 1. C. Qua sit long. consuet Innoc. in c. 1. col. vlt. De consuet.  
& laic Sichard. in l. 2. C. h. tit. Schurf. cons. 20. num. 10.  
cent. 2.*

61 Atque hic primus est modus conseruandæ ultimæ  
voluntatis testatoris defuncti: nempe Publicatio testamē-  
ti: sine qua hæres saltem ex parte scriptus, nisi suus hæres  
sit, hæreditatem testamento delatam legitimè acquirere  
non potest: quamuis ex alse scriptus hæres etiam clausis  
tabulis testamenti eam sibi acquirit.

62 Quid si verò hæres veluti agnatus proximus, qui et-  
iam ab intestato hæres futurus erat omisssâ causâ testamē-  
ti, in fraudem legatorum ab intestato vel alio modo pos-  
sideat hæreditatem vel partem eius: vtpote pro hærede  
vel pro honorum possessore; aut etiam pro possessore sim-  
pliciter: nihilominus is tenetur legatariis; & perinde le-  
gata præstare cogitur, atque si hæreditatem testamento  
delatam adisset.

63 Quemadmodum & legatarius, à quo fideicommis-  
sum relictum est; si vt hæreditas omittatur, curauit, dolo-  
que id fecit, fraudandi alterius causâ: similiter conueni-

tur ex eodem Prætoris edito, de quo est tot. tit. in Pand. & Cod. Si quis omisſa causa testamenti ab intestato vel alio modo poffideat hereditatem.

## C A P V T V.

Q V O R V M T E S T A M E N T A  
N O N A P E R I V N T V R.

## S V M M A R I A.

1. *Quib. casibus testamenta non aperiuntur.*
2. *Primus casus, de testatore à familia præsumptiuè necato.*
3. *SC. Sillanianum & Claudianum.*
4. *Heredi aut legatario ante questionem publicanti testamentum, neq; ulciscēti necem defuncti tanquam indigo auferetur hereditas. Et quid si alius hoc fecerit, cui nihil relictum est? n. 5.*
5. *Secundus casus, de testatore prohibito vel coacto testari.*
7. *Casus aliij, quibus auferitur hereditas, remisiuè.*
8. *Pœna causa relictum an valeat? & quid iure nouo sit constitutum. n. 9.*

**S**VNT tamen nonnulli casus legibus excepti, quibus neque adiri hereditas, vel bonorum possessio peti: neque aperiri tabulae testamenti, vel quodcumque aliud pertinens ad causam testamenti, exhiberi posse aut debere creditur.

Primus casus est, si testator à familia necatus esse dicatur. Nam tunc si quid ad causam testamenti pertinens relictum erit ab eo, qui occisus esse dicetur: id. ne quis sciens dolo malo aperiendum, recitandum, describendum, vécu-

vé curet: edicto Prætoris cauetur: antequām de familia eius quæstio habita suppliciumq; de noxiis sumptum fuerit. Quod ita Senatusconsulto Sillaniano & Claudiano,  
 3 quod & Pisonianum & Neronianum dicitur, magna ratione cautum fuit: ne scilicet hæres propter compendium familiæ suæ tantum facinus occultaret.

Quod si igitur hæres legatarius vé contra edictum  
 4 ante quæstionem sciens testamentum publicauerit aut aperuerit: vel vltus non sit necem testatoris defuncti: au-  
 5 fertur ab eo tanquam indigno hæreditas, & fisco vindi-  
 catur: Sin alias id fecerit, cui nihil relictum est: in eum centum aureorum datur judicium, quod populare est:  
 vt patet ex tot. tit. ff. de SC. Sillanino & Claudiano, & quo-  
 rum testamenta non aperiantur. & ex l. penult. C. de his quib.  
 ut indig. aufer. hered. de quo etiam est apud Paul. lib. 3.  
 Sentent. tit. 5. & Tacitum lib. 13. & 14. & Plinium in  
 Epistolis.

6 Alter casus est, si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit. Nam & tunc ex constitutione Hadriani, hæ-  
 redi quasi indigno eripitur hæreditas: & actionibus dene-  
 gatis sit locus fisco, saltem in parte hæredis delinquentis.  
 de quo est tit. Dig. & Cod. Si quis al. quem testari prohibuerit  
 vel coegerit: & de eo iam antea quoq; in parte sexta, cap. 9.  
 expositum est.

7 Præter hos vero casus sunt & alij nonnulli, quibus non hæreditas solum. vt hic, sed etiam legata eeu indi-  
 gnis auferuntur; de quibus est in tot. tit. Dig. & Cod. de his  
 quibus ut indig. aufer.

Quæritur etiam non in commodè fortassis in hoc  
 loco,

loco quid juris sit, de his quæ poenæ causâ relinquuntur? Et sanè legatum huiusmodi non valere, manifesti juris est. Sic enim scribit Africanus in libro *Questionum*: Filio-familiâs (*inquit*) vel seruo hærede instituto, etiam si in patris dominivé poenam illicite vel probrosè datum est: nullius momenti legatum esse respondi. Non enim id solum, quod in hæredes, sed omne, quod in cuiusque lucrum aliquod ex ultima voluntate sentientis poenam, in testamento scriptum sit, nullius momenti habendum: ut est in l. 1. ff. de his quæ pœn. caus. reling. Idem scribit Vl- pianus, in fragm. Inst. tit. 25. §. 13. Poenæ (*inquit*) causâ certæ vel incertæ personæ ne quidem fideicomissa dari possunt.

Quod Antoninum Pium Cæsarem primùm ita constituisse, ne poenæ causâ legatum valeret, teſtiſtis est Iulius Capitolinus & Spartianus in vita eius.

Sed hodie poenæ nomine legatum utile esse, & valere constat: vt ita ratione juris potior sit suprema testatoris voluntas: niſi tamen poena rei probrosæ vel legibus interdictæ, aut simpliciter imposſibili adiecta sit: vt constituit Imp. Iustinianus in l. vni C. de his quæ pœn. nomi. in teſtam, vel codicil. reling. & §. vlt. Inst. de lega,

Sed de his omnibus suo loco fusiūs & enucleatiūs tractabitur.

## CAPUT VI.

D E I N T E R P R E T A T I -  
O N E T E S T A M E N T O R V M  
& vltimorum voluntatum.

## S V M M A R I A.

1. Secundus modus conseruandi testamenti, interpretatio eiusdem, & quomodo ea facienda. n. 2.
3. Favore testamenti, quod instar legis est, pro eo potest, quam contra illud, pronunciandum.
4. Testamenti à testatore seu auctore adhuc superstite petenda est interpretatur.
5. Suorum verborum quisq; est optimus interpres.
6. In declaratione testamenti nulla requiritur solennitas.
7. Mortui testatoris dubia voluntas quomodo interpretanda: si vel de nomine dubitetur, in quo distinguitur. n. 8. vel de verbis. n. 9. vel de facto. num. 18. vel de iure. num. 25.
10. Propria significatio verborum spectanda, si sint ambiguæ. & quatenus non, & quidem in tribus num. 11. num. 12. & num. 13.
14. Contra ius & leges nemini testari licet.
15. Secundum ius aut iuri rationem facienda est testamenti interpretatio; aut secundum sententiam vel cogitatum testatoris, num. 16.
17. Sententia testatoris ex quibus conjecturis vel presumptionibus estimetur.
19. Boni viri seu judicis arbitrio, si de facto dubitetur, interpretatio

terpretatio testamenti fieri debet: vel ex verisimili aut eo, quo d' plerunque ab eo fieri solet, n. 20, vel ex representatis opportunitate, n. 21, vel ex eo quod actum est, aut consuetudine loci: n. 22. vel ex benigniore aut humaniore ratione, n. 23, vel denique ex pleniori aut largiore intellectu n. 24.

**A**Iter modus conseruandi testamenti est interpretatio ultimae voluntatis testatoris, si forte in eo aliquid dubij vel obscuri insit, non modo in verbis & sermone, sed etiam in jure aut facto.

Semper n. in dubio cum de conseruando testamento agitur, ita facienda est interpretatio, ut maneat voluntas testatoris potius, quam ut pereat, l. 12. quoties in actionibus & l. 21. ubi est ff. de reb. dubijs. l. 80. quoties in stipulationib. ff. de verb. oblig. l. 16. in fi. princ. ff. Ad Treb. l. 109. si quando in princ. ff. de lega. l. 156. semper in dubijs. ff. de reg. iur. Alci. at. 3. præsumpt. 34.

Magnus quippe fauor est supremæ voluntatis defuncti: quæ ceu res sacrolancta immutata esse debet. l. 18. cum necessitatem. C. de fidei omissi, atque adeo pro lege & jure seruanda est. §. 1. Auth. de nupt. ita ut non immittere præualere dicatur ea sententia, quæ in fauorem testamenti prolata dignoscitur, ut vult Marcellus in l. 10. si pars. in fi. princ. ff. de inoff. testam: siquidem publicè expedit supremas hominum voluntates exitum sortiri. l. 5. ff. Testam. quemad. aperi. Neque vero nobis propositum est, partem hanc juris latissimè patentem de interpretatione & concieñuris ultimarum voluntatum ex professo hic tradare ac persequi: quæ à multis juris interpretibus ac præcipue à Simone de Pratis & Francisco Mantica (vt alios omit-

omittamus) aliquot libris satis amplè & luculentè exposita est: sed breuiter tantum & veluti per indicem quædā summa rerum capita & axiomata notare & quasi delibare: cætera auditorum operæ atque industriæ, cùm in medio sint scripta eiusmodi publica, committentes.

Primum igitur animaduertendum est illud, aut superstitis adhuc testatoris, aut defuncti testamentum in disceptationem vocari solere.

4 Et quidem si testatoris adhuc superstitis testamentum disceptetur: commodissimum fuerit ab eo ipso auctore interpretationem eius petere: cùm unusquisque optimus suorum verborum sit interpres: ut ipse voluntatem suam, quam omnino ei mutare licet, rectè & intelligenter declareret: quod vtique facere potest, etiam nulla adhibita solennitate: cùm per huiusmodi declaracionem nihil detur, sed jam anteà datum explanetur. l. 21. heredes palam. §. 1. ff. Qui testam. fac. poss. ubi in hunc modum scribit Vipianus: Si quid (inquit) post factum testamentum mutari placuit, omnia ex integrò (solenniter scilicet) facienda sunt. Quod vero obscurius in testamento vel nuncupat, vel scribit, an post solennia explanare possit, queritur? Et puto, posse: nihil enim nunc dat, sed datum significat.

7 Quod si vero mortui testatoris disceptetur voluntas: nec liquidò constet, quid voluerit: multum refert an in nomine, vel verbis, vel facto, vel jure sit controversia,

Nam si quidem de nomine aut cognomine oritur dubitatio: in eo plerunque ita distinguitur: ut si constet de persona vel corpore, non impedit tunc voluntatem testatoris error nominis. *d. l. haredes palam, ibi, Gloß. in verb. posse. & l. si quis. C. de testam.* Si verò non constet de corpore, ut nulla tunc admittatur interpretatio. *l. 62. in tempus. §. quories. ff. de haredis insit.*

Sin autem de verbis sit controversia aut disceptatio: *tunc voluntatis quæstio est: quæ nascitur vel ex ambi-*  
*guo, vel ex scripto & sententia, ut Rhetores vocant.*

*Quod si igitur verba ambigua sint: in his interpre-*  
*tandis propria eorum significatio præcipue spectanda est:*  
*quippe à quibus nec aliter recedere licet: nisi manifestum*  
*fit aliter sensisse testatorem. l. 69. non aliter ff. de lega. 3. l.*  
*17. in his. ff. de conditio. & demonstra.* Nam tunc perinde  
est, ac si nulla in verbis sit ambiguitas: ita ut tunc non de-  
beat admitti voluntatis quæstio. *l. 25. ille aut ille. §. 1. ff. de*  
*lega. 3.*

At verò si aliud voluisse testatorem constet: eo casu  
verba & scripturam commoda aliqua interpretatione ad  
voluntatem eius deflectere licet. *l. 3. §. interdum. ff. de reb.*  
*dubiosis.*

*Quod etiam tunc fieri debet, si aut ex verbis aliqua-*  
*resultet absurditas: aut si apertè scriptum sit contra leges,*  
*l. 21. ubi est. in fin. ibi. nisi cùm apertè contra leges scriptum est*  
*ff. d. tit.*

Siquidem nemo in suo testamento cauere potest, ne  
leges in eo locum habeant. *l. 55. nemo. ff. de lega. 1. l. 35. si*  
*quando. C. de inoff. testam. in pr. veluti si testamenti facio-*  
*nem non habuerit; aut si in ea solennia iuris non obser-*  
*uauerit: aut si de ea re, quæ non est in commercio homi-*  
*nium,*

num, testatus sit. d.l. nemo ibi Gotofred. & in l. 39. apud Iuli-  
num. §. vlt. ff. de leg. 1. Iul. Clar. lib. 3. Sentent. §. testamen-  
tum. q. 61. & seq.

Tunc ergo mens potius & voluntas testatoris, hoc  
15 est, ipsius testamenti sententia, quam verba, spectanda  
sunt: & interpretatio facienda, vel secundum jus aut juris  
rationem; cum qua omnino conuenire debet voluntas  
testatoris; exemplo l. 19. si cognatis. ff. de rebus dubijs. & l. 3.  
§. 19. liberi. ff. de bon. posse. contr. tab. & l. 3. §. quando. ff. de  
16 iure fisci. vel secundum id, quod credibile est cogitasse  
aut sensisse testatorem. l. 24. cum in testamento. ibi, secundū  
id quad credibile est cogitatum. ff. de reb. dubijs.

Nam & aliâs in ambiguis orationibus maximè spe-  
ctanda est sententia eius, qui eas protulit, l. 97. in ambiguis  
& l. 152. Neratius. ff. de reg. iur.

17 Tunc ergo conieccio fit eius, quod reliquit, vel ex  
mente & voluntate patrisfamiliâs; vel ex consuetudine  
eiusdē: aut etiā ex consuetudine & more regionis illius, in  
qua versatus est: (hoc est, ex usu fori, sive stylo curie, ut lo-  
quimur:) vel ex dignitate legatarij, vel charitate & necessi-  
tudine: vel ex vicinis scripturis, & ex his, quæ præcedunt  
vel sequuntur: vel denique ex publica utilitate: d.l. hære-  
des palam. §. 1. in f. l. 50. si seruus plurium §. vlt. ibi Gotofr.  
in verb. ante omnia. ff. de lega. 1. l. 57. hæres mei §. vlt. ff. Ad  
Trebell. l. 37. si de interpretatione. ff. de LL. l. 40. tale pactum  
§. vlt. ff. de pact. Quæ omnia exemplis ex libris Iurisconsul-  
torum desumptis melius explicare proclue futurum est:  
sed hoc non est huius loci aut temporis.

18 Iam verò si de facto vel re ipsa sit controuersia: tunc  
plerunque boni viri, adeoque judicis ipsius arbitrio ea cō-  
mittitur interpretatio, l. 13. Mania. §. vlt. ff. de ann. lega.  
l. 11. 3. l. 12.

*l. 12. Stichus. ff. de lega. 3. l. 7. voluntatis. C. de fideicomm.*

Tunc igitur ex bono & æquo similiter facienda est 19  
 interpretatio: *l. 16. in his. ibi*, que extra testamentum in-  
 currerent, possunt res ex æquo & bono interpretationem cape-20  
*re. ff. de cond. & demonstrat.* & sequenda ea sententia, quæ  
 aut est verisimilior: utpote quod plerunque aut vul-  
 gò fieri solet. *l. 115. in obscuris ff. de reg. iur. & can. in-*  
*spicimus 46. lib. 16. eod. tit. exemplo l. 69. presia rerum. ff.*  
*Ad L. Falcid. l. penult. ff. de alim. lega. l. 14. si cui. ff. de*  
*an. lega. l. 66. si quis. ff. de judic. vel saltem ut testator in hu-*  
*iusmodi rebus affectus fuisse, & plerunque etiam sequi*  
*solutus est: cùm secundum Vlpianum, quod factum est,*  
*cùm in obscuro sit, ex affectione cuiusque interpretatio-*  
*nem capiat. l. 68. rapienda. §. vlt. ff. de reg. iur. l. 10. cùm*  
*rem alienam C. de lega. l. 3. C. de inoffic. testam. l. 7. si pater*  
*dotem. C. de dot. promiss. & nud. pollicit.* 21

Aut in eo retinenda est sententia, quæ rei gerendæ est  
 aptior, hoc est, ut conseruetur id, quod actum gestumque  
 est: d. l. quoties, d. l. ubi est. ibi, quod actum est, & l. 69. quo-  
 ties. ff. de reg. iur. vel, ut Paulus loquitur, ut quam tutissimo  
 loco res sit bonâ fide contracta: *l. 21. ubi est. ff. de reb.*  
*dub.* 22

Aut si non appareat quid actum est, saltem hoc,  
 quod in regione, in qua id actum est, frequentatur: eo-  
 que similiter deficiente id, quod minimum esse putatur.  
*l. 34. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. 11. semper*  
*in obscuris. ff. d. tit. c. 30. in obscuris. lib. 6. eod.* 23

Aut denique in dubio facto vel obscuro capienda  
 occasio est, quæ benignius præbet responsum. *l. 129. capi-*  
*enda. ff. de reg. iur. & l. 9. qui duos. ff. de reb. dubijs.*

Semper enim in dubiis benigniora præferenda sunt;  
ait

ait Caius in l. 56. semper in dubijs. D.d.tit. Nam & secundū Marcellū, in re dubia benigniorem interpretationem se- qui, non minūs justius est, quām tutius, ut est in l. 192. eaqua. ff. de reg. iur.

Quod idem quoque Marcellus ita definit in l. 24 ff. de reb. dub. Cūm in testamento (inquit) ambiguè aut et- iam perperām scriptum est: benigne interpretari, & se- cundum id, quod credibile est cogitatum, credendum est. Quomodo & Vlpianus aliās in ambiguis rebus humani- oreū lētentiam lequi oportere ait in l. 10. si fuerit legatum in fi. ff. d. v. t.

24 Denique huc pertinet regula illa: qua dicitur voluntates defanctorum non stricte, sed latē potius inter- pretandas esse: ita ut vis & potestas verborum extendenda potius, quām contrahenda esse videatur, l. 12. plenum, §. sed si. ff. de v. su & habit.

Semper enim defunctus aliquid amplius voluisse, quām expresserit, credendus est, l. 5. §. 15. si quis rogatus. ff. de donatio. int. vir & uxor. c. cūm dilecti. De donationib.

Itaque non solum in ea parte testamenti, quę caput eius dicitur, veluti in h̄eredis institutione: verūm etiam in legatis & fideicommissis, ut & in codicillis & donationi- bus causa mortis, atque adeo in omnibus testamenti pat- tibus plus quandoq; dictum, quām scriptum, intelligitur. l. 4. l. 13. si ita in princ. ff. ac lib. & postha. l. 1. § si ex fundo. ff. de hered. instit. l. 102. cūm auus. ff. de condit. & demonstr. l. 3. ff. de trit. vin. & oleo lega: l. 36. Titia textori. in pr. ff. de lega. l. 99. seruis urbani in fi. ff. de leg. 3. l. 32. cūm hic stat. §. sed ubi. in vers. Quod si in obscuro sit, proclivior esse debet.

index ad comprobandam donationem. ff. de donat. inter vir  
& uxor. l. 14. cum inter veteres. C. de fideicom. libert. l. 30.  
cum acutissimi C. de fideicom.

Planè enim hoc ipsum fauor ultimæ voluntatis po-  
stulat: hoc in primis agunt leges, ut satisfiat voluntati mo-  
rientium. l. 1. C. de sacros. Etcles. l. 1. C. de hered. instit. l. 5. C.  
necess. hered. instit. quippe cum semper vestigia voluntatis  
testatorum sequi oporteat. ut ait Imp. in l. 23. cum questio-  
vers. & sic. C. de legat.

Et hoc est quod Paulus lib. 3. ad Sabinum scribens: In  
testamentis (inquit) pleniùs (hoc est, largius) voluntates te-  
stantium interpretamur. l. 12. in testamentis. ff. de reg. iur.  
Quomodo & aliás Imp. Iustinianus in l. 6. §. cum autem.  
C. de instit. & substit. humanitatis intuitu dispositionem  
testatoris, posthabitatis verborū angustiis, latiūs & pinguiūs  
interpretandam esse dicit. Exemplum huius rei est apud  
Paulum in l. 17. cum tempus. ff. de reg. iur. Cum tempus  
(ait) in testamento adiicitur, credendum est pro hærede  
adiectum: nisi alia mens fuerit testatoris: sicut in stipula-  
tionibus promissoris gratiâ tempus adiicitur.

Sic & aliás in legibus res pinguiūs & pleniūs pro  
communi utilitate accipi solent. l. 2. ff. Ex quib. caus. in  
possess. eatur. l. 4. 9. & exheredatum, in fin. ff. de re iudic. l. 14.  
& an eadem causa. in fin. princ. ff. de except. rei iudic.

Postremò si de jure disceptatio aut controuersia ori- 25  
atur: & in voluntate ultima testatoris tunda lex defici-  
at, aut legis ratio: vel planè potius ea repugnet: tunc vel  
interpretatione, vel certa iurisdictione id quod deficit sup-  
plendum: aut quod repugnare videtur, comparatione eo-  
rum, quæ ad eandem utilitatem tendunt, aut ratiocinati-  
one probabiliter facta, vel adiuuandum vel emendandum  
cit.

est. l. 12. non possunt cum l. seq ff. de L. l. 9. leges sacratissime. vers. si quid verò obscurius. ibi, ab imperatoria interpretatione patescere. C. cod. tit. cum similib. Et hæc pro ratione huius temporis dicta sufficiant de interpretatione testamenti seu ultimæ voluntatis.

## C A P V T VII. D E E X E C U T I O N E T E S T A M E N T I , E T executorum officio.

### S V M M A R I A.

1. Tertius modus conseruandi testamenti, Executio.
2. Testamenti sine executione nulla uis & auctoritas.
3. Testamentarij qui, & quib. nominibus in iure appellen-  
tur, eorumq. definitio ex Leonis Nouel. 6 8. n. 4.
5. Praecepta & prescritiones testatorum in testamentis de  
exequendo.
6. Tria genera executorum testamenti, ut & tutorum.
7. Prima causa executorum testamento datorum.
8. Qui testamento dare executores, & qui dari possunt vel  
non. n. 9.
10. Minores an esse possunt executores: & an fæmine. n.  
11. & an spury n. 12. & an monachi. n. 13.
14. Semel suscepto officio executores compelli possunt ad  
exequendum: & quatenus non. n. 15.
16. Testamentarius executor an perdat legatum sibi acri-  
ptum, si non ritè exequatur, & quatenus non.
17. Testamenti conseruatores & tutores, magistratus su-  
periores.

18. Mortuo executore, an successor eius dignitatis sit executor testamenti.
19. Tempus executionis faciendo quod sit: & vel à testatore. n. 20. vel à legge definitum. n. 21.
22. Post lapsum anni executio ad diaecsanum devoluitur.
23. Testator potest prorogare tempus executori à lege datum; ut & alium substituere in eodem officio. n. 24.
25. Sine electione pravia, nulla est executio.
26. Testamentario executor non existente, executor sit, aut Episcopus cuius lege datus: aut à iudice datus. num. 27. saltē vocatis prius heredibus & quoru interest. n. 28.
29. Executor à iudice datus an satisdare cogatur, & quatenus non.
30. Triplex actio aduersus heredem constituta: Personalis ex testamento. n. 31. Rei vindicatio. n. 32. & Hypothecaria. n. 33. & an una electa, alteri sit locus. n. 34.
35. Potestas & officium executorum testamenti in quo consistat.
36. Voluntas defuncti in exequendo praeceps seruanda.
37. Testamenti executores ante omnia facere debent iuuētarium rerum hereditariarū, & quomodo: deinde bona custodire, & legata distribuere: n. 38. præsertim ad prias causas relicta recte dispensare. n. 39. in quibus nulla mutatio aut alteratio permittitur. n. 40. ut pote contra formam mandati facta. n. 41.
42. An & quatenus liceat res hereditatis sine mobiliis, siue immobiliis vendere aut distrahere: saltem cum decreto iudicis, vel etiam sine decreto. n. 43. sed non nisi requisito prius herede. n. 44. & quatenus propria auctoritate vendere liceat. n. 45.
46. Executor testamenti rationes reddere sua administrationis an & quatenus debeat.

47. Pluribus extantibus executoribus an unus sine alio exc-  
qui possit. & quatenus, n. 48. & quatenus non, n. 49.
50. Testator potest executoribus in solidum exequendi pote-  
statem dare: ut & procuratorem substituendi, aut con-  
tra haredem agendi, n. 51. Sed quid si in modo distri-  
buendi non conueniant executores, n. 52.
53. Testamenti executor an seipsum aus filium pauperem  
eligeret possit in distribuendo.
54. Pœna executoris negligentis aut etiam male exequens, n. 53.
55. 56. Pœna haredis non solvens legata intra annum saltem  
moniti à iudice, n. 57.
58. Testamentū an & quatenus paratam habeat executionē:  
vel quō ad legatarium, n. 60. & quatenus non, n. 59. & 61.

**R** Eliquum est, ut de executione testamenti, & execu-  
torum officio, paucis deinceps absoluamus: in quo  
omnis vis & potestas testamenti posita esse videtur.  
Planè, n. vt legum, ita testamenti nulla est auctori-  
tas, si legitima desit executio: quam semper paratam ha-  
bere intelligitur testamentū, b. vlt. C. de edict. D. Adr. toll.  
& Auth. de hared. & Falcid. illud quoque. Nōv. 1.

Sed hæc quidem executionis potestas est penes te-  
stamentarios, hoc est, eos quibus executio testamenti de-  
mandata est. Sic n. in jure ciuili testamentarios appella-  
mus, non solum testamenti scriptores, vt in l. 9. quoties  
ff. de hared. inst. l. 3 in ff. ad SC. Trebell. & l. 1. ff. si quis aliq.  
resta. prohib. & l. 2 ff. testamentarius. Ad L. Cornel. de fals.  
Sed multò etiam magis ipsius testimenti executores, quo  
nomine etiam ferè ita appellantur: vt & vulgo commissarij  
teu fideicommissarij, saltem de consuetudine. Aretin.  
cons. 66. col. 1. Alexand. cons. 45. num. 16. & seq. lib. 1.  
qui & alias ministri à Marcello lib. 10. Digestor. & à  
Martiano dispensatores legatorum in Nonella de testibus:

& à Leone interpretari siue tutores in Nouel. 68. & à Manuele Comneno Procuratores siue executores in const. 1. itemque in Basilicis ὑπεργοι, & à Lacitio, interpretari rursum την διαδίκτην γεγενημένων vocantur, ut notat alicubi Cuius-

Sunt autem testamentarij, siue executores testamen-<sup>4</sup>  
torum; quibus testatores bona coram existimatione mo-  
ti, testamentarias de rebus suis præscriptiones cōmittunt;  
ac post mortem earum executionem concerduunt: vi: idem  
Leo Imp. definit in d. Nouel. 68. vers. verūm quoniam,

Solent n. testatores in extrema testamenti clausula,  
præcepta quædam dare iis, quos executores testamenti  
constituunt: quæ à Leone ibidem præscriptiones nominan-  
tur: quibus & rerum suarum reliistarum ministerium, si-  
ue dispensationem, atque administrationem, hoc est, præ-  
stationem, & dationem, & distributionem legatorum cō-  
mittunt: l. 107. s. à plurib. ff. de leg. 1. l. 17. si quis à Tito. in  
pr. ibi, nisi ut ministri. ff. de lega. 2. l. 9. alio. ff. de alimen. lega.  
& idcirco his quoque legatorum cautio præstatur, & pe-  
titio competit. d. l. s. à pluribus & l. 96. quidam. §. 3. & 5. ff.  
de lega. 1. & l. 7. Dinus Pius. ff. Sic cui plus quam per L. Fal-  
cid. legat. esse dic. l. 28. nulli licere. §. 1. C. de Episc. & Cleri.

Sed executorum quidem testamentorum tria sunt <sup>6</sup>  
genera: unum testamentariorum, hoc est, eorum qui te-  
stamento executores dati sunt: Alterum legitimorum,  
qui à lege vel jure constituti sunt: Tertium datiuorum,  
hoc est, eorum, qui à judice dantur. Totidem n. eorum  
sunt genera, quod tutorum: quorum officio quadam tenus  
funguntur, eorumque nomine, ut dictum est, sapienter ap-  
pellantur. d. Nov. 68.

Prima igitur causa est executorum testamento da-<sup>7</sup>  
torum:

torum : qui propriè Testamentarij dicuntur : quibus exstantibus non sit locus vel legitimis, vel datius.

Primum autem qui executores testamento dare, & qui dari possint, videndum.

8 Possunt testamento dare executores omnes, qui testamenta facere possunt : cùm nihil singulare de his in iure constitutum reperiatur. l. 9. alio herede. ff. de alim. lega. l. 28. nulli licere. §. 1. ibi, quem testator designauerit. C. de Episc. & cler. c. tua nobis. & c. penult. de testam. c. vlt. cod. in 6. Jacob. de Aren. in tract. de commissar. num. 22. Sim. de Prat. lib. 5. de interpr. vlt. volunt. dubit. 2. n. 23.

9 Deinde testamento dari possunt executores omnes, qui lege non sunt prohibiti.

Prohibitum autem est quibusdam, vel ob ætatem, vt pupillis & minoribus : vel ob mentis defestum, vt furiosis & mente captis : vel ob status mutationem, vt proscriptis & bannitis, aut etiam capite damnatis : Bened. Capra in tract. de Executor. vlt. volunt. memb. 2. in princ. §. n. 20.

10 De minoribus tamen dubitatum fuit, an saltem plena pubertate adepta post X V I I. annum executores esse possint : cùm ea ætate procuratores ad negotia esse non prohibeantur : per ea que notat Bald. in l. 24. id quo d pauperibus. C. de episc. & cler. & Io. Jacob. de Canib. in tract. de executor. qui saltem de consuetudine, non de iure hoc eis permissum esse assuerat.

Sed contrarium post Speculatorum tenet Oltendorpius, in tract. de execut. testam. additâ hac ratione, quod indignum sit fieri aliquem rei alienæ administratorem, qui in rebus suis alterius indiget auxilio : maximè cum, qui non habeat legitimam personam standi in judicio :

M m m 3 in quo

in quo versari s<sup>e</sup>pius oporteat executorem testamenti, vt officio sibi commisso satisficiat.

Mulierem verò & viduam defuncti mariti restè ab eo executricem, non modò particularem, sed & vniuersalem testamento constitui posse communiter receptum: ut est casus in l. 15, à filio. in princ. ubi Bart. ff. de alim. lega. & in l. pen. ff. de opt. lega. ibid. Alberic. notat. & in d. l. nulli. col. 2. n. 5. adeò vt nec designat esse executrix, etiam si ad secunda vota transeat: saltem alio pro se constituto, qui procuret ea quæ in iudicio peragenda sunt. Quin imò cogitur ea esse executrix, si agnouit legatum sibi à defuncto relatum. Ita Couarru. in c. tua nobis. n. 3. de testam. & in d. tract. memb. 2. num. 44. & 55. Anchār. cons. 202. in pr. Dec. cons. 91. num. 1. Socin. cons. 11. col. penult. vers. Nec obstat quod mulier. lib. 1. Sim. de Prat. d. tract. 2. num. 26. & latè Peckius de testam. coniug. lib. 1. c. 8.

Sed & spurius testamenti paterni executor esse postest: dum modò sit merus & simplex executor, hoc est, nullum ex testamento commodum consequatur, & in exequendo solum nudumq; facti ministeriū prestat, absq; illa spe emolumēti priuati: cui opponitur mixtus executor: veluti est hæres vel legatarius: qui ex testamento aliquod commodum sentit; ut est in gloss. l. pecunia. ff. de alim. lega. Bald. in l. 1. §. 1. n. 6. ff. de cauz. tollen. & cons. 336. col. 2. lib. 3. & cons. 399. lib. 2. Roman. cons. 227. col. pen. vers. sic itaq. Capra in d. tract. 4. memb. n. 6.

De Monachis an executores testamentorum esse possint: quæsitum est, & responsum, posse eos executores dati, saltem cum venia superioris: de quo est Leonis constitutio in d. Nov. 68. ut monachi & clerici tutores esse possint. Sic. n. 1. tutores ibi intelligi executores testamentorum notat. Scrinigerus. & ita restringi Iustinian. Nouell. 123. c. 6. qua de tute-  
la sim-

la simpliciter sumpta loqui videbatur: Exceptis tamen fratribus minoribus; licet libenter se ingerant: Nam ne quidem ad pias causas executores dari posunt. c. exiui de *Paradiso*. §. cum q. ff. de verb. signif. Secin. cons. 17. in fi. lib. 1. Decius cons. 499. n. 34. Euerhard. cons. 167. Capra d. n. 20. Dilect. caut. 7. tit. 7.

Testamento autem dati executores, semel hoc suscep-  
 14 pto officio: siue expressè, siue tacitè consenserint, & vo-  
 luntatem defuncti agnoverint: omnino adhoc admini-  
 strandū compelli possunt: aliás vero regulariter compelli  
 non debent: maximè si allegent iustas & probabiles cau-  
 15 sas, propter quas jure excusantur: æquè ac tutores & cura-  
 tores; vt est numerus liberorum: fisci administratio: absen-  
 tia Reipub: causa: potestas publica: militia: lis futura cum  
 hæredibus vel legatariis: onus pluriū tutelarum: pauper-  
 tas vel aduersa valerudo: rerum & literarum imperitia:  
 inimicitia cum defuncto: ætas minor, vel maior: dignitas  
 Doctoralis, & id genus aliae: quas persequitur lo. Iacob. de  
 Canibus in d. tract. vlt. volunt.

Et hoc quidem casu, si executores esse recusent, amitt-  
 16 tunt legatum testamento sibi adscriptum: quod accrescit  
 17 scriptis hæredibus: nisi testatori sanguine aut necessitudi-  
 ne coniunctus sit: vt vult Couarru, in c. Ioannes. n. 3. & 4.  
 Extr. de testam.

Sed & executoribus testamentorum plerunque at-  
